ANALECTA GRAMMATICA

MAXIMAM PARTEM ANECDOTA

EDIDERUNT

IOSEPHUS AB EICHENFELD

ET

STEPHANUS ENDLICHER



VINDOBONAE

SUMTIBUS F. BECK UNIVERSITATIS BIBLIOPOLAE

1837.

PRAEFATIO.

Analectis grammaticis, quae Tibi hic, L. B., offerimus, continentur:

I. M. Claudii Sacerdotis artium grammaticarum Libri duo, quos deprompsimus e Codice olim Bobiensi, nunc Vindobonensi No. XVI, descripto primum a Denisio (*Codd. Mss. theolog. Biblioth. Vindob. Vol. II. Part. I. p.* 628 *seqq.*), nuperrime autem ab Endlichero (*catalogi Codd. Philol. Lat. Bibl. Palat. Vindob. p.* 215 *seqq.*). Implet tractatus noster octo et viginti folia membranacea (112—139) seculo septimo vel ineunte octavo, charactere longobardico, forma, quam in folio minori aiunt, scripta. Supersedere commode poterimus minutiore scripturae et orthographiae descriptione, quum alteram specimen (fac-simile vulgo vocant) adiectum, alteram varietas scripturae textu subnotata, lectoribus sufficienter ante oculos sistant.

Sane dolendum Sacerdotis opusculum non integrum, sed quaternionibus tribus mulctatum ad aevum nostrum pervenisse. Desunt nimirum quaterniones priores duo, itemque quaternio quintus. Quinti iacturam, quae in librum secundum incidit, equidem moderatius ferre possemus, quoniam contenta libri secundi Sacerdotis cum Probi catholicis mire consentiunt; prioribus duobus vero amissis, simul Sacerdotis nostri de nomine fere omnis et de pronomine intercidit doctrina.

Opusculum Sacerdotis mutilum esse, membranae ipsae hucusque declarant. Sed desiderantur porro libri secundi inscriptio et omnia quae §§. 1 — 14. Probi catholicorum *ed. Lindem.* continentur, quin lacunae vestigium in codice appareat aut quaternionum ordo turbatus sit; immo expleto *folio* 125 *v. Cod.*, quod est folium quintum quaternionis quarti, continuo *fol.* 126 *r.* sequuntur ea, quae in Probi catholicis leguntur §. 15, in editione nostra Sacerdotis vero §. 1. *Libri II.* Lacunam manifesto demonstrant §. huius verba: *„secundum rationem primae declinationis, quam paulo ante monstravi,"* quae recte ad ea referenda sunt, quae docet Probus §. 5 catholicorum.

Enarravimus hucusque, quae deficiunt in hoc opusculo, videamus nunc an non et interpolationibus foedatum sit. Pro interpolatis, ut ingenue fateamur, habemus §§. 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, libri primi. Omissis his §§. eandem habes tractandi methodum, quam apud alios artigraphos, e. g. apud Donatum et Pompeium reperies; expositis nempe octo orationis partibus (arte minori quam dicunt), sequitur tractatus de soloecismo, barbarismo etc. Nonne porro absurdum est tractare de septimo casu, qui in capite de nomine locum sibi convenientem habuisset, post expositam doctrinam de interiectione? Quae praeterea §§. 83, 86, 87 leguntur, eadem, verbis mutatis iisdemque fere allatis exemplis, repetuntur §§. 96, 102 et 172. At obiicies §. 103 ubi de synaloephe tractatur, verbis *„sicut ante monstravi"* diserte respicitur ad §. 84. Respondemus: §. hunc 84 (*sicut et* §§. 83, 85, 86, 87, 88) ex alio opere seu ex alia editione artium grammaticarum Sacerdotis nostri videri desumtos esse et in locum non suum immigrasse. Noluit ergo librarius, quae iam scripserat §. 84, iterum scribere §. 103, quia contenta ambobus his §§. consentirent inter se; verba autem: *„sicut ante monstravi"* pro additamento habemus. Ex eadem ratione librarius omisisse videtur §. de diaeresi, qui iuxta indiculum §. 91, post §. 101 de ectasi sequi debuerat. §um 88 denique de enallaxi vel enallage ex alio opusculo in nostrum ir-

repsisse, ex eo videtur comprobari, quod in indiculo §. 91 enallaxis inter metaplasmos non enumeratur.

In opusculo Sacerdotis nihil reperimus, ex quo aetas, qua vixerit cognosci queat. Auctorem Horatio posteriorem non laudat, artigraphum vero plane nullum. Videamus nunc an ex auctoribus, qui Grammaticum nostrum citant, de ipsius aetate aliquid expromere possimus. Meminit Cassiodorus Sacerdotis cuiusdam tribus locis, et quidem primo in praefatione ad librum de orthographia, quem anno aetatis suae nonagesimo tertio (*c.* 563) scripserat (*cf. Cassiod.* 2278 *P.*); ait enim *col.* 2275 *P.*: „Post codicem in quo artes Donati cum commentis suis et librum de etymologia et alium librum Sacerdotis de schematibus, Domino praestante collegi.“ Secundo in tractatu de artibus ac disciplinis liberalibus (qui ante Frobenium falso operibus Alcuini accensebatur) cap. de arte grammatica *col.* 2323 *P.*: ubi habes: „Schemata sunt transmutationes sermonum vel sententiarum ornatus causa posita, quae a quodam artigrapho nomine Sacerdote collecta sunt numero nonaginta et octo, ita tamen, ut quae a Donato inter vitia posita sunt, in ipso numero collecta claudantur, quod et mihi quoque durum videtur, vitia dicere, quae auctorum exemplis, et maxime legis divinae auctoritate firmantur.“ Citat hunc Cassiodori locum etiam Denisius in recensione codicis nostri (*Codd. Mss. theolog. Biblioth. Vindob. V. II. P. I. col.* 644); addit vero, quod miramur: „quem librum (de schematibus Sacerdotis videlicet) etiam habes edit. cit. (*M. Aurelii Cassiodori Opp. edit. Gareti Rotomag.* 1679 *Fol.*) *p.* 260“; cum tamen ipse Garetus in *Praef. edit.* modo laudatae diserte doceat, se tractatum de schematibus collegisse e Cassiodori commentario in Psalmos, quoniam tractatus de schematibus, qui vulgo Cassiodori operibus adnumerabatur, non huic auctori, sed Bedae tribuendus sit. Verba Praefationis *p. X.* sunt haec: „Eo igitur libro (de schematibus) inter opera Be-

dae relicto, melius nobis visum est et ad mentem Senatoris nostri aptius haec eadem schemata, quae in commentario ipsius in Psalmos passim obvia cernuntur, in unum corpus redigere iuxta seriem alphabeti, appositis ad singulas figuras uno aut pluribus exemplis, quod in gratiam lectoris non ad 98 tantum tropos, sed ad 120 et ultra protendimus, additis quibusdam rhetoricorum locis, qui in eodem commentario passim reperiebantur.“ Tertio demum mentionem facit Cassiodorus Sacerdotis eodem tractatu et capite paulo inferius his verbis: „Caeterum, qui ea latius pleniusque voluerit cognoscere, cum praefatione sua codicem legat, quem nostra curiositate formavimus, id est, artem Donati, cui de orthographia librum et alium de Etymologia inservimus, quartum quoque de schematibus Sacerdotis adiunximus.“

Oritur nunc quaestio an in Cassiodori locis mox laudatis de Sacerdote nostro sit sermo; quod nos quidem affirmari posse, arbitramur. Nam primo convenit numerus schematum. Initium scilicet numerandi iure a prothesi (§. 92) capiemus. Exposita enim doctrina de soloecismo et barbarismo, e quibus figurae et metaplasmi omnes iuxta auctorem nostrum oriuntur (§. 90), tractare incipit de metaplasmis vel figuris, quarum prima est prothesis, de qua agitur §. 92, de reliquis figuris vero usque ad §. 190 (incl.); quod quidem numerum 99 efficit; attendendum tamen, auctorem ipsum synaloephen et ecthlipsin pro uno et eodem metaplasmo habuisse (§. 104). Secundo, quod dicit Cassiodorus vitia in ipso numero schematum collecta claudi, et haec nota cum iis, quae habentur apud Sacerdotem nostrum, optime consentit. Tertio denique Cassiodorus Sacerdotem artigraphum vocat, quod et contentis Codicis nostri et subscriptionibus illius egregie confirmatur.

Vix ergo dubium est, quin Cassiodorus Sacerdotem

nostrum innuat; ex quo aetas auctoris nostri saltem aliquatenus constituitur.

Praeter Cassiodorum mentionem facit etiam Sacerdotis cuiusdam Pompeius (de cuius vero ipsius aetate nihil praeter quam quod post Donatum vixerit, constat) *p.* 213 *Lindem.*: „Noli sequi illud quod dixit Sacerdos. Dicit plerumque genetivum pluralem ·RUM·, quam in ·IUM· mittere, puta dierum et diebus," ubi vero Lindemannus pro ·RUM· et ·IUM· legi iubet ·EUM· et ·RUM·, pro dierum autem dieum. Quem locum, si Sacerdotis est nostri, pro verbis §. 2 *lib. I.* e memoria citatis habebimus, ubi legitur: „Quae producuntur, ea in nominibus indifferénter genetivo pluralis ·RUM· vel ·UM· accipiunt ... ut harum specierum vel specieum.

Christianum fuisse Sacerdotem colligere est e §. 9 *Lib. II,* ubi invenimus nomina: Samuel, Daniel, Isdrahel, nisi dicas locum hunc glossema esse librarii.

Col. 2623 *P.* legitur: „Marius Plotius Sacerdos composui Romae docens de metris. Quum de institutis artis grammaticae primo libro me tractavisse comperisset vir clarissimus Uranius.... compulit ut etiam de nominum verborumque ratione, nec non de structurarum compositionibus exprimendis breviter laborarem. Cuius praestantissimi viri iussionibus libens arbitror libro secundo nos explicabiliter obedisse, nunc in hoc sive tertio sive novissimo artium libro, ab eodem summo viro commendatus, vobis viris amplissimis ... Maximo et ... Simplicio ..., quoniam iubere dignati estis, me posse de metris etiam tractare iudicastis, breviter esse componendum decrevi." Verba haec suspicionem movent libros duos artium Sacerdotis, qui in Codice Bobiensi continentur, et librum de metris sive artium tertium a Putschio editum unius eiusdemque auctoris diversis praenominibus, cuiuscunque demum culpa, sive librarii, sive lectoris, insigniti, foetum esse.

Quod si ita esset, etiam hoc de Sacerdote nostro constaret, eum Romae Grammatici professionem exercuisse.

II. Incerti artium grammaticarum fragmentum ex eodem Codice desumtum et eadem manu exaratum. Implet folia quatuordecim Codicis (142 — 156 *v.*). Caret inscriptione et subscriptione, et abrumpitur *fol.* 156 *v.*, media pagina vacua relicta. Ceterum numerorum quaternionum vestigia nulla. Contentorum hoc fragmento consensum cum iis, quae apud Charisium leguntur indicavimus in margine, notatis Putschianae editionis columnis. Hieronymus Columna, quem manibus tractasse Codices Bobienses constat, in editione sua Ennii annalium (*Neapol.* 1590) *p.* 203. e M. Claudii Sacerdotis arte grammatica laudat Ennii versum: et intus aquai frigiferai (errore typothetae, ut videtur, pro frugiferai), qui versus legitur in fragmento nostro §. 60. Quodsi Columna hunc versum e Codice nostro hausit, dicendum erit, aut invenisse eum in foliis nunc deperditis artium grammaticarum Sacerdotis aut saltim habuisse Sacerdotem etiam pro auctore fragmenti nostri, quia ab eadem manu scriptum est a qua et artium grammaticarum Libri Sacerdotis exarati sunt, quamvis inter duo haec opuscula in Codice nostro Servii tractatus de finalibus ad Aquilinum ab alia manu scriptus insertus sit. Non tamen praetereundum est §. 17 huius fragmenti, ubi agitur de differentia ablativi et septimi casus, auctorem dedisse exemplum: *σπουδάζοντος Σακέρδωτος ἡ διαφορὰ ηὑρέθη*, et in nomine suo forsitan lusisse, sicut et a Probo verbum: probo, paradigma selectum est. Quod si ita esset, fragmentum Sacerdotis ex alio eius opere grammatico haberemus.

III. Incerti fragmentum grammaticum de nomine et pronomine.

IV. Incerti fragmentum grammaticum de verbo ad Severum.

Duo haec fragmenta una cum alio Probi de nomine, ab alia sed coaeva manu exarato (quod vero Probi arti minori

praemittendum duximus) foliis sedecim prioribus Codicis olim Bobiensis nunc Vindobonensis No. XVII. Sec. VIII vel IX ab Endlichero *Catalog. Codd. Philol. Lat. Biblioth. Palat. Vindobon.* p. 214 seq. descripti, continentur. Sedecim haec folia cum quatuor amissis duos primitus constituebant quinterniones, quorum secundus folia 1 — 10 Codicis implet et fol. 10 v. quinternionum signo *Q. II.* signatus est; primus vero sex tantum folia (11 — 16) continet, mulctatus scilicet foliis duobus prioribus et duobus ultimis, hinc etiam quinternionum signo *(Q. I.)*, quod ultimo folio impositum erat, destitutus. Duo hi quinterniones a bibliopego monacho praepostere ligati sunt, ita ut quinternio secundus primum praecedat, unde etiam perversa foliorum numeratio Codicis nostri explicari poterit.

Fragmentum de nomine et pronomine incipit *ἀκεφάλως*, sine ulla inscriptione (nam eam quam habes in editione nostra: De Genitivo Singulari, nos adiecimus ad normam sequentium) *fol.* 11 *r.*, quod est folium tertium quinternionis primi, prioribus duobus amissis, ut diximus; finitur vero *fol.* 14 *r.* cum subscriptione: Explicit de Pronomine feliciter. Bono Milicho Romalco. Addimus hic ad notam *d.* p. 141. probabilius nobis nunc videri Milichum nomen proprium esse patroni pro quo tractatus hic grammaticus scribebatur; certe in serie episcoporum Africanorum, quae legitur in Morcelli Africa Christiana, nomen Milici saepius recurrit, notumque est illis temporibus viguisse studium grammatices latinae in Africa; cf. Biener *Gesch. der Novellen Justinian's p.* 14 *not.* 35, ibique locum Ioannis Lydi de magistrat. *p.* 286 *ed. Hase* laudatum, ubi est: *ἠξίου (Φωκᾶς) περινοῆσαί τινα πρὸς διδασκαλίαν αὐτῷ τῆς Ἰταλίδος φωνῆς, Λίβυν ἐπιζητῶν· αὐτοὺς γὰρ ἔφασκεν ἐγνωκέναι στομυλωτέρως παρὰ τοὺς Ἰταλοὺς διαλέγεσθαι.*

Fragmentum de verbo ad Severum ab eadem manu exaratum, quae scripserat fragmentum praecedens, incipit fol. 14 *v. col. a.* cum inscriptione: Incipit de Verbo; finitur vero fol. 8 *r. col. a.* addito *τῷ* explicit ab alia manu et quidem ab eadem cui debentur Probi excerpta de nomine, quae

eodem *fol. col. b.* incipiunt, expliciunt vero *fol.* 10 *v.* Complectitur ergo fragmentum hoc praeter dimidium folium sextum quinternionis primi, eiusdem adhuc folia 7 et 8 (desunt vero fol. 9 et 10, hinc lacuna, quam indicavimus *p.* 153 *seq.*), quinternionis secundi fol. 1 — 7, et folii 8 *r.* col. *a;* reliqua huius quinternionis Probi excerpta explent.

Fragmentum hoc plurimum convenit cum Macrobii de differentiis et societatibus graeci latinique verbi libello, ita tamen, ut auctor noster Latina fere unice persequatur. Memoratu etiam dignum eum aliquoties quasi oblitum esse tradere se praecepta grammatica latine, nam p. 165 seq. repente graece loquentem illum invenies.

An vero fragmentum hoc cum praecedente unum eundemque auctorem vel diversos habeat, in medio relinquimus. Inscriptio a manu Sec. XVI, quae legitur in fronte folii (vitio compactoris) primi Codicis: Valerii Probi, neminem fallat, nata enim est sine dubio ex inscriptione antiqua: Incipit Valerii Probi de nomine tractatus sequentis *fol.* 8 *r. col. a.* Hieronymum Columnam quoque pro incerto habuisse auctorem tractatus nostri de Verbo ad Severum, e duobus eius notis ad Ennii Annales patet, quas hic apponere iuvat, cum Ennius Columnae iam inter libros rariores numeretur. Dicit enim p. 101: „Ignotus grammaticus, vetustus sane, ex Bibliotheca Carbonaria, agens de frequentativis (§. 41 *ed. nostrae*), ait, *tractare est saepe trahere et habitare saepe habere* profertque hoc ex Ennio hemistichium.“ Et p. 234: „Incertus grammaticus, atque pervetustus ex Bibliotheca Carbonaria asserens (*eodem* §. *ed. nostrae*) *eructo* verbum ab erugo principali derivare hunc Ennii versum adducit.“ Iam cui innotuerit Codicem nostrum in Bibliotheca Carbonaria asservatum fuisse et Neapoli Vindobonam migrasse, non dubitabit Codicem nostrum eundem esse, quo usus est Columna.

Codicem nostrum, qui, praeter fragmenta allata, Probi adhuc artem minorem complectitur, totum rescriptum esse et scri-

ptura antiqua Sec. V. (cuius specimen adiici curavimus) versionem latinam antiquam librorum Regum continere, monuit iam Endlicherus Catalogi saepius laudati p. 215, cuius versionis columnam priorem (2 Reg. 11, 2 — 6.) ad movendam salivam Philologiae sacrae studiosorum communicare volumus e fol. Cod. 31 v.

ET AD VESPERAM SURRE
XIT DAVIT DE CUBICULO
SUO ET AMBULABAT IN POR
TICUM DOMUS REGIAE
ET VIDIT MULIEREM LAVĀ
TEM PER PORTICUM ET
MULIER ILLA ERAT SPECI
OSA VALDE ET MISIT DA
VIT ET INQUESIVIT MULI
EREM ET DIXIT NON HEC
EST BETSABEE FILIA ELA
UXOR URIE CETTHEI ET MI
SIT DAVIT NUNTIOS ET
ACCEPIT EAM ET INTRA
VIT AT EAM ET DORMIVIT
CUM EAM HAEC AUTEM
LOTA ERAT POST PURGATI
ONEM ET INTRAVIT IN
DOMO SUA ET CONCEPIT
MULIER ET MISIT ET NUN
TIAVIT DAVIT ET DIXIT CŌ
CEPI EGO ET MISIT DAVIT
AD IOAB DICENS MITTE
MIHI URIAM CETTHEUM
ET MISIT IOAB URIAN AT EŪ

V. Excerpta e Macrobii Theodosii libello de verbi graeci et latini differentiis vel societatibus. Deprompta haec e Codice olim Bobiensi, nunc Vindobonensi No. XVI. Explent fol. 157 et particulam fol. 158 r. scriptura longobardica a manu

paulo recentiori, quam quae scripserat Sacerdotem. Cf. Endlicheri *Catalog. p.* 223.

Constat, libellum Macrobii de differentiis et societatibus graeci latinique verbi, cuius editio princeps prodiit *Parisiis a.* 1583, 8°, nonnisi deflorationem esse Ioannis cuiusdam (Erigenae putant nonnulli), quam carpserat ad discendas graecorum verborum regulas *(Vid. Macrobii opp. II. p.* 337 *ed. Bip.).* Fatetur excerptor ipse, aliquando se permutasse, saepius eisdem, quibus et Macrobius usum esse sermonibus, multa praetermisisse, quaedam denique inseruisse *(p.* 340 *ed. l.).* Similia excerpta adhuc inedita ex eodem Macrobii libello, in quibus excerptor Latina prolixe et ferme unice persequitur, in Bibliotheca Borbonica Neapoli asservantur (Vid. Iannelli *Catalog. Biblioth. Borbonicae. Neapoli,* 1827. 4° *p.* 13 *seq.).* Habes hic in Codice Bobiensi tertiam ex eodem libello deflorationem dedicatione ad Symmachum et praefatiuncula, quae sine dubio verba Macrobii continet, aliisque nonnullis, edita auctiorem.

VI. Sergii de arte grammatica fragmentum, cui accedunt: Erotemata grammatica e Maximo Victorino et fragmentum Palaemoni adscriptum.

Continentur haec fragmenta Codicis olim Bobiensis, nunc Vindobonensis No. XVI. *fol.* 55 *et* 56 forma quarta scriptis (Codex enim No. XVI foliis constat 159, prioribus 75 forma quarta, reliquis forma quam in folio minori vocant). Complectuntur vero: A) Sergii artis grammaticae fragmentum, cum inscriptione: Incipit de arte grammatica Sergii, differt ab iis, quae leguntur apud Putschium *col.* 1825 *seq.* B) Maximi Victorini artis grammaticae fragmentum, quod ab editis non differt, nisi quod contenta erotematice exposita sunt, ceterum ab eadem manu, uno tenore cum fragmento Sergii praecedente exaratum, inscriptione et subscriptione carens. C) Fragmentum artis grammaticae uno tenore cum antecedente eademque manu scriptum, cui titulus quidem praefigitur: Incipit liber Palaemonis de arte, penitius vero inspectum cum iis, quae

Max. Victorinus in arte grammatica p. 271 Lindem. habet, plane consentit, nisi quod iterum erotematice expositum est. Duplicem ergo artem Max. Victorinus scripsisse videtur, quod et Donatum fecisse constat, sicut patet ex excerpto commentarii in Donati editionem secundam, quod Anall. nostrorum p. 513 e Codice pervetusto Monast. S. Pauli in valle Lavantina communicavimus, ubi habentur haec: „Scripsit enim (Donatus) artem duplicem, id est, octo partes, quas minores vocant artes, a quibus secunda haec est editio.“ Et paulo inferius: „In prima ad docendos pueros interrogationi satisfacit (Donatus) et solutioni; in secunda autem editione personas perfectas docet scientiam Latinitatis.“

VII. Incerti excerpta argumenti grammatici.

Desumta sunt haec ex eodem Codice No. XVI; explent bina folia (156 et 159) inter se cohaerentia (folia intermedia 157 et 158 Macrobii excerpta alia scriptura complectuntur), a manu, quae Sacerdotem scripserat, exarata, inscriptione et subscriptione carentia. Continent praecepta grammatica nonnulla et scholia ad Virgilium, Horatium, Iuvenalem, Lucanum.

VIII. Valerii Probi de nomine fragmentum e Cod. olim Bobiensi, nunc Vindobonensi No. XVII ab alia manu quidem quam quae tractatus de nomine et verbo *(Vid. Praefat. p. VI.)* scripserat exaratum, coaeva tamen. Incipit *fol.* 8 *r. col. b.* cum inscriptione: „Incipit Valerii Probi de nomine,“ desinit *fol.* 10 *v.* sine subscriptione. Pro excerptis e diversis Probi opusculis, nominatim etiam ex eius libro de generibus, cuius meminit Pompeius *p.* 156 Lindem., habemus hoc fragmentum, in quo et loci Classicorum deperditi nonnulli servantur, e. g. e Cornelii Severi libris rerum Romanarum, e Lucilio (locum ab H. Columna ad Ennium p. 179, fonte quidem non indicato, at e nostro certe Codice prolatum), ex Afranii Liberto, e Ciceronis oratione secunda pro Cornelio.

IX. Probi Grammatici de octo orationis membris ars mi-

NOR ex eodem Codice, ab eadem, ut videtur quae tractatus de nomine et verbo scripserat, saltim a coaeva manu exarata; complectitur una cum appendice folia quadraginta, scilicet quaternionem II, III, IV et sexternionem (signatum Q. V.). Deest igitur quaternio primus Incipit *fol.* 17 *r. col. a.* verbis: ·RIMUS· syllabas accipiunt (p. 258 anall.); finitur *fol.* 49 *r.* cum subscriptione: Utere Felix Lappadi Mercuri Scriptor cum Patronis Gaude (p. 436). Sequitur appendix ab eadem manu, uno tenore, sine ulla inscriptione exaratus; incipit: Nomina appellativa; desinit (*fol.* 52 *r.*) verbis: potestate fungantur cum subscriptione: Feliciter.

Artem hanc Probi minorem, quam diu ante impressionem Vaticanam editioni paratam habuimus, ad fidem trium Codd. Mss., Bobiensis nimirum nostri binorumque Parisiensium No. 7519 Sec. XV et No. 7494 Sec. IX, et editionis principis Romanae ab Illustrissimo Angelo Maio procuratae, nunc appendice e Codice Bobiensi auctam denuo hic proponimus. Apographum Cod. Parisiensis No. 7519 Cl. Stanislaus Julien, *Linguae Sinicae Professor Parisiensis* nobis confecit anno 1828, simulque in ora apographi sui varias lectiones Codicis No. 7494 adnotavit.

Pauca quaedam de aetate, de religione et de operibus grammaticis Probi artigraphi hic adiicere liceat. Probum nostrum Seculo quarto vetustiorem non fuisse patet e §. 462 artis minoris *ed. nostrae*, in quo mentio fit thermarum Diocletianarum, quod etiam monuit Ill. Mai (*Class. auct. Tom. V. praefat. p. XXXV*). Neque etiam recentiorem esse hoc seculo, ex eo colligendum esse videtur, quod auctor noster citatur a Servio ad *Aen. II.* 15 ubi habetur: „*Instar* nomen est indeclinabile; licet Probus *instaris* declinaverit," qui locus est Probi cathol. *Segm. I.* §. 36 *ed. Lindem.* Servium vero vixisse circa Valentiniani Iunioris, Theodosii Senioris et Arcadii tempora, idoneis argumentis comprobavit Io. Andr. Bosius in exercit. hist. de pontificatu maximo Imperatorum Romanorum, praecipue Christianorum cap. IV. §. IV (*Graevii thes. antiq. Roman. T. V. p.* 293

ed. Lugd.-B. 1696). Auctorem vero catholicorum ab auctore artis minoris diversum esse, nullum extat validum argumentum; immo vero Priscianus Libr. VII. col. 727 *Putsch.* citat locum e Probi institutis „Hoc unum nomen, id est, *alius* etc." qui totidem verbis legitur in arte nostra minori §. 366; eodemque plane modo Probi nomen, sine ullo additamento profert, cum eius laudat catholica, e. g. Libr. VI. col. 689 „ostendit etiam Probus in libro, qui est de catholicis nominum etc."

Quod si Probus §. 641 art. min., ubi ait: „Item sunt aliqua praeteriti temporis participia, quae et nominum significationem contineant, ut puta: *rogatus, donatus*," in mente habuerit Rogatum, episcopum Cartennitannum, qui dux erat sectae Rogatianorum, dicendum erit Probi artem minorem post medium seculum quartum scriptam fuisse, quo tempore (*c.* 362 *et* 370) haec secta orta est.

Hinc simul patet, Probum nostrum hominem fuisse Christianum, quod etiam §. 544 art. min., ubi nomen Samuel profert, praecipue vero §. 70 fragmenti de nomine, ubi ait: „cum vero (apex) pluralem (numerum sonat), litterarum indicat nomen, cuius locutio in consuetudine est, quando dicimus *divinos apices* et significamus litteras," confirmatur.

Opera grammatica Probi quod attinet, omnium primus Georg. Galbiatus, amanuensis Merulae, catholica artigraphi nostri e Codice Bobiensi descripsit c. annum 1495, sicut videre est e dedicatoria Galbiati ad suam editionem Terentiani Mauri, *Mediol.* 1497, collato privilegio Ludovici Mariae Sfortiae eidem editioni praefixo. Locos huc spectantes, quoniam Terentianus Galbiati, cuius exemplar nitidum in Bibliotheca Palatina Vindobonensi adservatur, inter libros rarissimos iam numerandus est, hic adferre lubet. Ait Galbiatus in dedicatione ad Iacobum Andream Ferrariensem: „Cum Bobii in coenobio Divi Columbani iussu eruditissimi Merulae chronica et Caesarum diplomata evolverem, ut uberiorem gentis Vicecomitum historiam conscri-

beret: multa nobilium scriptorum volumina (reliquiae erant Longobardorum) ex carcere perpetuo et tenebris in lucem eduxi et ad vitam revocavi etc." In privilegio vero Sfortiae haec habes: „cum superiori anno (sc. 1495, privilegium enim die quinto Septembr. anno 1496 datum est) auctore doctissimo quondam viro Domino Georgio Merula Alexandrino Georgius Galbiatus, eius amanuensis, invenerit atque ex squalore et situ eruerit sex annotatos infra grammaticos (sc. Terentianum de metris et syllabis Horatii (sic), Fortunatianum de carminibus Horatii, Velium Longum de orthographia, Adamantium de orthographia catholica Probi, Cornelii Frontonis elegantias) atque eos in praesenti in communem studiosorum utilitatem tradere impressurae statuerit ex litteris longobardis in usitatos caracteres sua manu et vigiliis transcriptos etc." De sex his opusculis grammaticis sola Probi catholica typis Udalrici Scinzenzeler a Galbiato edita sunt. Reliquorum publicatio praepedita videtur morte Merulae et Io. Placentini, quorum ope indiguerat Galbiatus, sicut patet e praefationis fine: „Quod vero nobis superfuit diligentia et acri iudicio Merulae: et nunc nuper Ioannis Placentini peremendatum accipies." Anno 1509 demum Ianus Parrhasius catholica Probi simul cum eius institutis artium (quae quidem sine catholicis iam Mediolani 1504 typis Scinzenzelerianis ediderat) cumque Cornelio Frontone et Phoca Veicetiae typis Henrici et Io. Mariae eius filii, primus ex eodem codice Bobiensi quo usus fuerat Galbiatus, in lucem protulit, sicut e Parrhasii dedicatione ad Senatum Veicentinum huic editioni praemissa clare patet. Dicit enim: „Is (Probus) inter alia monimenta frugiferi sui laboris instituta artium reliquit et catholica, quae rationem totius emendati sermonis amplectuntur. Ea sexcentis et amplius abhinc annis in altissimo pulvere iacuerunt incognita, donec a situ Georgius pri-

mum Merula vindicavit in usum tantummodo suum. Mox eo defuncto quidam (Galbiatus et Io. Placentinus?) proprii iuris exemplaria fecerunt. Indignumque videbatur ambitioni paucorum servire, quae latinae linguae diligentissimus indagator in hominum (omnium) lucubrarat utilitatem. Quare nos iisdem, quibus ante Merula, vestigiis ad interceptae praedae cubile (Bobium nimirum) deducti, libros aetate iam putres exscripsimus, incredibile quanto labore propter obsoletas veterum literarum notas (characterem nempe longobardicum) et iam temporis iniuria vanescentium." Parrhasium vero e Cod. nostro No. XVI descripsisse opuscula Probi, eorumque apographum a manu ipsius Parrhasii confectum adservari Neapoli in Museo Borbonico sub No. XVII (cf. Iannelli *Catalog. Mss. Musei Borbonici p.* 13 *seq.*) non dubitamus. Apographum hoc sub 1 et 2 Probi instituta et catholica complectitur, quae continentur in Cod. nostro Bobiensi quaternionibus quinque signatis I usque V (fol. 76 — 111 incl.), quibus usus est cl. Lindemannus in editione sua Probi (*Corp. Gramatt. latt. I. p.* 41 — 148). Idem apographum sub 3 continet animadversiones quasdam grammaticas absque auctoris nomine, quarum initium: Omnis genitivus ·IS· syllaba terminatus, accusativum pluralem ·ES·", verbotenus congruit cum initio excerptorum argumenti grammatici, quae habentur in anall. nostris p. 205 seqq. e Codice Bobiensi No. XVI deprompta. Sub 4 habes in apographo Parrhasiano: „Excerpta quaedam ex libello Macrobii Theodosii de differentiis et societatibus graeci latinique verbi, alia tamen forma et expositione ac edita, quae verisimiliter eadem sunt, quae leguntur in anall. nostris *p.* 187 *seqq.* Tractatus de coniugationibus et declinationibus, quin de universa grammatica latina, cuius mentio fit sub 5 apographi laudati, an Sacerdotis artes („nullus operi titulus" ait Illustr. Iannelli, et certe Sacerdos in Cod. nostro Bobiensi ἀκεφάλως orditur), an

incerti Grammatici artes, quarum fragmentum legitur in anall. nostris p. 77 seqq., an demum alius artigraphi opusculum a nostro Codice avulsum contineant, affirmare non audemus.

Iam binae institutorum Probi ad Coelestinum editiones Parrhasii inter se et cum Codice Bobiensi in omnibus fere consentiunt ideoque etiam ex eodem eas Codice manasse arbitramur, neque alius (praeter apographum Neapolitanum e nostro confectum) notitiam ullam invenire potuimus; nam vetustissimus Cod., quo usus est Henr. Ernst Prof. Sorensis in editione sua Valerii Probi de interpretandis Romanorum literis etc. Sorae, ap. Henr. Crusium 1647. 4, noster ipsissimus Bobiensis fuit, cuius particulam (quo iure nescimus) suam fecit. En verba Ernstii p. 113 seq.: Vetustissimus meus Codex Ms., qui olim fuit Cl. Antonii Seripandi (anno vero superiore eundem Neapoli meum feci) ita ... in capita distributus est: nec ob antiquissimam eius scripturam quidquam immutare volui .... constat enim ex Ms. quod alia eiusdem scriptoris (sc. Probi) praecesserint, duo nimirum libri institutionum grammaticarum." Notandum tamen inscriptionem in editionibus Parrhasianis: Probi instituta artium ad Caelestinum a Codice Bobiensi abesse, pro qua in Cod. nihil nisi vocabulum Praefatio, quod a Parrhasio omissum est, legitur. Inscriptionem hanc a Parrhasio confectam esse, persuasum nobis habemus. Non te moveat, quod Parrhasius in praefatione editionis a. 1504 dicit: „Ea propter accuratissimi grammatici Probi instituta artium (sic enim libro titulum fecit ... ad te misi;" nam hoc e duobus locis catholicorum col. 1487 et 1488 Putsch., ubi utrobique legitur: „in institutis artium, hoc est in libro primo monstravi," facile colligere potuerat, ut taceamus Priscianum et Pompeium, qui eodem sub titulo, Probi opusculum laudant.

Aliter se res habet cum Parrhasii editione catholicorum Probi, quam in nonnullis locis a lectione Codicis nostri non parum recedere, e collatione a nobis instituta intelleximus, ita

ut videatur Parrhasius alio adhuc codice in paranda editione sua catholicorum Probi usus fuisse; et revera in Catalogo Ianelliano, saepius a nobis laudato, p. 10 inter Codices quondam Parrhasianos aliud catholicorum Probi exemplar sine institutis artium recensitum invenitur.

Addere hic libet nos accepisse apographum Codicis Parisiensis No. 7520 Sec. X, catholica nominum Probi continens, multis quidem lacunis laborans, e quo tamen didicimus, plura additamenta in editione catholicorum Probi Putschiana inveniri in codice laudato, unde forsitan coniiciendum erit, hunc esse eundem codicem e quo Bongarsius variantes miserat Putschio.

Librum vero, quem Parrhasius titulo: „Probi instituta artium ad Caelestinum" insignivit et catholica non unius eiusdemque auctoris esse, nobis iam dudum exploratum erat et nuper publice probavit Doctiss. Freundius (*N. Jahrb. für Philol. u. Pädag.* 1832 *Vol. V. p.* 90—95).

Ad locos a Freundio e Probi institutorum libro primo genuino adlatos, quorum mentio nulla fit in eo libro, qui pro primo libro institutorum Probi a Parrhasio et Putschio venditatur, adiicere adhuc possumus locum Prisciani (727 P.): „hoc (aliud) enim nomen esse et Probus in institutis artium ostendit; item locum Pompeii (187. Lindem.): „Habes in arte Probi, id est institutis ipsius, hoc tractatum. Ait sic, nomina omnia posse conponi vel ex non intelligendis, ... vel ex integris, vel ex corruptis." Ad eundem librum, titulo non indicato, loci seqq. aliorum artigraphorum referendi videntur: Pomp. 95. 137. 165. 176. 187. 210. 211.; Serg. 1842. 1845. 1848. P.; Cledon. 1906. P.; Diomed. I. 333. P. Ceterum iam diximus in antiquissimo Codice nostro Bobiensi, e quo Parrhasius sine dubio editionem suam paravit, neque inscriptione neque subscriptione, quibus nempe caret, manifestum fieri, cui auctori liber institutorum artium ad Caelestinum tribuendus sit.

Quodsi vero liber, Probi institutorum artium ad Caelestinum nomine insignitus a Parrhasio, non est genuinus liber I. in-

stitutorum artium a Probo ipso, Prisciano, Pompeio et aliis saepius laudatus, nonne forsitan ars minor liber erit desideratus? Hoc, etsi locus Prisciani 727. Putsch. ad amussim respondeat §. 366. artis min. ed. nostrae, fidenter negare audemus. Frustra enim quaeres in ea locos a Probo in catholicis citatos et a Freundio *l. c.* indicatos, neque illos ab aliis artigraphis laudatos et a nobis paullo superius notatos. Locum vero a Prisciano laudatum ipsum auctorem ex amplioribus institutis grammaticis in artem minorem inseruisse nemini mirum videbitur. Ceterum Probum nostrum duplicem artem scripsisse non modo exemplo aliorum artigraphorum, Donati, Servii, Sergii probabile videri, sed etiam testimonio Pompeii confirmari potest. Ait enim Pompeius p. 156 *Lindem.*: „Iste institutor (Probus) iam artem scripsit (artem sc. minorem). Non scripsit perfectis; sed ad eos, qui volunt se perfectos esse."

Iam enumerandae sunt editiones institutorum et catholicorum, quae nobis hucusque innotuerunt:

*1. Probi instituta artium etc. *Mediol. Scinzenzeler.* 1504. Ed. princeps, sine catholicis *).

*2. Instituta artium Probique catholica etc. ab A. Iano Parrhasio nuper inventa ac nunc primum edita. *Veicetiae. Henr. et Maria fratres* 1509. *Fol.*

*3. Probi instituta artium etc. *Parisiis. Io. Parvus.* 1510. 4. Sine catholicis.

4. Probi aurea instituta artium etc. *Mediol. Scinzenzeler.* 1513. *Fol.*

5. Probus cum Diomede et aliis. *Mediolani.* 1515. Hanc editionem laudat Fabricius Biblioth. Lat. III. 317. ed. Ernesti, at non viderat. Panzerus et Ebertus aeque illam ignorant. Vide an non sit editio praecedens perperam citata anni nota 1415 pro 1413.

---

*) Editiones asterisco notatae adservantur in Bibliotheca Caes. Vindobonensi.

6. Grammatici illustres XII. *Parisiis Ascens.* 1516. *Fol.*

*7. Probi instituta cum aliis *Venetiis. Io. Tacuinus de Tridino.* 1519. *Fol.*

8. Diomedes aliique XIX authores, post Io. Tacuini impressionem recogniti etc. (ed. Luc. Panaetius Olchinensis) *Venetiis. Caesar Arrivabenus.* 1522. *Fol.*

*9. Probi Grammatici instituta artium a Iano Parrhasio... edita. *Marpurgi* 1530. 8. Sine catholicis.

*10. M. Valerii Probi grammaticarum institutionum Libb. II. In auctt. grammaticae latinae antiquis a Putschio editis, vol. II.

*11. Eaedem in corp. Grammaticorum latinorum veterum edito a Lindemanno 1831. 4. *vol. I.*

Artem minorem Probi primus, ut diximus, edidit Illustriss. Maius e Codice Vaticano Sec. VI vel VII anepigrapho. Praeter Codicem hunc Vaticanum et Codicem Bobiensem nostrum Sec. VIII vel IX quaternione primo mulctatum, sed appendice auctiorem, nobis adhuc innotuerunt Neapolitani duo a Iannellio in Catalogo saepius laudato sub No. XV. et XVI. descripti, quos ambo olim possederat Parrhasius et e testamento reliquerat Antonio Seripando, prior Sec. XV vel XVI ineuntis; posterior Sec. XVI ipsa manu Parrhasii, ut videtur Iannellio, descriptus; praeterea Parisienses duo No. 7519 (5510 Montfaucon?) et 7494 (5491 Montfaucon?); alter chartaceus Sec. XV, e quo titulum Probi opusculo restituimus in editione nostra; alter membranaceus Sec., ut videtur IX, lacunosus quidem, in lectionibus vero cum Vaticano et Bobiensi magis conspirans. Notatu forsitan non indignum, locos nonnullos, qui in Cod. Vaticano et in Parisiensibus ampliores leguntur, in Bobiensi in arctum contractos inveniri. Locos hos in notis editionis nostrae sedulo indicavimus.

Hactenus de Probi opusculis iam editis. Videamus nunc de illis, quae lucem hucusque non viderunt. Spectant huc:

1. Probi liber de differentiis, qui adhuc extat in Cod. membran. Sec. IX vel X in Biblioth. scholae medicae

Montispessulani (Vid. Haenel *catalog. codd. mss. p.* 245). Ex hoc opusculo depromptae nobis videntur differentiae, quae leguntur in appendice ad artem Probi minorem p. 446 seqq. et in fragmento p. 226 anall.

2. Probus de ratione temporum. Citatur hoc opusculum a Servio ad Aen. VII. 421. Tempore Montfauconii adservabatur Cod. huius opusculi in Bibliotheca Pontiniacensi (Vid. *Biblioth. Bibliothecarum II.* 1334).

3. Probi grammatica latino-graeca. Huius opusculi Cod. Sec. XII. adservabatur in Biblioth. S. Io. de Carbonaria teste Montfauconio (*Biblioth. Bibliothecarum I.* 232). Codicem hunc inter Codd. Borbonicos Neapoli non extare, nobis significavit Illustriss. Iannellius.

4. Probi ars de ultimis syllabis, quae continetur in Cod. No. 7520 Biblioth. Reg. Paris., nihil aliud est, quam catholica nominum, sicut supra iam innuimus.

Ad opuscula grammatica vero Probi, quorum hucusque codex nullus reperiri poterat, pertinere videntur:

1. De generibus liber. Laudatur a Pompeio p. 156. Lindem. his verbis: „Scripsit autem ad hunc locum (de generibus sc.) Probus unum librum.“ Eundem librum et Priscianus citare videtur *col.* 659. *Putsch.*; ait enim: „Supradictorum tamen nominum usus . . . et apud Probum de dubiis generibus invenies.“ Ceterum ex hoc quoque libello excerpta nonnulla in Probi fragmento de nomine (*anall.* 215 *seqq.*) subodorari nobis videmur.

2. De genetivo liber, cuius meminit Pompeius *p.* 196 *Lindemann.*, ubi ait: „Habes unum librum Probi de isto genetivo scriptum.“

3. E Charisii libro II. *col.* 189 colligendum videtur, Probum scripsisse opusculum: de inaequalitate consuetudinis.

4. Probus ipse denique in arte minori §. 171. *ed. nostrae* ait: „De accentibus autem, quia non brevis ratio est, in metris cum syllabis competenter tractabimus.“

Ex hoc loco patet Probum tractatum scripsisse de syllabis, metris et accentibus, eadem igitur fere continentem, quae habentur in Donati libro primo. Ex eo autem, quod dicit Probus „tractabimus," non tuto cum Viro erudito quodam colligendum putamus eum hunc tractatum nondum scripsisse, sed tantum significasse velle se illum scribere; immo vero arbitramur Probum ordinem potius docendi futuro hoc exprimere voluisse, et tractatum hunc partem institutorum artium grammaticarum deperditorum constituisse.

5. E verbis Probi in art. min. §. 457: „hoc monemus ut .... hoc in orthographia competenter tractare debeamus" denique eum etiam de orthographia tractavisse, constare videtur. Nonne huc referenda sunt ea, quae leguntur in appendice ad Probi artem minorem §. 38. ed. nostrae?

X. Maximi Victorini commentarium secundum de finalibus metrorum. Hunc titulum fecimus cum Parrhasio (*Gramatt. vett. ed. Mediol.* 1504. *sign. D*) tractatui, qui legitur Cod. Bobiensis nostri No. XVI. fol. 46 v. col. a — 47 v. col. a. sub inscriptione: „Incipit de finalibus metrorii." Scripta sunt duo haec folia Sec. VIII vel IX, glossisque interlinearibus plurimis et marginalibus nonnullis ab eadem vel saltem a coaeva manu exaratis referta, quarum multas Parrhasius in textum recepit. Primus hunc tractatum sub titulo: Metrorii Maximini de longis et brevibus edidit Illustriss. Mai A. 1831. in classic. auctorum e Vaticanis Codd. editorum *Tomo III. p.* 504. *seqq.*, qui se eundem in tribus codicibus vaticanis haud valde antiquis et in neapolitano Sec. XI. legisse dicit. Ceterum nullam lectionis varietatem ex his quatuor codicibus attulit Vir eruditissimus et oblitus est adnotare tractatum hunc cum Servii de ratione ultimarum syllabarum ad Aquilinum libro, qui habetur apud Putschium II. col. 1799 seqq., fere in totum convenire. Nos illum e Cod. nostro Bobiensi pervetusto, additis variis lectionibus e Cod. Vindobonensi No. 3250. Sec. XV (descripto ab Endlichero in Catalogo saepius laudato p. 225) et ex editt. Parrhasiana et Putschiana, iterum edendum curavimus. Ratio-

nes vero, quae nos impulerunt, ut inscriberemus hoc opusculum sub Maximi Victorini nomine hae fuere: 1. Auctoritas Parrhasii, quem religiose inscriptiones antiquissimorum codicum servasse constat e nota eius amanuensis Valentini Cati ad Servii tractatum de naturis ultimarum (*Gramm. vett. ed. Mediol.* 1504. *sign. E. II. v.*) quam hic adferre liceat: „Ne cui pariat admirationem, quod *Marium* Servium, non *Maurum*, sicut omnes alii, Ianus inscripserit; illud admonitum te volo, sic habere codices antiquissimos, unde libellus hic emanavit." Ceterum in Codice Sec. XV. olim Parrhasiano, qui nunc adservatur in Museo Borbonico, continetur tractatus noster cum inscriptione: „incipit Metrorius Maximinus", ubi vero, monente Iannellio *Catalog. saepe cit. p.* 25, ad oram Cod. rubro colore a manu Parrhasii legitur: „Maximi Victorini ars metrica," quod sine auctoritate alicuius codicis Ianum fecisse, aegre nobis persuadere possumus. 2. In Cod. Bobiensi nostro, sequitur tractatus hic continuo post Commentum Maximini (sic enim Cod. habet, sphalmate, ut videtur, non Maximi, ut refert Lindemannus in nota) Victorini de ratione metrorum, ab eadem manu scriptus, quod egregie confirmat verba inscriptionis Parrhasianae: commentarium secundum. 3. Denique Metrorii nomen ex evanido vel male intellecto compendii signo metrorū, oriri facile potuit.

XI. Sergii in Donati artem primam commentarium.

Continetur commentarium hoc in Codice olim Bobiensi, nunc Vindobonensi No. XVI. Incipit Fol. 42½ r. col. a. cum inscriptione: „Explicit de finalibus" (sc. Servii, cuius tractatus fragmentum servatur adhuc hac columna, e quo etiam variantes lectiones adnotavimus in editione nostra huius opusculi) incipit de littera commentā (sic) Sergii; finitur cum subscriptione: exp. (cetera subscriptionis erosa). In margine superiori fol. 43 r. legitur: Liber scti columbani de bobio, solemnis codd. Bobiensium signatura. In edendo hoc commentario praeter Codicem Bobiensem adhibuimus Codicem Vindobonensem No. 2350. Sec. XV., cuius supra

iam meminimus, editionem Parrhasianam *A.* 1504, et Putschianam, e quibus lectiones variantes diligenter enotavimus.

XII. Servius Honoratus ad Aquilinum de finalibus.

Servii hic tractatus, qui legitur apud Putschium *II. col.* 1809 seqq., in Cod. nostro Bobiensi No. XVI. continuo sequitur Cl. Sacerdotis artt. gramm. librum secundum et folia tria et dimidium (138 v. — 141 v.) scripta Sec. VIII vel IX implet. Eiusdem tractatus in eodem Codice fol. $42\frac{1}{2}$ r. col. a., sicut superius iam memoratum est, invenimus adhuc fragmentum, continens ea, quae habentur in editione nostra a §. 8 usque ad finem tractatus. Praeterea idem Servii opusculum legitur etiam in Codice Vindobonensi No. 3250 Sec. XV. fol. 48—51. His igitur subsidiis manuscriptis instructi, collatis editionibus Parrhasiana A. 1504 et Putschiana, Servii opusculum laudatum iterum recudi curavimus.

XIII. Sequuntur: Fragmenta grammatica, uno excepto, hactenus inedita et quidem:

a) Incertus de syllabarum quantitate, e Cod. olim Bobiensi, nunc Vindobonensi No. XVI. f. 69 r.— fol. 69 v. sine inscriptione et subscriptione.

b) De structuris seu de compositionibus pedum. Tractatulum hunc secundum Cod. olim Bobiensem, nunc Vindobonensem XVI. et apographum Codicis Parisiensis No. 7530 Sec. VIII. expressimus. Finitur opusculum hoc vel potius epistolium in apographo nostro Cod. Pariensis verbis: et ditrochaeo. Vale; omissis iis, quae leguntur p. 507 ed. nostrae e Cod. Bobiensi: Hae XIV clausulae usque ad vv. arbiter imperandi (incl.) et τῷ Explicit praecedente, p. 506 lin. ult. In Cod. Bobiensi tractatulus hic auctus aliis nonnullis fragmentis eiusdem argumenti legitur a fol. 69 v.— 70 r. scriptus a manu Seculi VIII vel IX.

c) Excerptum e Pompeii commento artis Donati.

d) Excerptum tractatus Servii in Donati librum.

e) Excerptum ex incerti commentario in Donati editionem secundam. Deprompta sunt tria haec excerpta

e Cod. monasterii S. Pauli in valle Lavantina pervetusto illo quidem, quippe partim Sec. VIII, partim Sec. IX vel X ineunte, exarato, cuius copiam benigne nobis fecit Abbas dicti monasterii intercedente Excellentissimo Bibliothecae Palatinae Praefecto, Comite Mauritio de Dietrichstein bonarum artium omnium fautore, summo patrono nostro, cui pro hoc et tot aliis in nos collatis beneficiis publice hic gratias referre liceat.

Primum opusculum huius Codicis continet Pompeii commentum in artem Donati a manu Sec. VIII scriptum. Iam viderat Cl. Lindemannus in editione Pompeii, initium operis deesse (*Vid. eius not. p.* 3); habes ergo in excerpto nostro hoc initium e perantiquo Codice expressum. Addidimus quaedam e sequentibus hoc initium, ut lectores aliquatenus de discrepantia editionis Lindeman. et Codicis nostri iudicare possint. Idem ex eadem ratione etiam fecimus in excerpto mox sequente.

Alterum excerptum continet initium tractatus Servii in Donati librum ex eodem Codice desumtum, scriptum a manu paulo recentiore. Initium hocce itidem deest in editione Lindem.

Tertium denique excerptum ex eodem Codice fragmentum incerti commentatoris in Donati editionem secundam sistit, a manu Sec. VIII exaratum, quod, quia nonnulla continet, quae ad methodum docendi artem grammaticam illis temporibus usitatam spectant, ideo evulgavimus.

f) De nonnullis metrorum generibus. Fragmentum hoc anepigraphum, scriptum a manu Sec. VIII vel IX continetur in Cod. olim Bobiensi nunc Vindobonensi No. XVI. fol. 70 v.

g) Incerti fragmentum artis metricae cum inscriptione: De versibus incipit, e Cod. olim Bobiensi nunc Vindobonensi No. XVI. fol. 49 r. col. b. — 50 r. col. a. a manu Sec. VIII vel IX.

h) Aliud fragmentum artis metricae depromptum ex apographo Cod. Parisiensis No. 7530. Sec. VIII cum inscriptione: De iambico metro.

i) Versus Rufini cuiusdam scholastici de pedibus quibus utuntur oratores. Versiculos hos Rufini, qui habentur apud Putschium *II. col.* 2713 *seq.*, e Codice Vindobonensi 2521. Sec. XII, ubi leguntur fol. 138 seq., expressimus. Codicem recensuit Endlicherus Catalog. saepius laudati *p.* 165 *seqq.*

k) Servius de accentibus. Servii hic caput de accentibus exhibemus, cuius excerptum, illustrem Varronis de accentibus locum continens, Chr. Wasius iam ante hos centum et quinquaginta annos in libello nunc in Germania nostra minus obvio, cui titulus: Senarius, sive de legibus et licentia veterum poetarum, Oxonii, e theatro Sheldoniano 1687, in 4to e codice manuscripto quodam, cuius dominum non indicat, communicavit. Nos integrum nunc caput lectu dignissimum, etsi paulo corruptius, e codice Lavantino a manu saeculi VIII v. IX exaratum, lectoribus nostris proponimus.

Praeter haec fragmenta alia quaedam invenies dispersa in volumine analectorum nostrorum, nimirum pagg. 142, 184, 194, 212, 226. Recepimus haec, etsi fortasse minoris sint momenti, e Cod. olim Bobiensi, nunc Vindobonensi No. XVI, ut omnia ad rem grammaticam spectantia, quae inedita hucusque in hoc venerandae antiquitatis Codice latuerant, in lucem protraherentur. Duobus praeterea fragmentis ex aliis Codicibus chartam alioquin vacuam explevimus, alterum p. 452 e Cod. Parisiensi No. 7520, praefixum Probi catholicis nominum; alterum p. 470, quod legitur fol. 137 v. seq. Cod. Vindobonensis No. 2521.

Quae olim Analectis nostris adiicere promiseramus opuscula grammatica, nimirum institutorum artium Probi libros, Atilii Fortunatiani de re metrica libellum et Fragmentorum veterum Grammaticorum σύνταγμα, ea nunc, aliis negotiis districti, penitus seponere debuimus.

Finem praefationi imponere nequimus, quin fautoribus atque amicis, qui multis modis institutum nostrum adiuverunt, publice hic grates testemur.

Haec in praefatione monenda videbantur. Tu interea vale, L. B., et nostro labore utere felix.

Datum VINDOBONAE m. Decembri.

Editores.

N O T A

AD SPECIMINA SCRIPTURARUM LITHOGRAPHICA CODD. MSS. BOBIENSIUM.

---

1. E Cl. Sacerd. Libro I. fol. 112 v. (pag. 3. §. 12. edit.).
2. E Probi arte min. fol. 31 v. col. b. (pag. 336. §. 512.)
3. Ex incerti fragmento de verbo fol. 15 v. col a. (pag. 149. §. 9).

M. CLAUDI SACERDOTIS

ARTIUM GRAMMATICARUM

LIBER I.

1....... a) ab hoc poeta, horum poetarum, his et ab his poetis; exceptis quibusdam nominibus, quae propter generis discretionem dativum et ablativum non ·IS· finiunt, sed ·BUS·, ut ab hac dea, non his deis, sed deabus; ab hac filia, non filiis, sed filiabus; ab hac mula, mulabus; ab hac equa, equabus; nisi *si quid absurde* sonuerit: pronominum ut ab illa, illarum, illis, excepto uno quod dativo pluralis [1]) et ablativo et ·IS· et ·BUS· facit, ut a qua, quarum, quis vel quibus; participiorum, ut ab hac docta, harum doctarum, his et ab his doctis. Nulla ex*cipiuntur*. F.112.r.

2. Quae ·E· finiuntur, ea aut corripientur aut producentur. Quae corripiuntur, ea genetivo pluralis ·UM· accipiunt, dativo et ablativo ·BUS·; nominum, ut ab hoc oratore, horum oratorum, his et ab his oratoribus; pronominum, ut ab hac quale, harum qualium, his et ab his qualibus; participiorum, ut ab hoc docente, horum docentum vel docentium, his et ab his docentibus. Quae producuntur, ea in nominibus indifferenter genetivo pluralis ·RUM· vel ·UM· accipiunt, dativo et ablativo ·BUS·; ut ab hac specie, harum specierum vel specieum, his et ab his speciebus; pronominum vero ablativus singularis [2]) ·E· producta terminatus genetivo [3]) pluralis semper ·RUM· accipit, nunquam ·UM·, dativo et ablativo semper ·IS· nunquam ·BUS·, ut a me, a te, nostrum, vestrum, nobis, vobis; nam ·E· producto terminatus ablativus participiorum nunquam reperitur [4]).

3. Quae ·I· finiuntur, ea genetivo pluralis ·UM· accipiunt, dativo et ablativo ·BUS·, ut ab hoc et ab hac suavi, horum et harum suavium, his et ab his suavibus; pronominum, ab hoc et ab hac tali, horum et harum talium, his et ab his talibus; participiorum, ut ab hoc et ab hac amanti, horum et harum amantium, his et ab his amantibus.

---

[1]) pluralis — pl. *Cod. const.* [2]) singularis. — sing. *Cod. const.* [3]) genetivo — genet. *Cod. const.* [4]) reperitur — repperitur. *Cod. const.*

a) Incipit quaternio signatus pro tertio (III) ab ipso librario. Desunt igitur hic priores I et II, si minus toti, saltem ex parte destinati Nostro, nunc ἀκεφάλῳ. Proxime antecedentia ad normam sequentium sic fere suppleri poterunt: «*Quae ·A· finiuntur ea genetivo pluralis ·RVM· accipiunt, dativo et ablativo ·IS·; nominum ut ab hoc poeta.*» Quae in sequentibus expressa sunt literis inclinatis ea in codice penitus exesa, nos probabili coniectura supplevimus.

4. Quae ·O· finiuntur, ea genetivo pluralis ·RUM· accipiunt, dativo et ablativo ·IS·; nominum, ut ab hoc magistro, horum magistrorum, his et ab his magistris; pronominum, ut ab illo, illorum, illis; excepto uno, ut a quo, quorum, quis vel quibus; participiorum [5]), ut ab hoc docto, horum doctorum, his et ab his doctis.

5. Quae ·U· finiuntur, ea genetivo pluralis ·UM· accipiunt, dativo et ablativo ·BUS·, ut ab hoc versu, horum versuum, his et ab his versibus; nam ·U· littera terminatus ablativus singularis, neque pronominum, neque participiorum invenitur.

6. Quae ·M· vel ·S· finiuntur, ea in omnibus casibus sic finientur in utroque numero, ut nequam, nugas; nam monoptota sunt: pronomina vero, quacumque littera ablativus singularis terminetur, genetivo pluralis semper ·RUM· accipiunt, dativo et ablativo [6]) ·IS·; ut ab illa, illarum, illis, excepto uno, ut a qua vel a quo, quis vel a quibus, et monoptotis, quae similiter per omnes casus declinantur; a me, a te; nostrum, vestrum; nobis, vobis; ab illo, illorum, illis; ab eodem, eorundem, hisdem; ab hoc, horum, his [7]); excepto ablativo ·E· correpto et ·I·, qui genetivo pluralis ·UM· faciunt, dativo et ablativo ·BUS·,
F.112.v.* ut a tale [8]) vel tali, talium, talibus. Genetivus quoque pluralis nominum, si ante ·UM· habuerit ·I·, faciat [9]) accusativum [10]) ·IS·, ut suavium, hos et has suavis; participiorum vero ablativus singularis fit modis quatuor: ·A·, ·E· [11]) correpta, ·I·, ·O·.

7. DE PRAEPOSITIONE [12]). Praepositio est pars orationis quae praeposita casui quem regit [13]), vim suam tenet, postposita interdum perdit, ut: — Saeva sedens super arma — [a]) id est: supra arma; et postposita vim suam tenuit: — gemina super arbore sidunt — [b]) id est supra geminam arborem, postposita modo praepositio vim suam perdit.

8. Praepositiones aut accusativum tantummodo casum regunt [14]) et singularis et pluralis, aut utrumque, id est accusativum et ablativum, tam in numero singulari, quam in plurali. Si qua de praepositionibus alterum casum rexerit quam accusativum et ablativum, adverbium erit, non praepositio [c]), ut: — Cum Iuno aeternum servans sub pectore — [d]) et: — Cum Iuppiter aethere summo Despiciens mare [15]) — [e]) et: crurum tenus — [f]) vel quamvis alteram partem orationis, quae casibus

---

[5]) participiorum — particiorum *Cod.* [6]) dativo et ablativo — dat. et abl. *Cod. passim.* [7]) his — is *Cod.* [8]) tale — tali *Cod.* [9]) faciat *Cod. Voluit fortassis:* faciet. [10]) accusativum — acc. *Cod. passim.* [11]) ·A·E· — ae. *Cod.* — [12]) *Haec et sequentes inscriptiones in codice uno cum ceteris tenore, sed litteris uncialibus et minio exaratae sunt.* [13]) regit — regim. *Cod.* [14]) regunt — regit *Cod. a pr. m. sed ex em. eiusd. recept.* [15]) mare — m. *Cod.*

a) Virg. Aen. I. 295. *b*) Virg. Aen. VI. 203. *c*) Haec ita intelligenda sunt: *si qua de praepositionibus alterum casum quam accusativum et ablativum, vel quamvis alteram partem orationis quae casibus non declinatur rexerit, adverbium erit non praepositio.* Doctius haec Priscian. XIV. 3, 3 — 5. *d*) Virg. Aen. I. 36. *e*) Virg. Aen. I. 223. *f*) Virg. Georg. III. 53.

non declinatur, ut: — Cum dabit amplexus — [a]) et: — Hactenus arvorum [16]) cultus — [b]).

9. Praepositiones accusativi casus et singularis et pluralis sunt numero XXVIII. quas supra [c]): ad, apud, ante, adversum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, intra, inter, infra, iuxta, ob, paenes, per, prope, propter, praeter, post, pone, secundum, supra, trans, ultra, usque.

10. Praepositiones ablativi casus et singularis et pluralis sunt numero XIII: a, ab, abs, cum, coram, de, e, ex, pro, prae [17]), palam, sine, tenus.

11. Praepositiones utriusque casus et accusativi et ablativi, et singularis numeri et pluralis sunt numero V: in, sub, subter, super, clam.

12. DE VERBO. Verbum est pars orationis cum tempore et persona sine casu, qua quid agitur, vel actum agendumve sit indicatur.

Verbo accidunt VIIII: forma, qualitas, genus, (quod dicitur adfectus [d]) vel species vel significatio), figura, numerus, modus, tempus, persona, coniugatio. Verbum autem dicitur, quod verberato aere fiat [18]) [e]), ideoque et vox aer ictus [f]).

13. Formae verborum sunt duae: personalis et inpersonalis.

Formae verborum personas recipientium sunt quattuor; prima profertur ·O· littera, ut amo; secunda ·OR· ut amor; tertia ·M· ut sum; quarta ·I· ut odi, novi.

Illorum verborum quae personas non recipiunt formae sunt duae; prima est quae profertur syllaba ·TUR· ut itur, sedetur, ambulatur; altera ·ET· ut taedet, pudet, poenitet [19]), piget.

14. Qualitas in verbis aut finita est, ut amo; aut infinita, ut amare.

15. Genus in verbis, id est species vel adfectus [20]) vel significatio dividitur in novem: activum, passivum, deponens, neutrum, commune, inchoativum, defectivum, frequentativum, inpersonale.

16. Activum ·O· littera terminatur, et ·R· accepta facit passivum, ut amo, amor.

17. Passivum * ·R· littera terminatur, et ea omissa redit in activum, ut F.113.r
scribor, scribo.

---

[16]) arvorum — arborum. *Cod.* [17]) prae — petra *Cod. sed a pr. m. in* prae *mutat.* [18]) fiat *Cod. ex em. pr. m. quae primum* fit *scripserat.* [19]) poenitet — penitet *Cod.* [20]) adfectus — affectus. *Cod. h. l.*

a) Virg. Aen. I. 687. — Cfr. Prisc. XVIII. 26, 279. b) Virg. Georg. II. 1. c) Ex his apparet Grammaticum in expositione partium orationis, in ea libri parte quam in membranis nostris desideramus, has praepositiones enumerasse. d) *Adfectus* i. e. διάθεσις Vid. Prisc. VIII. 2, 7 et cfr. not. Krehlii ad h. l., Macrob. de diff. gr. et lat. verbi p. 332. Bip. et nostrum Incertum de verbo §. 8. e) Vid. Cledon. 1910. P. et Isid. Origg. I. 8. 1. Virg. Gramm. Epitom. X. apud A. Maium Auctt. class. tom. V. p. 140. f) Cfr. Prob. Art. min. §. 1.

18. Deponens ·R· littera terminatur, et eam amittere non potest; si autem amiserit, latinum non est, ut **luctor**, **loquor**; nam quod Terentius in Hecyra [21]) posuit: — **eique anulum, dum luctat, detraxisse** [22]) — [a]) pro **luctatur**, non sic posuit, ut sit **luctat** activum faciens ex se passivum **luctatur**, sed ut sit **lucto** neutrum, **luctatur** deponens, ut **obsono** et **obsonor**, utrumque enim in unum intellectum activitatis cadit.

Deponens dictum est tribus causis, vel quod activitatem in intellectu teneat et passivitatem deponat [b]), vel quod passivitatem in declinatione teneat et activitatem deponat, vel e contrario [c]), quod ·R· litteram deponere non potest. Quidam putant ideo dici deponens, quod de quattuor participiis unum deponat [d]). Sed errant [23]); nam quattuor habet, **luctans**, **luctaturus**, **luctatus**, **luctandus**.

19. Neutrum ·O· littera terminatur, et ·R· accipere non potest; nam latina non sunt, ut **ambulo**, **sedeo**, **pendeo**, **vapulo**; **ambulor**, **sedeor**, **pendeor** nemo dicit.

20. Communis [24]) ·R· littera terminatur, et eam amittere non potest, quam si amiserit, latina non erunt, ut **criminor te**, et **criminor a te**.

Inter communem ergo speciem, et deponentem, et passivam hoc est, quod communis habet imaginem [e]) facientis et patientis, nec tamen subest personae, quae faciat vel patiatur; deponens aut agentis tantummodo continet intellectum, ut **luctor**, aut patientis, ut **labor**; passiva vero ·R· amittit, ut faciat ex se activum.

Inter neutram [25]) speciem et activam hoc est, quod neutra interdum agentis habet intellectum, ut **ambulo**, **sedeo**, interdum patientis, ut **pendeo**, **vapulo**; activa vero semper agentis continet sensum, patientis nunquam, et quod neutrum non accipit ·R· [26]), activum accipit, ut faciat ex se passivum.

21. Inchoativa species ·SCO· terminatur, ut **calesco**, **fervesco**, incipio calere, fervere. Haec non habet tempus praeteritum perfectum; rationabiliter, nam [27]) res, quae modo incipit, perfecta esse [28]) non potest; **senesco** autem et **cresco** inchoativae speciei non sunt, sed neutrae; ideoque facit tempore praeterito perfecto **senui**, **crevi**; non enim veniunt ab aliis sicut **calesco** a **caleo**, et **fervesco** [29]) a **ferveo**. Figurantur

---

[21]) Hecyra — ecyra. *Cod.* [22]) detraxisse — detratxisse *Cod.* [23]) sed errant — sed herrant *Cod.* [24]) communis, *ita Cod. quamvis praecesserit* neutrum; *subintelligendum videtur:* species verborum. [25]) inter neutram — in neutram *Cod.* [26]) *Cod. male inter* accicipit *et* ·R· *maiori interpungit distinctione.* [27]) nam — nam nam *Cod.* [28]) esse — esce *Cod.* [29]) fervesco *Cod. ex em. pr. m. quae primum* ferbcsco *scripserat.*

a) Terent. Hecyr. V. 3, 31. *b*) Rhemn. Palaem. 1379. P. *c*) *E contrario*, i. e. per antiphrasim. Cfr. Charis. 143. P. Diomed. 327. P. et Pompeius 297. L. — Vid. etiam Max. Vict. 1947. P. et Consent. 2053. P. *d*) Cledonius 1914. P. August. Gramm. 2003. P. *e*) *Imaginem*, i. e. *formam*, sic Donatus Lib. II. 18. L «communia sunt quae ·R· littera terminantur et in duas formas cadunt, patientis et agentis, ut *scrutor*, *criminor*.»

autem inchoativa verba aut ab his, quae ·O· littera terminantur, ut horreo, horresco, vel ex his, quae ·OR· terminantur, ut misereor, miseresco. Haec species participium temporis praesentis tantummodo recipit, calescens [30]), fervescens, miserescens.

22. Defectiva species tribus modis fit: elocutione, quam quidam figuram [31]) vocant, ut fero, tuli; feror, latus sum, fui [32]); specie, quam quidam genus, vel adfectum, vel significationem* dicunt, ut soleo, soli- F.113.
tus sum; fio, factus sum; audeo, ausus sum; gaudeo, gavisus sum. Hoc verbum [a]) participium temporis futuri ·DUS· syllaba terminatum non habet, sed solens, soliturus, solitus; gaudens, gavisus, gavisurus; fio, factus sum; nam fui ab eo trahitur quod est sum elocutione defectivum.

Fio verbum duo recipit participia: hic et haec et hoc fiens et fiendus; nam a verbo sum unum venit participium hic futurus; nam factus et faciendus participia sunt sine verbi substantia; nam facior non est dicendum.

Fit defectiva species et tempore, ut odi, novi, memini, pepigi. Haec verba nullam habent declinationem praeter has: odi, novi, memini, pepigi; oderam, noveram, memineram, pepigeram; odisse, novisse, meminisse, pepigisse, et participia haec duo futuri temporis, hic osurus, hic odendus, et praeteriti hic osus; nam novi et memini nullum habent participium.

Quidam putant esse defectivam speciem et persona [33]) ut in modo [34]) imperativo prima persona deficit temporis praesentis vel futuri numeri singularis [b]). Sed errant, aliut est enim species, aliut modus; nam defectio [35]) personae primae modi imperativi in omnibus generibus verborum invenitur, defectiva vero species tempore, elocutione, genere propria tantummodo continet verba.

23. Frequentativa species est, quae non semel sed aliquotiens quid agi declarat, quae ·TO· vel ·SO· syllaba terminatur, ut aucto, curso. Haec duo gradus recipit, ut aucto et auctito; curso et cursito. Hoc tamen scire debemus, quoniam verba frequentativa, a cuiuscumque coniugationis verbo venientia, primae sunt coniugationis, ut de prima coniugatione canto, cantas, cantito, cantitas, de secunda, augeo, auges, aucto, auctas, de tertia correpta scribo, scribis, scribto, scribtas, de tertia producta, quam quidam quartam dicunt, munio, munis, munito, munitas. Quaedam tamen [36]) unum in frequentativis gradum accipiunt, ut volo, volito; rogo, rogito; vivo, victito; in his enim prior gradus

---

[30]) calescens *Cod. ex pr. m. quae primum* calenscens *scripserat.* [31]) figuram — figuram figuram *Cod.* [32]) feror, latus sum, fui. *Cod. Legendum videtur:* feror, latus sum; sum, fui; *sum alterum scil. a praecedente absorptum. Ceterum mox infra noster:* nam fui ab eo trahitur quod est sum, elocutione defectivum. [33]) persona — personam *Cod.* [34]) ut in modo — uti nam odo *Cod.* [35]) defectio — defectivo *Cod.* [36]) tamen, *ita Cod. legendum fortassis* tantum.

a) *Hoc verbum*, sc. specie defectivum. *b*) Cfr. Diomed. 337. et 375. P.

non invenitur. Quaedam tantum priorem habent, ut inicio, iniecto; inlicio, inlecto; defendo, defenso; tueor, tutor. Sunt verba quae nullum gradum frequentativum recipiunt, ut amo, studeo; sunt e contrario frequentativa tantum sine verbi substantia, ut graecisso, patrisso [a]). Quaedam utrumque gradum frequentativum habent sine verbi substantia, ut potisso, poto.

24. Inpersonalis species est quam supra [b]) diximus, ut itur [37]), sedetur, ambulatur, statur; taedet, pudet, poenitet [38]). Haec species verborum duo recipit participia, praesentis temporis taedens, pudens, poenitens [39]), et futuri ·DUS· syllaba terminatur, taedendus, pudendus, poenitendus [40]) [c]).

Hoc tamen scire debemus, quod inpersonalis species ·TUR· quidem terminata sic figuratur, quasi a tertia persona numeri singularis verbi passivi, additis personis omnibus utriusque numeri veniat, ut: itur [41]) a me, a te, ab illo, a nobis, a vobis, ab illis, quamvis non dicatur eor, iris; etiam verborum omnium ·R· littera finitorum, ut amatur a me, id est amo; docetur a me, id est doceo; criminatur a me, id est criminor; luctatur a me, id est luctor; sedetur a me, id est sedeo. ·ET· vero syllaba finita, quasi tertiae personae [42]) declinatione [43]), personis additis omnibus utriusque numeri de verbo ·O· littera finito, ut taedet me, te, illum, nos, vos, illos, quasi dicatur taedeo, tae-
F.114 r. des [44]), taedet. Sed illa species ·TUR· ablativo regitur casu, * haec vero et accusativo [d]).

25. Figura in verbis aut simplex est, ut dico, aut conposita ut [45]) indico. Componuntur autem verba sic ut nomina, modis quattuor; aut ex duobus corruptis, ut officio, aut ex duobus integris, ut invoco, aut ex corrupto et integro ut accedo, aut ex integro et corrupto, ut defendo.

26. Numeri in verbis tot sunt quot [46]) et in nominibus, singularis, ut amo, pluralis, ut amamus. Numerum vero dualem etiam quidam putant esse, cum dicimus dixere, scribsere, quod est pro scribserunt, dixerunt [e]).

---

37) ut itur — igitur *Cod.* 38) poenitet — paenitet *Cod.* 39) poenitens — paenitens *Cod.* 40) poenitendus — paenitendus *Cod.* 41) ut itur *Cod. ex em. pr. m. quae prius* ugtur *scripserat.* 42) Personae *Cod. ex em. pr. m. quae primum* pernonae. 43) tertiae personae declinatione, *locus manifeste corruptus, fortassis sic emendandus:* a tertia persona numeri singularis declinationis secundae. 44) taedes — taedis *Cod.* 45) ut, *a prima manu inter lineas additum.* 46) quot — quod *Cod.*

a) Cfr. Diomed. 336. P. Donat. II. 17. L. Prisc. VIII. 14. 79. *b*) Vid. supra §. 13. *c*) Series orationis in hoc §. ita in codice est turbata, ut verba: *Hoc tamen scire debemus,* usque: *haec vero et accusativo*, primo loco ponantur, deinde sequantur: *Inpersonalis species* usque *pudendus, poenitendus.* Nos genuinum ordinem absque haesitatione restituimus. *d*) Quasi vero defectiva. ·ET· syllaba terminata ablativo regi possint. Excidisse videntur nonnulla et sic esse legendum: *haec vero* (sc. species) *·ET· et dativo et accusativo.* Similiter Pompeius p. 319. L.: «*Quae autem in ·ET· exeunt aliquando iunguntur dativo, aliquando accusativo.*» *e*) Vid. Donat. Lib. II. 19. L. coll. Pomp. 311. L. Cfr. etiam Diomed. 324. P. et Quinctilian. Inst. I. 5, 42.

27. Tempora sunt tria: praesens; praeteritum, quod in tria dividitur, in inperfectum, perfectum, plusquamperfectum; et futurum. Quidam tempus praesens esse negant; dicentes res aut factas esse, aut habere fieri [a]) fluminis meatui comparantes [b]).

28. Personae in verbis, sicut in pronominibus, tres sunt. Prima, quae de se loquitur, ut amo; secunda ad quam loquimur, ut amas; tertia de qua loquimur, ut amat. Personae quoque in verbis deficiunt, ut in modo imperativo numeri singularis persona prima deficit, sicut antea monstravi [47]).

29. Modi verborum sunt quinque, pronuntiativus [48]), quem quidam indicativum vel finitivum dicunt, qui habet tempora tria: instans, id est praesens, praeteritum et futurum, quod tempus futurum scilicet modi pronuntiativi, modum dicunt promissivum; sed errant, nam tempus est futurum specie promissiva, sicut tempus praeteritum inperfectum specie [49]) inchoativa, et tempus praeteritum plusquamperfectum specie recordativa.

30. Secundus modus est imperativus, qui duo tempora habet, praesens et futurum; nam de praeterito nemo imperat.

31. Tertius modus est optativus, qui habet tempora tria. Quidam negant debere adiungi modo optativo tempus praeteritum, hac ratione quia nemo optat de praeterito; sed errant, nam Vergilius posuit: — Fecissentque [50]) utinam — [c]).

32. Quartus modus est subiunctivus, quem quidam adiunctivum vel coniunctivum vocant, qui modus [51]) tempora tria recipit.

33. Quintus modus est infinitus, quem perpetuum dicunt, et hic similiter tria tempora habet; quamvis in praesenti omnia complectantur, ut est: amare modo, amare antea, amare postea.

34. Sunt verba, quae in praesentis temporis tertia persona et praeteriti perfecti communem habent declinationem, ut: succendo, succendis, succendit [52]), et [53]) succendi, succendisti, succendit. Sunt verba [54]), quae diversis praesentibus temporibus venientia, in praeterito perfecto similia sunt, ut cerno, cresco, crevi [55]); sunt e [56]) contrario quae simili tempore praesenti orta, in tempore perfecto separantur, ut parco, ignosco et servo; facit ignosco: peperci, ut — nec voci iraeque pepercit — [d]), parco vero servo, facit: parsi, ut Terentius in Hecyra [57]): — hanccine [58]) ego vitam parsi perdere — [e]). Sunt verba, quae et modis et om-

---

[47]) monstravi *Cod. ex em. pr. m.* — mostravi *a pr. m.* — [48]) pronuntiativus — pronuntiatib. *Cod.* [49]) specie — species *Cod.* [50]) fecissentque *Cod. ex em. pr. m. antea habuit* fecissemque. [51]) modus *Cod. ex em. pr. m.* — modum *a pr. m.* [52]) succendit *Cod. ex em. pr. m.* suscendit *a pr. m.* [53]) et — ut *Cod.* [54]) verba *Cod. ex em. pr. m.* — velba *a pr. m.* [55]) crevi *Cod. ex em. pr. m.* — revi *a pr. m.* [56]) e *Cod. ex em. pr. m.* — eq. *a pr. m.* [57]) Hecyra — haecyra *Cod.* [58]) hanccine — hancine *Cod.*

a) *Habere fieri*, i. e. *debere fieri*. Sic Tertullian. de cult. fem. I. 1. p. 150. Rigalt. (1675.) „*filius dei mori habuit.*" *b*) Cfr. nostrum Incertum de verbo §. 6. *c*) Virg. Aen. II. 110. — Cfr. Macrob. de diff. et soc. verb. p. 321. Bip. et nostrum Incertum de verbo §. 8. *d*) Virg. Aen. II. 534. *e*) Terent. Hecyr. III. 1, 2.

P. 114. v. nibus temporibus et personis deficiant et haec tantummodo * habeant: salve, salvete, salvere; quamvis Plautus in Truculento posuerit: — non salveo — [a]), sed inridenter, nam de persona rustici dixit.

35. DE CONIUGATIONIBUS. Coniugationes [59]) verborum sunt tres. Prima est, quae verbo activo, modo pronuntiativo, quem quidam indicativum vel finitivum vocant, temporis praesentis, numeri singularis secunda persona ·AS· syllaba terminatur, ut amo, amas. Cujus ·S· littera detracta et ·BO· adiecta fit futurum tempus eiusdem modi, quod quidam modum promissivum [60]) putant, ut amabo. Detracta syllaba ·BO· fit modi imperativi, temporis praesentis, numeri singularis secunda persona, ut ama. Huic personae [61]) ·RE· syllaba adiecta facit modi infiniti temporis praesentis vel omnis declinationem, ut amare.

36. Secundae coniugationis [62]) modi indicativi, temporis praesentis secunda persona ·ES· producta syllaba terminatur, ut doceo, doces. Et ·S· littera in ·BO· syllabam mutata, fit eiusdem modi tempus futurum, quod, sicuti docui, quidam promissivum putant, ut docebo. Qua syllaba ·BO· detraeta, fit modi imperativi, temporis praesentis secunda persona, ·E· producto, ut doce. Huic personae ·TO· syllaba adiecta fit eiusdem modi, temporis futuri secunda et tertia persona, ut doceto. Qua syllaba ·TO· in ·RE· correptam mutata, fit modus infinitus, ut docere.

37. Tertia coniugatio correpta secundam personam modi indicativi, temporis praesentis, numeri singularis ·IS· syllaba terminatam habet, ut scribo, scribis. Qua syllaba ·IS· in ·AM· mutata erit eiusdem modi tempus futurum, ut scribam, vel ·S· tantummodo in ·AM· mutata, ut sapio, sapis, sapiam. Imperativi quoque modi temporis praesentis secunda persona fit ·S· [63]) detracta de secunda persona numeri singularis modi indicativi temporis praesentis et ·I· in ·E· correptam mutata [64]), ut scribo, scribis, scribe. Sic omnia, exceptis verbis tribus: dic, duc, fac, non dice, non duce, non face, quod si invenerimus, comice dictum intellegendum est [b]). Modi ergo imperativi, temporis praesentis secundae personae ·RE· syllaba adjecta, fit modus infinitus, etiam eorum verborum quae

---

[59]) *Vox haec in Cod. literis miniatis est scripta.* [60]) promissivum — promissibum *Cod.* [61]) personae *Cod. ex em. pr. m. quae primum* pernonae. [62]) coniugationis *Cod. ex em. pr. m.* — conigationis *a pr. m.* [63]) ·S· — ·IS· *Cod. manifesto sphalmate.* [64]) mutata + fit *Cod. male.*

a) Plaut. Truc. III. 2, 4. *b*) *Dice* Naevius apud Fest. 241. L. Plaut. Capt. II. 2, 109. Curc. I. 2, 43. Bacch. IV. 4, 65. Merc. I. 47. Poen. V. 4, 63. Rud. I. 2, 36. IV. 4, 112. Cfr. Rhemn. Palaemon. 1382. P. qui *dice* etiam apud Virgilium legit. *Duce* Plaut. Epid. III. 3, 18. Most. I. 4, 11. Poen. V. 4, 54. Rud. II. 3, 55. Trinumm. II. 2, 103. Truc. II. 5, 26. *Face* Plaut. I. 1, 77. Aul. III. 5, 64. Most. III. 2, 166. Menaech. V 5, 45. 7, 25. Merc. II. 4, 30. Pseud. I. 2, 24. Poen. V. 2, 75. Pers. I. 3, 66. II. 2, 16. 60. IV. 3, 67. Trinumm. I. 2, 137. III. 3, 71. IV. 4, 11. Truc. II. 5, 25. *Face* tamen non tantum apud comicos sed et apud Ovidium Heroid. XX. 152. Amor. II., 2, 40. Remed. 337. Medic. fac. 60. Fast. I. 287. V. 690.

modo imperativo ·C· non ·E· correpta terminantur, ut scribere, dicere, facere, ducere; excepto uno verbo, genere neutro, quod modo infinito sine ·RE· syllaba terminatur, ut: volo, velle, et uno defectivo sum, esse; nam odi, novi, memini modo tantummodo indicativo declinantur sine tempore futuro, nam praesens et praeteritum perfectum simile est, et praeteritum imperfectum praeterito plusquamperfecto. Inveniemus eorum verborum tempus plusquamperfectum modi infiniti, ut est odisse, novisse, nosse vel meminisse, quamvis haec omnia sine coniugatione sint.

38. Tertia coniugatio producta, quam quidam quartam dicunt, modi indicativi temporis praesentis numeri singularis secunda persona ·IS· syllaba terminatur, ut munio, munis; sed ·S· littera in ·AM· mutata fit futuri * temporis, eiusdem modi prima persona, ut muniam; excepto ibo F.115.r
et si quid inde nascitur; quamvis Terentius: — non eam [65]), ne nunc quidem [a]) et redeam [b]). — Sed ·AM· syllaba detracta [66]) et ·I· littera integra remanente fit modi imperativi secunda persona numeri singularis, ut muni. Huic ·TO· adiecta fit secunda et tertia persona numeri singularis, eiusdem modi, temporis futuri, ut munito. Qua in ·RE· mutata fit infinitivi modi tempus omne et omnis persona, ut munire.

Sic omnes verborum species declinabuntur, exceptis inpersonalibus, in quibus personae adiectae ubique faciunt declinationem, et exceptis defectivis.

39. Quidam putant de secunda persona modi indicativi, temporis praesentis omne verbum, cuius sit coniugationis posse cognosci. Sed errant, nam poterit haec eorum ratio in prima et secunda coniugatione constare; nam prima ·AS· ut amas, secunda ·ES· producta syllaba terminatur, ut doces, tertia vero correpta et tertia producta, quam quidam quartam dicunt, non poterunt separata firmari; nam utraque ·IS· syllaba terminatur, ut scribis, munis. Ergo ut in omni coniugatione firmissima ratio tradatur, consideranda est modi imperativi numeri singularis secunda persona; nam primae coniugationis modi imperativi, temporis praesentis, numeri singularis secunda persona ·A· terminatur, ut ama; secundae [67]) ·E· producto, ut doce; tertiae vero correptae [68]) ·E· correpta, ut scribe; tertiae productae ·I·, ut muni.

40. Species passiva, quae venit de activa primae personae, modi indicativi, temporis praesentis ·R· adiecta fit, ut amor, tueor, scribor, munior. Sic in tempore futuro eiusdem modi, quod quidam modum promissivum dicunt, in verbis quidem primae et secundae coniugationis ·R· littera adiecta fit, ut amabor, docebor; in tertiae vero correptae ·M· in ·R· mutatur, ut scribar, moriar.

41. Omnis coniugationis verborum passivorum modus imperativus similis est infinito activorum, ut amare, docere, scribere, munire; nam

---

[65]) eam *Cod. ex em. pr. m.* nam *Cod. a pr. m.* [66]) detracta — detraecta *Cod.* [67]) secundae — secunda *Cod.* [68]) tertiae vero correptae — tertia vero correpta *Cod.*

a) Terent. Eunuch. I. 1, 1. *b*) Terent. Eunuch. I. 1, 4.

eiusdem modi tempus futurum ·R· adiecta tempori futuro modi imperativi activitatis fiet, ut amator, docetor, scribitor, munitor, nam modus infinitus passivorum omnium coniugationum ex modo infinito activorum et ·E· in ·I· mutata, excepta tertia correpta, quae de secunda persona activitatis modi indicativi, temporis praesentis, numeri singularis fit, ·S· littera sublata; primae coniugationis amari, secundae doceri [69]), tertiae vero correptae scribi, dici, duci, legi.

42. Hoc scire debemus, quod futurum tempus modi optativi primae coniugationis, modi indicativi prima persona ·O· littera in ·EM· [70]) syllabam mutata fiet, utinam amem; secunda vero in ·AM·, utinam doceam; tertia utraque sic, utinam scribam, utinam muniam, sed in tertia utra-
F.115.v. que prima persona modi optativi, temporis futuri * similis orta primae personae modi indicativi temporis futuri in secunda persona separatur; nam optativi modi temporis futuri secunda persona ·AS· syllaba terminatur, utinam scribam, scribas; utinam muniam, munias; illa autem ·ES· scribam, scribes; muniam, munies. Simile est tempus praesens modi coniunctivi futuro modi optativi in omni coniugatione, cum amem, cum doceam cum scribam, cum muniam. Istis omnibus ·M· in ·R· mutata, passivitas fiet, utinam amer, cum amer; utinam docear [71]), cum docear; utinam scribar [72]), cum scribar; utinam muniar [73]), cum muniar.

43. Quidam modi indicativi tempus futurum modum promissivum dicunt. Sed errant; nam nec modus indicativus potest esse sine futuro tempore, nec modus aliquis sine tempore praesenti et praeterito poterit reperiri [74]); praeterea species debet dici promissiva, sicut species inchoativa, scribebam, et species recordativa amaveram, scripseram, sic species promissiva amabo [a]).

44. DE DECLINATIONE. Amo verbum formae primae, personam recipientis, ·O· littera terminatae, qualitatis finitae, generis, id est significationis, speciei vel affectus activi, figurae simplicis, modi indicativi, id est pronuntiativi vel finitivi, temporis praesentis vel instantis, numeri singularis, personae primae, quod declinabitur sic: amo, amas, amat, et pluraliter: amamus, amatis, amant.

Eodem modo tempore praeterito inperfecto specie inchoativa: amabam, amabas, amabat, et pluraliter: amabamus, amabatis, amabant.

Eodem modo tempore praeterito perfecto: amavi, amavisti, amavit, et pluraliter: amavimus, amavistis, amaverunt.

Eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto specie recordativa, numero singulari: amaveram, amaveras, amaverat, et pluraliter: amaveramus, amaveratis, amaverant.

---

69) doceri — docere *Cod.* 70) in .EM. — in m̄ *Cod.* 71) docear — doceam *Cod.* 72) scribar scribam *Cod.* 73) muniar — muniam *Cod.* 74) reperiri — repperiri *Cod.*

a) Vid. Diomed. 328. P. Cledon. 1869. P. et imprimis Pompeius 266. 267. L. et Serv. Art. gram. 508. L.

Eodem modo tempore futuro, specie promissiva: amabo, amabis [75]), amabit [76]), et pluraliter: amabimus, amabitis, amabunt.

Modo imperativo tempore praesenti numero singulari ad secundam et tertiam personam: ama, amet, et pluraliter: amemus, amate, ament.

Eodem modo tempore futuro numeri singularis ad secundam et tertiam personam: amato tu, amato vel amet ille, et pluraliter: amemus, amatote, ament vel amento vel amamino [a]).

Modo optativo tempore praesenti et praeterito inperfecto: utinam amarem, amares, amaret, et pluraliter: utinam amaremus, amaretis amarent.

Eodem modo tempore praeterito perfecto: utinam amaverim, amaveris, amaverit, et pluraliter: utinam amaverimus, amaveritis, amaverint.

Eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto: utinam amavissem, amavisses, amavisset, et pluraliter: utinam amavissemus, amavissetis, amavissent.

Eodem modo tempore futuro: utinam amem, ames, amet, et pluraliter: utinam amemus, ametis, ament.

Modo subiunctivo, * qui et coniunctivus vocatur, tempore praesenti: F.116.a.
cum amem, ames, amet, et pluraliter: cum amemus, ametis, ament.

Eodem modo tempore praeterito inperfecto: cum amarem, amares, amaret, et pluraliter: cum amaremus, amaretis, amarent.

Eodem modo tempore praeterito perfecto: cum amaverim, amaveris, amaverit, et pluraliter: cum amaverimus, amaveritis, amaverint.

Eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto: cum amavissem, amavisses, amavisset, et pluraliter: cum amavissemus, amavissetis, amavissent.

Eodem modo tempore futuro specie ulteriori: cum amavero, amaveris, amaverit, et pluraliter: cum amaverimus, amaveritis, amaverint.

Modo infinito numeris personis incertis, tempore praesenti et praeterito inperfecto: amare. Praeterito plusquamperfecto: amavisse vel amasse. Futuro [77]): amatum ire vel amaturum isse.

Participia trahuntur a verbo activo praesentis temporis et futuri, nam de praeterito tempore locutio fit, ut hic qui amavit.

Praesentis temporis participia [78]) numero singulari communia sunt generis omnis [b]), ut hic et haec et hoc amans. Hi et hae amantes, et haec amantia. Futuri numeri singularis: hic amaturus, haec amatura, hoc amaturum, et pluraliter: hi amaturi, hae amaturae, haec amatura.

---

75) amabis — amavis *Cod.* 76) amabit — amavit *Cod.* 77) futuro — futuri *Cod.* 78) participia — particia *Cod.*

a) *Amamino*, ad secundam personam refer formam e passivorum imperativo translatam, nemini, praeter nostrum cognitam. b) Scribendum fuisset: numero singulari generis omnis sunt, plurali communia.

Inpersonalia sive supina: amandi, amando, amandum. Haec a quibusdam gerundia appellantur [a]).

Hoc modo declinabuntur omnia verba ·O· littera terminata exceptis defectivi generis, ut fio, factus sum.

45. AMOR VERBUM PASSIVUM. Indicativo modo vel finitivo, tempore praesenti, numeri singularis: amor, amaris, amatur, et pluraliter: amamur, amamini, amantur.

Eodem modo tempore praeterito inperfecto: amabar, amabaris, amabatur, et pluraliter: amabamur amabamini, amabantur.

Eodem modo praeterito perfecto: amatus sum vel fui, amatus es vel fuisti [79]), amatus est vel fuit, et pluraliter: amati sumus vel fuimus, amati estis, fuistis, amati sunt, fuerunt.

Eodem modo tempore praeterito plusquam perfecto: amatus eram, fueram, amati estis, fuistis, amati sunt, fuerunt [b]).

Eodem modo tempore futuro specie promissiva: amabor [80]), amaberis [81]), amabitur [82]), et pluraliter: amabimur [83]), amabimini, amabuntur.

Modo imperativo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam: amare, ametur; et pluraliter ad omnes [84]): amemur, amemini, amentur.

Eodem modo tempore futuro ad secundam et tertiam: amator tu, ametur ille, et pluraliter ad omnes [85]) amemur, ameminor, amentur [c]).

Modo optativo tempore praesenti et praeterito inperfecto: utinam amarer, amareris, amaretur, et pluraliter: utinam amaremur, amaremini, amarentur.

Eodem modo tempore praeterito perfecto: utinam amatus sim [86]), sis, sit, fuerim, fueris, fuerit, et pluraliter: amati simus, fuerimus, amati sitis, fueritis, amati sint, fuerint.

Eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto: utinam amatus essem, esses, esset, fuissem, fuisses, fuisset, amati essemus, essetis, essent, fuissemus, fuissetis, fuissent.

Eodem modo tempore futuro: utinam amer, ameris, ametur, utinam amemur, amemini, amentur.

Modo subiunctivo vel [87]) coniunctivo tempore praesenti: cum amer, ameris, ametur, et pluraliter: cum amemur, amemini, amentur.

F.116.v. Eodem modo tempore praeterito inperfecto: * cum amarer, amareris, amaretur, et pluraliter: cum amaremur, amaremini, amarentur.

---

79) fuisti — fuis *Cod.* 80) amabor — amavor *Cod.* 81) amaberis — amaveris *Cod.* 82) amabitur — amavitur *Cod.* 83) amabimur — amavimur *Cod.* 84) ad omnes — omnis *Cod.* = ad, *quod ad normam mox sequentium supplevimus* 85) ad omnes — ad omnis *Cod.* 86) amatus sim — amatus amatus sim *Cod.* 87) vel *Cod. supra adscripto* sive *a pr. m.*

a) Cledon. 1870. et 1873. P. Prisc. VIII. IX. 44—47. Pompeius 273. L. *b*) Sic *Cod.* diserte. *c*) *ameminor, amentur.* Sic *Cod.* pro *amaminor, amantor.*

Eodem modo tempore praeterito perfecto: cum amatus sim, sis, sit, cum amati simus, sitis[88]), sint, fuerim[89]), fueris, fuerit, fuerimus, fueritis, fuerint.

Eodem modo tempore praeterito plusquam perfecto: cum amatus essem, esses, esset, cum amati essemus, essetis, essent, fuissem, fuisses, fuisset, fuissemus, fuissetis, fuissent.

Eodem modo tempore futuro specie ulteriori: cum amatus ero, eris, erit, cum amati erimus, eritis, erunt, fuero, fueris, fuerit, fuerimus, fueritis, fuerint.

Modo infinito, numeris personis incertis, tempore praesenti et praeterito inperfecto: amari[90]); praeterito perfecto et plusquamperfecto[91]): amatum esse, fuisse; futuro[92]): amatum iri[93]), amandum[94]) isse.

Participia trahuntur a verbo passivo temporis praeteriti et futuri, nam de praesenti tempore locutio fit, ut hic qui amatur.

Participia temporis praeteriti: hic amatus, haec amata, hoc amatum, et pluraliter: hi amati, hae amatae, haec amata; temporis futuri: hic amandus, haec amanda, hoc amandum, hi amandi, hae amandae, haec amanda.

Inpersonalia sive supina: amatu, amatum.

46. DOCEO[95]) verbum coniugationis secundae. Doceo, doces, docet, docemus, docetis, docent.

Tempore praeterito inperfecto specie inchoativa: docebam, docebas, docebat, docebamus, docebatis, docebant.

Tempore praeterito perfecto: docui, docuisti, docuit, docuimus, docuistis, docuere, docuerunt.

Praeterito plusquamperfecto specie recordativa, docueram, docueras, docuerat, docueramus, docueratis, docuerant.

Tempore futuro specie promissiva: docebo, docebis, docebit, docebimus, docebitis, docebunt.

Modo imperativo tempore praesenti: doce, doceat, doceamus, docete, doceant.

Tempore futuro: doceto tu, doceto ille vel doceat, doceamus, docetote, doceant vel docento, vel docemino [a]).

Optativo modo, tempore praesenti et praeterito inperfecto: utinam docerem, doceres, doceret, utinam doceremus, doceretis, docerent.

Tempore praeterito perfecto: utinam docuerim, docueris, docuerit, utinam docuerimus, docueritis, docuerint.

---

88) sitis *Cod. ex em. pr. m.* — stius *Cod. a pr. m.* 89) fuerim — fuero *Cod. sphalmate* 90). amari = *Cod. necessario supplendum.* 91) futuro — futuri *Cod.* 92) praeterito perfecto et plusquamperfecto = *Cod. omnino supplendum.* 93) amatum iri — amaturi *Cod.* 94) amandum — amandur *Cod.* τῷ *r a pr. m. in s mutato et* m *suprascripto.* 95) Doceo, *vulgaribus literis in Cod. scriptum, maiusculis in editione distinguendum putavimus.*

a) Cfr. supr. p. 11. not. *a*.

Futuro: scribam, scribes, scribet, scribemus, scribetis, scribent.

Imperativo praesentis: scribe, scribat, scribamus, scribite, scribant.

Futuro: scribito tu, scribito ille vel scribat, scribamus, scribitote, scribimino a), scribant vel scribento b).

Optativo praesenti et praeterito inperfecto: utinam scriberem, scriberes, scriberet, utinam scriberemus, scriberetis, scriberent.

Praeterito perfecto: utinam scribserim, scribseris, scribserit, scribserimus, scribseritis, scribserint.

Praeterito plusquamperfecto: utinam scripsissem 6), scripsisses, scripsisset, scripsissemus, scripsissetis 7), scripsissent.

Futuro: utinam scribam, scribas, scribat, scribamus, scribatis, scribant.

Modo subiunctivo, praesenti: cum scribam, scribas, scribat, cum scribamus, scribatis, scribant.

Praeterito inperfecto: cum scriberem, scriberes, scriberet, cum scriberemus, scriberetis, scriberent.

Praeterito perfecto: cum scribserim, scribseris, scribserit, cum scripserimus, scribseritis, scripserint.

Praeterito plusquamperfecto: cum scripsissem, scripsisses, scripsisset, cum scripsissemus, scripsissetis, scripsissent.

Futuro specie ulteriori: cum scribsero, scribseris, scribserit, scribserimus, scribseritis, scribserint.

Infinito modo, numero, personis incertis, tempore praesenti et praeterito inperfecto: scribere.

Praeterito perfecto et plusquamperfecto 8): scribsisse. Futuro 9): scribtum ire, scribtum c) isse.

Participia praesentis: hic et haec et hoc scribens, hi et hae scribentes et haec scribentia.

Futuri: scripturus, scriptura, scripturum, scripturi, scripturae, scriptura.

Inpersonalia sive supina: scribendi, scribendo, scribendum.

49. EIVSDEM PASSIVUM 10). Scribor, scriberis, scribitur, scribimur, scribimini, scribuntur.

Praeterito inperfecto: scribebar, scribebaris, scribebatur, scribebamur, scribebamini, scribebantur.

Praeterito perfecto: scriptus sum, es, est, scribti sumus, estis, sunt, fui, fuisti, fuit, fuimus, fuistis, fuere, fuerunt.

---

6) scripsissem — scripsssem *Cod.* 7) scripsissetis — scripsssetis *Cod.* 8) praeterito perfecto et plusquamperfecto — praet. perf. et plus. perfecti *Cod.* 9) futuro — futuri *Cod.* 10) Eiusdem passivum, *literae minusculae in Codice.*

a) Cfr. supra p. 11 not. *a*. — *b*) scribento, sic *Cod.* diserte. *c*) Ita *Cod.* pro *scribturum.*

Praeterito plusquamperfecto: scribtus eram, eras, erat, scribti eramus, eratis, erant, fueram, fueras, fuerat, fueramus, fueratis, fuerant.

Futuro: scribar, scriberis, scribetur, scribemur, scribemini, scribentur.

Imperativo: scribere, scribatur, scribamur, scribamini, scribantur.

Futuro: scribtor [a]) tu, vel scribatur ille, scribamur, scribaminor[b]), scribantur.

Optativo praesenti, praeterito inperfecto: utinam scriberer, scribereris, scriberetur, utinam scriberemur, scriberemini, scriberentur.

*Praeterito perfecto: utinam scriptus sim, sis, sit, sribti simus, F.117v
sitis, sint, fuero [c]), fueris, fuerit, fuerimus, fueritis, fuerint.

Praeterito plusquamperfecto: utinam scriptus essem, esses, esset, scribti[11]) essemus, essetis, essent, fuissem, fuisses, fuisset, fuissemus, fuissetis, fuissent.

Futuro: utinam scribar, scribaris, scribatur, scribamur, scribamini, scribantur.

Modo subiunctivo praesenti: cum scribar, scribaris, scribatur, cum scribamur, scribamini, scribantur.

Praeterito inperfecto: cum scriberer, scribereris, scriberetur, scriberemur, scriberemini, scriberentur.

Praeterito perfecto: cum scriptus sim, sis, sit, scribti simus, sitis, sint, fuerim, fueris, fuerit, fuerimus, fueritis, fuerint.

Praeterito plusquamperfecto: cum scriptus essem, esses, esset, scribti[11]) essemus, essetis, essent, fuissem, fuisses, fuisset, fuissemus, fuissetis, fuissent.

Futuro ulteriori: cum scriptus ero, eris, erit, scripti erimus, eritis, erint, fuero, fueris, fuerit, fuerimus, fuerint.

Infinito, numeris personis incertis, praesenti, praeterito inperfecto: scribi.

Praeterito perfecto et plusquamperfecto[12]): scriptum esse, fuisse.

Futuro[13]): scriptum iri vel scribendum isse.

Participium praeteriti: scriptus, scripta, scriptum.

Futuri: scribendus, scribenda, scribendum.

Inpersonalia[14]) sive supina: scribtu[15]), scribtum.

---

[11]) esset scribti — ess etscribti *Cod.* [12]) plusquamperfecto — plusquamperfecti *Cod.* [13]) futuro — futuri *Cod.* [14]) inpersonalia — personalia *Cod.* [15]) scribtu - scriptus *Cod.*

a) Ita *Cod.* diserte. *b*) Ita *Cod.* pro *scribiminor*. *c*) Ita *Cod.* pro *fuerim*.

50. MUNIO [16], verbum III. coniugationis productae. Munio, munis, munit [17], munimus, munitis [18], muniunt.

Praeterito inperfecto, inchoativa specie: muniebam, muniebas, muniebat, muniebamus, muniebatis, muniebant.

Praeterito perfecto: muni vel munivi, munisti, munivisti, muniit vel munivit, muniimus, munivimus, munistis, munivistis, muniere, munivere, munierunt, muniverunt.

Praeterito plusquamperfecto, specie recordativa: munieram, muniveram, munieras, muniveras, munierat, muniverat, munieramus, munieratis, munierant.

Futuro, specie promissiva: muniam, munies, muniet, muniemus, munietis, munient.

Imperativo praesenti: muni, muniat, muniamus, munite, muniant.

Futuro: munito tu, munito ille, muniat, muniamus, munitote, munimino, muniant vel muniento [a].

Optativo praesenti, praeterito inperfecto: utinam munirem, munires, muniret, utinam muniremus, muniretis, munirent.

Praeterito perfecto: utinam munierim, munieris, munierit, munierimus, munieritis, munierint.

Praeterito plusquamperfecto: utinam munissem vel munivissem munisses, munisset, munissemus, munissetis, munissent.

Futuro: utinam muniam, munias, muniat, muniamus, muniatis, muniant.

Subiunctivo praesenti: cum muniam, munias, muniat, muniamus, muniatis, muniant.

Praeterito inperfecto: cum munirem, munires, muniret, cum muniremus, muniretis, munirent.

Praeterito perfecto: cum munierim, munieris, munierit, munierimus, munieritis, munierint.

Praeterito plusquamperfecto: cum munissem, munisses, munisset, munissemus, munissetis, munissent.

Futuro ulteriori: cum muniero, munieris, munierit, munierimus, munieritis, munierint.

Infinito, numeris personis incertis, praesenti, praeterito inperfecto: munire.

Praeterito perfecto, plusquamperfecto [19]: munisse vel munivisse.

Futuro [20]: munitum ire, vel muniturum isse [21].

Participia praesentis: hic et haec et hoc muniens, hi et hae munientes, et haec munientia.

---

[16]) *Maiusculae in Codice non sunt.* [17]) munit — munis *Cod.* [18]) munitis — muntis *Cod.*
[19]) praeterito perfecto, plusquamperfecto — praeteriti perfecti plusquamperfecti *Cod.*
[20]) futuro — futuri *Cod.* [21]) Ita *Cod.*

a) Vid. supr. pag. 11. not. *a*.

Futuri: muniturus, munitura, muniturum.

Inpersonalia sive supina: muniendi, muniendo, muniendum.

51. EIVSDEM PASSIVUM [11]). Munior, muniris, munitur, munimur, munimini, muniuntur.

Praeterito inperfecto: muniebar, muniebaris, muniebatur, muniebamur, muniebamini, muniebantur.

Praeterito perfecto munitus sum, es, est, muniti sumus, estis, sunt, fui, fuisti, fuit, fuimus, fuistis, fuerunt.

Praeterito plusquamperfecto: munitus eram, eras, erat, muniti eramus, eratis, erant, fueram, fueras, fuerat, fueramus, fueratis, fuerant.

Tempore futuro: muniar, munieris, munietur, muniemur, muniemini, munientur.

Imperativo praesenti: munire, muniatur, muniamur, muniamini, muniantur [a]).

Optativo praesenti et praeterito inperfecto: utinam munirer, munireris, muniretur, utinam muniremur, muniremini, munirentur.

Praeterito perfecto: utinam munitus sim, sis, sit, muniti simus, sitis, sint, fuerim, fueris, fuerit, fuerimus, fueritis, fuerint.

Praeterito plusquam perfecto: utinam munitus essem, esses, esset, essemus, essetis, essent, fuissem, fuisses, fuisset, fuissemus, fuissetis, fuissent.

Futuro: utinam muniar, muniaris, muniatur, muniamur, muniamini, muniantur.

Subiunctivo praesenti: cum muniar, muniaris, muniatur, cum muniamur, muniamini, muniantur.

Praeterito inperfecto: cum munirer, munireris, muniretur, cum muniremur, muniremini, munirentur.

Praeterito perfecto: *cum munitus sim, sis, sit, cum muniti si- F.118.r.
mus, sitis, sint, fuerim, fueris, fuerit, fuerimus, fueritis, fuerint.

Praeterito plusquamperfecto: cum munitus essem, esses, esset, cum muniti essemus, essetis, essent, fuissem, fuisses, fuisset, fuissemus, fuissetis, fuissent.

Futuro ulteriori: munitus ero, eris, erit, erimus, eritis, erint, fuero, fueris, fuerit, fuerimus, fueritis, fuerint.

Infinito, numeris personis incertis, praesenti et praeterito inperfecto: muniri.

---

[11]) *Literae minusculae in Codice sunt.*

a) Futurum imperativi in hoc verbo non posuit noster.

62. Casus in participiis tot sunt quot[42]) et in nominibus et in pronominibus.

63. Participia a verbo activo veniunt temporis praesentis, ut docens; futuri, ut docturus: de passivo temporis praeteriti, ut doctus; futuri, docendus: a neutro praesens, natans; praeteriti, natatus; duo futura: nataturus, natandus: a deponenti praesens, obsonans; praeteritum, obsonatus; duo futura: obsonaturus, obsonandus; sic et de communi: criminans, criminatus, criminaturus, criminandus.

64. Sunt quaedam participia eadem etiam nomina, ut cultus, sapiens, quorum quidem species genetivo dinoscitur, ut cultus, si sit nomen, huius[43]) cultus faciet, si participium temporis praeteriti, huius culti; nam sapiens tempore participium, comparatione nomen declaratur; nam si fecerit futuro tempore sapiturus, sapiens participium est; si fecerit sapiens, sapientior, sapientissimus nomen est.

65. Sunt nomina, quae speciem habent participiorum, ut docens, pudens, non tamen sunt participia sine verbi aliqua substantia, ut tunicatus, galeatus, pudendus.

66. Omnia igitur participia[44]) aut ·N· et ·S· terminantur, temporis praesentis, ut amans, aut ·RVS·, temporis futuri activitatis[45]) ut amaturus, aut ·DVS· temporis futuri passivitatis, ut amandus; temporis praeteriti aut ·TVS· ut amatus, aut ·VS·[a]) nexus, et ·SVS· ut visus, tersus, mersus. Hoc tamen scire debemus, quod participium ·SVS· terminatum, aut de secunda erit coniugatione, aut de tertia correpta. Sed haec exempla de genere masculino sunt tantummodo, excepto tempore praesenti, cetera omnia genere feminino ·A· terminantur, neutro ·M·

67. Numeri in participiis duo sunt, singularis, ut hic doctus, pluralis, ut hi docti.

68. Sunt nonnulla participia, quae adiecta praepositione transeant in[46]), nomen, ut innocens, indoctus, indomitus[47]), insciens; nec enim possunt sic cum praepositione a verbo venire; nemo enim dicit: indoceor vel indomor, vel inscior, sic ut indicens et indicans, indico, et insipiens, insipio.

69. DE CONIUNCTIONE. Coniunctio est pars orationis[48]) adnectens ordinansque dictionem. Coniunctioni accidunt tria: potestas, figura, ordo.

70. Potestas in quinque dividitur; sunt enim copulativae, disiunctivae, expletivae, causales, rationales.

71. Copulativae[49]) sunt sex: et, que, at, atque, ac, ast. Ut—Et te[50]) montosae misere[b]).—Teque isto corpore solvo[51])[c])—At tuba r.[d]).

---

[42]) quot — quod *Cod.* [43]) huius — hius *Cod.* [44]) participia — particia *Cod.* [45]) activitatis *a prima manu inter lineas.* [46]) in *Cod. ex em. pr. m.* ad *Cod. a pr. m.* [47]) indomitus *Cod. ex em. pr. m., quae primum* indocmitus *scripserat.* [48]) Coniunctio est pars orationis, *etiam haec verba literis miniatis in Cod. scripta sunt.* [49]) copulativae, *literae miniatae.* [50]) te *inter lineas a prima manu additum.* [51]) corpore solvo — corp. s. *Cod.*

a) ·*VS*· ita Cod. pro ·*XVS*· *b*) Virg. Aen. VII. 744. *c*) Virg. IV. 703. *d*) *at tuba r.*, verisimile est eum scribere voluisse t. et innui versum notissimum ex Ennii Annal. Lib. II. 35. ed Lips. 1825. *at tuba terribili sonitu taratantara dixit.*

— Atque ea diversa [a]. — Ac mecum ab reliquorum [b]. — Ast de me divum [c].

72. Disiunctivae vero quinque: aut, vel, ve, neo, neque. Ut — Aut age diversos [d]. — Vel tu quod superest [52]) [e]. — miserive probet [53]) populos [f]. — Nec tibi diva parens [g]. — Neque ego hanc abscondere [h].

73. Expletivae vero decem: quidem, equidem, saltem, videlicet, quamquam, *quamvis, quoque, autem, vero, etsi. Ut — est F.119.r. quidem hoc coeptum atque temptatum. — equidem merui, nec deprecor [54]) [i]. — Saltem si qua mihi de te [k]. — Videlicet ille servus Cliniae [l]. — Quamquam haec inter nos nuper [m]. — Quamvis increpitent socii [n]. — Hanc quoque deserimus [o]. — Ille autem: neque te Phoebi [55]) cortina fefellit [56]) [p]. — Me vero primum dulces ante omnia Musae [q]. — Etsi scio ego Philumena [57]) [r].

74. Causales viginti et sex [58]): si, tametsi, tamen, siquidem, quando quidem, quinetiam, quatenus, sin, seu, sive, nam, namque, nisi, nisi si, enim, etenim, ni, sed, interea, quando (potest et adverbium esse temporis, ut Terentius in Eunucho: veniet Chaerea. Fraterne? quando? hodie [s].) quamobrem, praesertim, item, itemque, ceterum, alioquin, praeterea. Ut [59]) — Si bene quid [60]) de te merui [t]. — Tametsi haudquaquam [61]) par gloria sequitur [u]. — Etsi fata deum [v]. — Tamen quia nati sunt cives monitos esse etiam atque etiam volo [w]. — Si tu quidem vera praedicas [x]. — Quandoquidem tu solus regnas [y]. — Quinetiam patria excussos [z]. — Quatenus Lucretius libro secundo: Quatenus in pullos animantium vertier ova Cernimus alituum [aa]. — Sin has non possim naturae acquirere partes [bb]. — Seu pacem seu bella geram [cc]. — Sive Erycis fines [dd]. — Nam mihi parta quies [ee]. — Namque, fatebor enim [ff]. — Nisi me animus fallit, hic profecto [gg]. — Nisi si id est quod suspicor [hh]. — Quis enim modus adsit amo-

---

52) superest — s. *Cod.* 53) probet — provet *Cod.* 54) deprecor — d. *Cod.* 55) Phoebi — foeibi *Cod.* 56) fefellit — ffe. *Cod.* 57) etsi scio ego Philumena — etsiecioegofil *Cod.* 58) viginti et sex; *ita Cod. Legendum est* viginti et septem, *ut patet ex ipsa coniunctionum causalium enumeratione, et e numero exemplorum citatorum.* 59) ut - aut *Cod.* 60) quid- quit *Cod.* 61) haudquaquam — autquaquam *Cod.*

a) Virg. Aen. IX. 1. *b*) Sallust. Catil. 3. *c*) Virg. Aen. X. 743. *d*) Virg. Aen. I. 70. *e*) Virg. Aen. V. 691. *f*) Virg. Aen. IV. 112. *g*) Virg. Aen. IV. 365. *h*) Virg. Aen. IV. 337. *i*) Virg. Aen. XII. 931. *k*) Virg. Aen. IV. 327. *l*) Terent. Heaut. III. 2, 3, 4. *m*) Terent. Heaut. I. 1, 1. *n*) Virg. Aen. III. 454. *o*) Virg. Aen. III. 190. *p*) Virg. Aen. VI. 347. *q*) Virg. Georg. II. 475. *r*) Terent. Hec. V. 1, 6. *s*) Terent. Eunuch. IV. 4, 29, 30. *t*) Virg. Aen. IV. 317. *u*) Sallust. Catil. 3. *v*) Virg. Aen. II. 54. *w*) Cic. Catil. II. 27. *x*) Cfr. Terent. Andr. III. I, 7. *y*) Terent. Phorm. II. 3. 58. *z*) Virg. Aen. VII. 299. *aa*) Lucret. de rer. nat. II. 926, 927. *bb*) Virg. Georg. II. 483. *cc*) Virg. Aen. IX. 279. *dd*) Virg. Aen. I. 570. *ee*) Virg. Aen. VII. 598. *ff*) Virg. Eclog. I. 32. *gg*) Terent. Heaut. IV. 1, 1. *hh*) Terent. Andr. 1, 5, 14.

ri [a]). — Etenim quod sit ingenium tantum [b]). — Ni me quae Salium fortuna [c]). — Sed tibi ingentes populos [62]) [d]). — Interea sacra haec [e]). — Quando huc venistis [63]) [f]). — Quamobrem nisi si id est quod suspicor monstri aliquid [64]) [g]). (Haec non tam coniunctio, quam tres partes orationis nuncupandae: quam, ob, rem) — His praesertim iam noctibus [h]). — Item alii per dedecora patrimoniis amissis [i]). — Itemque senatus magna pars [k]). — Ceterum mihi in dies magis auxiliorum [l]). — Alioquin hoc fieri non potest. — Praeterea si nona diem [65]) [m]).

75. Rationales duodecim: itaque, quoniam, enim vero, quia [66]), quapropter, quoniam quidem, quippe, ergo, ideo, igitur, scilicet, propterea. — Itaque si mihi stomachum moveritis [n]). — Quoniam de moribus civitatis [o]). — Enim vero Dave [p]). — Sed quia provenere [q]). — Quapropter te [r]). — Quoniam quidem circumventus [67]) [s]). — Quippe secundae res [t]). — Ergo ausculta [u]). — Graiumque ideo [v]). — Igitur colos [w]). — Scilicet is superis [x]). — Propterea quae nunc misera in maerore est [y]).

76. Inter causam autem et rationem hoc est, quod in ratione semper causa est, in causa vero non semper est ratio, et quod in ratione semper consilium continetur, in causa vero non semper; causas habet Iuno ut irascatur Aeneae, non rationem; habet rationem doctus ut sit litteratus, habet et causam.

77. Nequidem ideo non est posita, quia sic iuncta latina non est, nam huic coniunctioni aliqua pars orationis interponi debet, ac si dicamus: ne ego quidem, nam nequidem ego nusquam lectum est, ideoque veluti barbarismus devitatur.

78. Figurae coniunctionis aut simplices sunt, ut quoniam, aut compositae, ut quandoquidem.

79. Ordo in tria dividitur. Aut tantum praeponitur, ut — Ast illum ereptae magno [z]). — Aut semper subiungitur, ut [68]) — Arma virumque [aa]). — Aut et praeponitur et subiungitur ut — Et me Phoebus [69]) equis oriens — [bb]) ut — memet super ipsa dedissem [cc]).

F. 119. v. 80. Quidam coniunctiones * disiunctivas non putant oportere dici coniunctiones [70]), hac ratione: si ideo dictae sunt coniunctiones a coniungendo, quae

---

62) populos — pop. *Cod.* 63) venistis — ven. *Cod.* 64) monstri aliquid — mali *(id est: monstri aliquid) Cod.* 65) si nona dies — sind. *Cod.* 66) quia — qua *Cod.* 67) circumventus — circ. v. *Cod.* 68) ut — utque *Cod.* 69) Phoebus — foebus *Cod.* 70) coniunctiones — coniunes *Cod.*

a) Virg. Eclog. II. 68. *b*) Cic. Verr. Act. I. 10. *c*) Virg. Aen. V. 356. *d*) Virg. Aen. VIII. 475. *e*) Virg. Aen. VIII. 172. *f*) Virg. l. c. *g*) Terent. Andr. I. 5. 14. *h*) Cic. Catil. II. 23. *i*) Sallust. Catil 37. *k*) Sallust. Catil. 53. *l*) Sallust. Catil. 20. *Ceterum mihi in dies magis animus accenditur.* *m*) Virg. Aen. V. 64. *n*) Cic. Muren. 28. *o*) Sallust. Catil. 5. *p*) Terent. Andr. I. 3. 1. *q*) Sallust. Catil. 8. *r*) Terent. Hec. V. 1, 6. *s*) Sallust. Catil. 31. *t*) Sallust. Catil 11. *u*) Plaut. Cas. II. 4, 8. Plaut. Pers. IV. 6 19. *v*) Virg. Aen. IV. 228. *w*) Sallust. Catil. 15. *x*) Virg. Aen. IV. 379. *y*) Terent. Andr. IV. 2, 10. *z*) Virg. Aen. III. 330 *aa*) Virg. Aen. I. 1. *bb*) Virg. Aen. V. 739.: saevus ... Oriens. *cc*) Virg. Aen. IV. 606.

disiungunt non sunt coniunctiones. Sed errant, nam coniunctio eo dicta, quod verba coniungat, non sensus. Ergo haec coniunctio disiunctiva sensus quidem separat, verba vero coniungit, unde nomen accepit [a]).

81. DE INTERIECTIONE. Interiectio est pars orationis adverbio persimilis, qua significantur animi variae passiones, quas quidam adfectus dicunt.

Laetitiae ut va vel laudis, ut Terentius — Va consilium callidum [b]). — Irascentis vel dolentis — Heu stirpem invisam [c]). — Laetantis et irascentis, ut — Pro dii immortales [71]) facinus indignum [d]). — Cicero — Pro dii [72]) immortales, qui hic inluxit dies [e]). — Laetantis et risus, ut — Hahahae [73]) [f]). — Admirantis, ut — Papae. — Dolentis — Heu, ne lacrimas [g]). — Admirantis et dolentis, ut — O fortunati quorum iam moenia surgunt [h]) — et — O miserae, quas non manus [i]) — vel — O dolor atque decus [k]). — Hortantis, ut — Heia, age, rumpe, moras [l]). — Item plurimae, quas adfectus faciunt animorum.

82. De SEPTIMO CASU [m]). Septimus casus fit duobus ablativis pariter copulatis, qui locutionem habet ablativorum casuum, intellectum genetivorum; nihil enim significat auferendi. Hic fit modis octo. Aut ex participio et nomine, ut — ducente Dea [n]) — volente Deo [o]) — aut ex nomine et participio, ut — oratore declamante — sacerdote docente [p]) — aut ex duobus participiis, ut — docto exponente — aut ex duobus nominibus, ut — bono homine — aut ex pronomine et nomine, ut — me duce [q]) — aut ex nomine et pronomine, ut — laetante me — nam ex duobus pronominibus septimus casus fieri non potest. Quidam putant his casibus iunctis intellectum fieri dativi casus et vocari ipsum quoque septimum casum, ut est — et magno se corpore miscet [r]). — Sed errant, nam ibi antiquorum more ablativum pro dativo posuit, quod licet etiam, si non iunxerimus duos ablativos, ponere ablativum scilicet pro dativo, ut est — haeret pede pes [s]) — et — Parce metu Cytherea [t]) — pro pedi, pro metui; quod septimus casus fieri non potest sine duobus ablativis et sine intellectu casus genetivi.

83. DE SYNCOPE. Syncope est, cum una vel plures litterae eliduntur, ut — Apparent rari nantes in gurgite vasto [u]) — id est, natantes.

84. DE SYNALOEPHE [74]). Synaloephe est, quando finita pars orationis in vocalem, vel in ·M· litteram, vel in ·S·, altera parte orationis [75]) inci-

---

71) dii immortales — di immortale *Cod.* 72) dii — di *Cod.* 73) Hahahae *Cod. ex em. pr. m.* Haaac *Cod. a pr. m.* 74) synaloephe, — synalifa *Cod. const.* 75) orationis *Cod. ex em. pr. m. quae primum ontionis scripserat.*

a) Cfr. Cledon. 1878. P. Maxim. Victor. 283. L. I. b) Terent. Andr. III. 4, 10. c) Virg. Aen. VII. 293. d) Terent. Adelph. III. 4, 1. e) Cic. in Pisonem apud Quinct. IX. 4. f) Terent. Eunuch. III. 1, 36 et passim. g) Terent. Heaut. I. 1, 31, 32. h) Virg. Aen. I. 437. i) Virg. Aen. V. 623. k) Virg. Aen. X. 507. l) Virg. Aen. IV. 569. m) Cfr. Pomp. 170. L. Prisc. V. 14, 79. n) Ita Virg. Aen. II. 632. *ducente Deo.* o) Virg. Aen. I. 303. p) Nonne in nomine suo ludit grammaticus *Sacerdos*, quemadmodum et a Probo Artigrapho verbum: *probo*, paradigma selectum esse videbimus. q) Virg. Aen. X. 92. r) Virg. Aen. VI. 727. s) Virg. Aen. X. 361. t) Virg. Aen. I. 257. u) Virg. Aen. I. 118.

piente a vocali, eliditur, ut — Mene efferre pedem [a]) — et — mene incepto [b]) — Sic in vocali. In ·M· littera ·M· non sola perit in metro, sed etiam vocalis, quae eam antecedit, ut — Monstrum horrendum ingens [c]). — ·S· vero littera eliditur [76]) sola, si a consonanti incipiat altera pars orationis, ut Lucretius — mensibu [77]) frigus — et alibi — ex infantibu [78]) parvis [d]) — cum vocali vero praecedente et iuncta perit ·S·, si in eam finiatur pars orationis et sequens pars orationis [79]) incipiat a vocali, ut Vergilius — Rursus in secessu longo sub rupe cavata [e]). — Non tamen omnis syllabae, quae sic cadunt, id est, aut in vocalem, aut in ·M·, aut in ·S·, necesse est, ut synaloephen patiantur; sed quae synaloephen patiuntur, sic cadant necesse est. Ceterum sunt quae sic eveniunt, non tamen eliduntur, F.120.r. ut de vocali, * ut — texunt umbracula vites [f]). — Et sucus pecori et lac subducitur agnis [g]), et — Aeaeque insula Circe [h]). — De ·*M*· ut — hic ver purpureum varios [i]) [80]) — et de ·S· — Ecce [81]) manus iuvenem interea [k]). — Hoc tamen scire debemus, quod versus percutientes [l]), id est, scandentes [82]) interdum accentus alios pronuntiamus, quam per singula verba, ponentes [83]) toro et pater acutum accentum in ·TO· ponimus et in ·PA·; scandendo vero — Inde toro pater Aeneas [m]) — in ·RO· et in ·TER·. Haec igitur in metro ideo suam non continent rationem, quia in ipsis nulla intellectus ratio continetur, nam ropater nihil significat. Inter syncopen ergo et synaloephen hoc est, quod syncope ab ipsis ponitur poetis, nantes [n]) pro natantes, synaloephe autem a nobis vel a pronuntiantibus [84]) vel pedes scandentibus fit, cum a poeta plenum verbum ponatur; — mene incepto [o]) —, nos scandimus — mencepto [p]); monstrhor — nos percutimus, cum poeta posuerit — monstrum horrendum [q]), — et infantibu [85]) parvis [r]) et — rursinsecessu longo [s]) scandimus, cum rursus [86]) posuerit poeta.

85. DE DIAERESI [87]). Diaeresis est cum duae vocales in syllabam ductae singulare pronuntiatae dividuntur, ut — Aulae in medio [t]), — et fugae, aulai et fugai [u]). Huic contraria est synaeresis [88]).

---

[76]) eliditur — dicitur *Cod.* [77]) mensibu — mensib. *Cod.* [78]) infantibu — infantib. *Cod.* [79]) orationis — oratio *Cod.* [80]) de ·S· = Cod. Necessario addendum videbatur. [81]) ecce — ece *Cod.* [82]) scandentes — candentes *Cod.* [83]) ponentes *Cod. Legendum fortassis* pronuntiantes. [84]) vel a pronuntiantibus *Cod. Legendum videtur:* vel pronuntiantibus. [85]) infantibu — infantib. *Cod.* [86]) rursus. *Ante hanc vocem excidisse videtur:* infantibus et. [87]) dieresi — diheresi *Cod. etiam mox infra* diheresis. [88]) synaeresis — synheresis *Cod. ita etiam mox infra.*

a) Virg. Aen. II. 657. *b*) Virg. Aen. I. 37. *c*) Virg. Aen. IV. 181. *d*) Lucret. de rer. nat. I. 187. *e*) Virg. Aen. III. 229. *f*) Virg. Eclog. IX. 42. *g*) Virg. Eclog. III. 6. *h*) Virg. Aen. III. 386. *Circe* (i. e. Circae) e Cod. dedimus pro vulgato *Circes*. *i*) Virg. Eclog. IX. 40. *k*) Virg. Aen. II. 57. *l*) Versus percutere id est scandere, (cf. Rufin. in metr. Terent. 2707. P.) significatio lexicis addenda *m*) Virg. Aen. II. 2. *n*) Virg. Georg. I. 369. et Aen. I. 118. *o*) Virg. Aen. I. 37. *p*) *mencepto,* sic diserte *Cod.* pro *menincepto*. *q*) Virg. Aen. IV. 181. *r*) Lucret. I. 187. *s*) Virg. Aen. III. 229. *t*) Virg. Aen. III. 354. *u*) *fugae, fugai* — *frugae, frugai* Cod. Ceterum *fugai* quod scripsimus bis legitur apud Lucretium de rer. nat. I. 1046. et IV. 717. Fortassis voluit *frugiferai*. Vid. Incert. nostr. de nom. et pronom. §. 1.

86. DE SYNAERESI. Synaeresis est cum dictio duarum syllabarum in unam cogitur, ut — Fixerit eripedem[a]) — pro aëripedem et — Hortator scelerum Oelides[b]) — pro Eolides.

87. DE TMESI. Tmesis, hoc est intercisio sic fit, cum in medio unius verbi alterum interponitur, ut est — septem conpacta trioni[c]) — positum verbum est conpacta inter septemtriones[d]).

88. DE ENALLAXI vel ENALLAGE. Enallaxis est, vel enallage, cum contra naturam suam verbum positum hoc significat, ac si verum[89]) poneretur, ut est — rursum hoc significat, quod rursus. —

Nunc de soloecismo ceterisque vitiis tractamus, quibus expositis docebimus quid vitare vel dicere debemus.

89. DE SOLOECISMO. Soloecismus est latini sermonis inpropria ordinatio, oratio inconsequens, verborum inter se non suo loco positorum vitiosa structura, carens ordine sermo, dictio non cohaerens[90]). Soloecismus dictus est duobus modis, vel quod sit τοῦ σώου λόγου αἰκισμὸς, id est, integrae laesio dictionis, vel quod aliquando Soloecoe[e]), Cilicienses[f]) cives, Athenas profecti, non integre loquentes vitioso sermone[91]) de vocabulo suo nomen dederunt[g]). Fit autem soloecismus modis XVI. Per immutationem generum pronominum, ut Terentius — habeas quicum cantites[h]) — pro cum qua cantites, et Plautus — sed quis illaec mulier est[i]) — pro sed[92]) quae illaec. Per casus, ac si dicas — sequor homine[93]), pro sequor hominem; Terentius — ita ut vobis decet[k]) — pro ita ut vos decet. Per numeros — Vos, o Calliope[94]) precor[l]) — et — Pars in frusta secant[m]). — Per personas, ac si dicas: ego facit, pro ego facio. Per tempora, ut — et omnis humo fumat[n]) — pro fumavit. Per qualitates nominum, ut — Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus[o]) — pro Dardanius, proprium pro appelativo. * Per genera verborum, ac si dicas: sedeor pro sedeo, ut Terentius — eique anulum, dum luctat, detraxit[p]) — pro luctatur, et Vergilius — pictis bellantur Amazones armis[q]) — pro bellant. Per genera nominum, ac si dicas: hic caelus[95]) pro hoo caelum, quamvis Lucretius F.120.v.

---

89) verum — verbum *Cod.* 90) cohaerens — coherens *Cod.* 91) vitioso sermone *Cod. legendum videtur* vitioso sermoni. 92) — sed set *Cod.* 93) homine — omine *Cod.* 94) Calliope — Calliopa *Cod.* 95) ac si dicas hic caelus - ac dicas hac si dicas hic caelus *Cod.*

a) Virg. Aen. VI. 803. b) Virg. Aen. VI. 529. c) Virg. Georg. III. 381. d) Cfr. infra §. 142. e) *Soloecoe* pro *Soloeci*, ut adelphoe pro adelphi. (Cfr. Schneider Gramm. lat. II. 82 ss.) Ita nostro Solienses seu Solei, incolae Pompeiopolis, civitatis Ciliciae, quae olim Soloe vel Soli dicebatur, appellati sunt. f) *Cilicienses* Ita scribendum pro *Sicilienses* Cod. Cfr. Diomed. 448. P. g) Diomed. 448. P. ὥσπερεὶ δὲ ὁ βαρβαρισμὸς παρὰ τοὺς βαρβάρους εἴρηται, οὕτως καὶ ὁ σολοικισμὸς παρὰ τοὺς σολοίκους (καὶ γὰρ οὕτώς τινες προσηγόρευσαν τοὺς βαρβάρους), ἢ κατὰ τὸ ἔτυμον σολοικισμός ἐστι σώου λόγου αἰκισμός. Polyb. de soloec. apud Boisson. Anecdot. III. 232. Cfr. Anonym. de barb. et soloec. Ibid. III. 238. h) Terent. Adelph. IV. 7, 32. i) Plaut. Epid. IV. 1, 6. k) Terent. Adelph. V. 8, 5. l) Virg. Aen. IX. 525. m) Virg. Aen. I. 212. n) Virg. Aen. III. 3. o) Virg. Aen. IV. 661. 662. p) Terent. Hec. V. 3, 31. q) Virg. Aen. XI. 660.

99. DE METATHESI. Metathesis est, cum iisdem [13]) litteris in verbo manentibus fit transmutatio litterarum; ac si dicas leriquias pro reliquias.

100. DE SYSTOLE. Systole est, cum producta syllaba contra rationem, metri causa, corripitur, ut — stetĕruntque comae a) pro — stetērunt [14]).

101. DE ECTASI. Ectasis est, cum corripienda syllaba producitur metri causa, ut — Religione patrum multos servata [15]) per annos b) — ut ·RE· producatur, quae semper correpta pronuntiatur, et — reliquias Danaum c) [16]). — Sed hi versus acephali [17]) dicuntur, ut Homerus: ἐπειδὴ [18]) νῆάς τε καὶ ἑλλήσποντον [19]) d); sicut e contrario in metro proceleusmatico [20]), ubi omnes breves esse debent, ponitur novissimus pes anapaestus pro [21]) proceleusmatico, ut novissima syllaba solvatur, quae longa est, et pro duabus brevibus accipiatur, ut est illud graecum: ὄνος ὄνος ἀπέθανε, τίνι τίνι θανάτῳ, ·ΤΩΙ· enim longa pro duabus brevibus soluta accipitur; nam genere valebit [22]) sicut metricis placet, ut proceleusmaticus pro dactylo sit, duabus prioribus brevibus pro una longa positis.

102. DE EPISYNALOEPHE [23]). Episynaloephe est, vel synaeresis [24]) e) cum complurimarum syllabarum ratio in pauciores concluditur, ut — fixerit eripedem f) — et — Eolides g) — Oelides et aëripedem [25]).

103. DE SYNALOEPHE [26]). Synaloephe est, cum de convenientibus inter se litteris, priorum fit elisio. Haec fit modis tribus, sicut ante monstravi.

104. DE ECTHLIPSI h). De hac supervacuum est dicere, quae synaloephe similis est i). Quidam tamen inter synaloephen et ecthlipsin hoc interesse voluerunt, ut synaloephe sit vocalium, ecthlipsis vero consonantium.

105. DE PROTHESEON PARALLAGE. Protheseon parallage est, cum altera praepositio pro altera ponitur, ut — Cui tantum de te licuit k), — pro in te.

106. DE ACYROLOGIA. Acyrologia est dictio inconvenienter et in-

---

[13]) iisdem — isdem *Cod.* [14]) stetĕruntque stetērunt — steteruntque stetĕrunt *Cod.* [15]) servata — serbata *Cod.* [16]) reliquias Danaum, *post haec verba in Cod. e praecedentibus prave repetuntur vv.* et religione patrum, *quae delenda duximus.* [17]) acephali — acefali *Cod.* [18]) ἐπειδὴ — επιδη *Cod.* [19]) ἑλλήσποντον — ελλεσπ. *Cod.* [20]) proceleusmatico — proceleumatico, *Cod. ita etiam mox infra* proceleumatico *et* proceleumaticus. [21]) pro = *Cod.* [22]) genere valebit — genualabit *Cod.* [23]) episynaloephe — episynaliphe *Cod. etiam mox infra.* [24]) synaeresis — syneresis *Cod.* [25]) oelides et aeripedem, *ante haec vv. inserendum videtur:* pro. [26]) synaloephe — synaliphe *Cod. et mox* synalipha *et* synaliphen.

a) Virg. Aen. II. 774. *b*) Virg. Aen. II. 715. *c*) Virg. Aen. I. 30. *d*) Homer. Iliad. XXIII. 2. *e*) Duos hos metaplasmos episynaloephen et synaeresin eosdem esse nemo grammaticorum hactenus cognitorum dixit, synaloephen vero et synaeresin pro iisdem habent Diomed. 437. P. Donatus 1772. P. et Consentius 10. C. *f*) Virg. Aen. VI. 803. *g*) Virg. Aen. VI. 529. *h*) Titulum DE ECTHLIPSI, qui in Cod. non habetur necessario inserendum putavimus. *i*) *quae synaloephe similis est*, melius legeretur: *quia synalophe similis est.* Caeterum τὸ *synaloephe* pro dativo graeco συναλοιφῇ summendum est. *k*) Virg. Aen. VI. 501.

proprie prolata, ut est — Hunc ego, si tantum potui sperare [27]) dolorem [a]) — pro timere; proprie enim speramus bona, timemus mala [28]).

107. De ΚΑΚΕΜΦΑΤΩΙ [29]). Cacemphaton [30]) est oratio turpem significationem habens in turpibus verbis, ut — lepus tute es, et pulpamentum quaeris [31]) [b]) — et Cicero — filiusque eius inpuber, nudus stans sub fornice [c]).

108. DE AESCHROLOGIA. Aeschrologia est verborum turpitudo, non intellectus — reprime sis iram [d]) — et — arrectique ora tenebant [e]), — et Cicero — teneat nunc Metellus testes meos [f]).

Inter cacemphaton [32]) ergo et aeschrologian hoc est, quod cacemphaton honestis [g]) verbis turpem continet sensum, aeschrologia vero obscenis verbis honestus exprimitur intellectus [33]).

109. DE PLEONASMO. Pleonasmos est unius verbi adiectio amplius, quam exigit sensus, ut — sic ore locuta est [h]).

110. DE PERISSOLOGIA. Périssologia est multorum verborum ad sensum exprimendum supervacua [34]) adiectio, ut est — ibant qua poterant, et qua non poterant, non ibant [i]).

111. DE MACROLOGIA. Macrologia est oratio longa sine cultu, ut est — retro unde venerunt domum reversi sunt [k]).

112. DE TAUTOLOGIA. * Tautologia est eiusdem sensus vel verbi iteratio, ut est — ego ipse feci [l]) — et qualem pateris libamus et auro [m]), — pro aureis pateris, duo posuit pro uno, ut — media testudine templi, Septa armis [35]) [n]). F. 121. v.

113. DE ELLIPSI [36]). Ellipsis est sensus minus habens verborum

---

[27]) sperare — sprerare *Cod.* [28]) timemus mala — timemus bona *Cod. manifesto librarii paroramate.* [29]) ΚΑΚΕΜΦΑΤΩΙ — *χακιφατο* *Cod.* [30]) Cacemphaton — cacenfaton *Cod..* [31]) quaeris — queris *Cod.* [32]) cacemphaton — cacenphaton *Cod. etiam mox infra.* [33]) intellectus — interietus *Cod.* [34]) supervacua — superuaqua *Cod.* [35]) septa armis — septarmis *Cod.* [36]) ellipsi — eclipsi *Cod. et mox iterum* eclipsis.

a) Virg. Aen. IV. 419. b) Terent. Eunuch. III. 1, 36. Cfr. Flav. Vopiscum Vit. Numeriani p. 371. ed. Casaub. c) Cic. in Verr. act. II. l. II. 154: *Huius fornix in foro Syracusis est, in quo nudus filius stat.* d) *Reprime sis iram*, ita luculentis literis Cod. Respicit procul dubio Plautinum illud, Truc. II. 2. 6 — 9. *conprime — spero meam quidem hercle; te, qui solitus, conprimat — (Inprudens per ridiculum, ut rustico suadet stuprum) — Iram dixi.* Legendum igitur pro *reprime — conprime*, ita ut *sis* compendium sit verborum: *Spero, Inprudens, Stuprum.* Cfr. infra §. 123. ubi τὸ *reprime sis iram* diserte Plautinum dicitur. e) *Arrectas aures* e Terent. Andr. V. 4, 30 posuerunt Donatus 1770. P. et Pompeius p. 441. L. Noster suum *arrectique ora*, e Virgiliano (Aen. II. 1.) *intentique ora* mutuatus esse videtur. Huc plane facit illud de Penelope: — *Haec es ad arrectos verba locuta procos* — Priap. 69. 24. f) Cic. in Verrem Act. II. libr. 2. §. 139. g) *honestis* lege *inhonestis* v. obscoenis. h) Virg. Aen. IX. 5. i) Idem exemplum habetur apud Charis. 242. P. Donatum et Pompeium ll. cc. k) Idem plenius apud Donatum et Pompeium ll. cc. legitur: — *Legati non impetrata pace, retro unde venerunt domum regressi sunt.* — Auctorem facit Livium Quinctil. VIII. 5, 33. Charisius 242. P. et Diomed. 446. P. l) Charis. 242. P. m) Virg. Georg. II. 192. n) Virg. Aen. I. 505. 506.

quam necessitas postulat — Quem tibi iam Troia [a]) — dedit aut aliquid tale subauditur.

114. DE TAPINOSI. Tapinosis est rei magnae humilis expositio, ut Horatius — Pelidae stomachum cedere nescii [b]) — pro fervore vel iracundia [c]).

115. DE CACOSYNTHETO. Cacosyntheton est indecens structura verborum ut — versaque iuvencum Terga fatigamus hasta [d]). —

116. DE HIULCA ORATIONE [37]). Hiulca oratio est, si finiatur in vocalem oratio et excipiatur a vocali, quae facit hiare dictionem, ut — Insulae Ionio in magno [e]).

117. DE MYTACISMO [38]). Mytacismus fit, cum finita parte orationis in ·M· et excepta, foedam faciat dictionem, ut — Poeta [39]) cum primum animum ad scribendum appulit — Huic vitio similis sunt nattacismi [40]) [f]), rotacismi [41]) et omnino, cum in consonantem finiat pars orationis et excipiatur a vocali. Hoc namque volunt technographi [42]) ut pars orationis finiatur in vocalem et excipiatur a consonanti.

118. DE APREPIA. Aprepia est absurda et indecens verborum structura, ut — O Tite tute tibi tanta [g]).

119. DE AMPHIBOLIA. Amphibolia est dictio ambigua dubiam faciens sensuum sententiam ut — aut mixta rubent ubi lilia multa Alba rosa [h]).

120. DE HOMONYMIA. Homonymia est, cum duae res vel plures uno nomine nuncupantur, ut — liceat superesse nepotem [i]) — filium filii, et — quis ganeo, quis nepos [k]) — id est, luxuriosus; hic enim nepos uno nomine multa significavit.

121. DE SYNONYMIA [43]). Synonymia est cum una res multis nominibus nuncupatur, ut — et magno telluris amore [l]) — id est terrae, et optata potiuntur Troes harena [m]) — id est terra — in litore ponunt [n]) — id est terra.

122. DE CACOZELIA. Cacozelia est, quae fit duobus modis: aut magnarum rerum humilis dictio, aut minimarum oratio tumens — Reliquias Troiae cineres atque ossa perempta [o]) — pro exercitu et viris fortibus. E contrario — fores effregit atque in aedes inruit alienas, ipsum dominum atque omnem familiam mulcavit [p]) — pro lupanari et lenone et meretricibus. Hanc quidam anascevam dicunt, ca-

---

37) De hiulca oratione — de hiulatione *Cod. etiam mox infra* hiulatio *pro:* hiulca oratio. 38) Mytacismo — myotacismo *Cod. et mox infra* myotacismus. 39) poeta — poetam *Cod.* 40) Nattacismi, *Cod. nonne* nytacismi *legendum.* 41) rotacismi — rottacismi *Cod.* 42) technographi — technografi *Cod.* 43) synonymia — synonimia *Cod.* et *statim iterum.*

a) Virg. Aen. III. 340. *b*) Horat. Od. I, 6, 6. *c*) Charis. 242. P. *d*) Virg. Aen. IX. 609. 610. — Charis. 243. P. *e*) Virg. Aen. III. 211. *f*) Terent. Andr. prolog. 1. *g*) Ennius Annall. I. 151. p. 32. ed. Lips. Ceterum noster male scripsit: o Tite tate. *h*) Virg. Aen. XII. 68, 69. *i*) Virg. Aen. X. 47. *k*) Cic. Catil. II. 9. *l*) Virg. Aen. I. 171. *m*) Virg. Aen. I. 172. *n*) Virg. Aen. I. 173. *o*) Virg. Aen. V. 787. *p*) Terent. Adelph. I. 2, 8.

tascevan, — cum mediocri oratione res maximae [44]) deponuntur; — anasceva cum res humiles sublevantur [45]) tumore aliquo dictionis [a]).

123. DE POLYPTOTO. Polyptoton est oratio per plures variata casus, ut — Litora litoribus contraria, fluctibus undas Deprecor, arma armis pugnent ipsique nepotesque — [b]).

124. DE HEIRMO. [46]) [c]) Heirmos est oratio unius tenoris, eosdem casus ad clausulam usque conservans, et rationabilem continens ordinem, ut — Principio caelum ac terras, camposque liquentes, Lucentemque globum lunae, titaniaque astra Spiritus intus alit — [d]); hic enim philosophice [47]) pro merito elementa ordinavit [48]).

125. DE POLYSYNDETO. Polysyndeton est oratio plurimis coniunctionibus copulata, ut — Athamasque, Thoasque, Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon, Et Menelaus, et ipse doli fabricator Epeos [e]).

126. DE DIALYTO. Dialyton vel asyndeton est dictio sine coniunctione prolata, ut — alii navali? ite, Ferte citi flammas, date vela, impellite remos — [f]).

127. DE PROLEMPSI. [g]) Prolempsis est, cum antequam res vel personae finiuntur, numerus terminatur. — Interea reges, ingenti mole Latinus Quadriiugo vehitur curru [49]), cui tempora circum [h]) et cetera; et iterum — Et iuxta Ascanius, magnae spes altera Romae, Procedunt [i]).

128. * DE ZEUGMATE [k]). Zeugma est, cum rebus singulis verba ne- P.122.r.
cessaria applicantur, ut — Regem adit, et regi memorat [l]).

129. DE MESOZEUXI. Mesozeuxis est, cum superiorem et inferiorem [50]) orationem verbum in medio positum ordinat, ut — multum ille et terris iactatus et alto, — [m]) utrique respondit, et terris et alto, verbum iactatus, in medio positum.

130. DE HYPOZEUXI. Hypozeuxis est, quotiens unum verbum in duplici multiplicique sententia postea applicatur omnibus superioribus respondens, ut est — qui numina Phoebi, Qui tripodas, Clari laurus, qui sidera sentis. [n])

131. DE PROZEUXI. Prozeuxis est, quae contraria hypozeuxi, fit hoc modo, cum antea verbum ponitur, quod omnia posteriora coniungat,

---

[44]) maximae — maxime *Cod.* [45]) sublevantur — sublebantur *Cod.* [46]) de heirmo — de hirmo *Cod. et mox infra* Hirmos. [47]) philosophice — philosophicae *Cod.* [48]) ordinavit — ordinabit *Cod.* [49]) curru — curro *Cod.* [50]) inferiorem — interiorem *Cod.*

a) Totus locus: *Hanc quidam — dictionis* ita erit refingendus: „*Hanc quidam anascevan dicunt vel catascevan. Catascevan cum mediocri etc.... anascevan cum res etc....*" *b*) Virg. Aen. IV. 628, 629. *c*) Cfr. Charis. 251. P. Diomed. 442. P. Pomp. 462. L. *d*) Virg. Aen. VI. 724—726. *e*) Virg. Aen. II. 262—264. Ceterum Cod. *Acamasq.* *f*) Virg. Aen. IV. 593. 594 *g*) *Prolempsis*, ita Cod. dialecto aegyptia. Cfr. Sturz de dialect. alexandr. p. 130. 5. — Charis 250. P. *h*) Virg. Aen. XII. 161. 162. *i*) Virg. Aen. 168. 169. *k*) Quod nostro Zeugma appellatur, Charisio, Diomedi, Donato et Pompeio Hypozeuxis est, et vice versa. *l*) Virg. Aen. X. 149. *m*) Virg. Aen. I. 3. *n*) Virg. Aen. III. 359. 360.

ut — Dat tibi praeterea fortunae parva prioris Mûnera, reliquias Troia[51]) ex ardente receptas.[a])

132. DE PROMESOZEUXI. Promesozeuxis est, quae constat de prozeuxi et mesozeuxi. Fit hoc modo: verba necessaria ante et in medio posita nectunt[52]) secum orationem, ut — Da propriam, Thymbraee[53]), domum! da moenia fessis — [b]); hic enim ideo promesozeuxis est, quod et ante et in medio verbum necessarium da sermonibus copulatur.

133. DE SYNLEMPSI PRIMA. Synlempsis prima fit, cum dictio singularis plurali alligatur, ut — Pars in[54]) frusta secant[c]).

134. DE SECUNDA SYNLEMPSI. Secunda synlempsis contraria[d]) fit cum dictio pluralis singulari concluditur, ut — hic illius arma, Hic currus fuit[e]).

135. DE TERTIA SYNLEMPSI. Synlempsis tertia fit hoc modo: plurali vel singulari dictioni casus necessarius primo adtribuitur ad quam[55]) sit alter casus necessario inducendus, et non adnectitur; ut est in plurali quidem numero sic — Aspice bis senos laetantes agmine cycnos, Aetheria, quos lapsa plaga Iovis ales aperto Turbabat caelo[f]); hucusque necessarius est casus cycnos; nam in hoc — Ut reduces illi ludunt stridentibus alis —[g]) cycni, necessarius casus non dicitur, sed sufficit et ad hunc intellectum antepositum verbum cycnos. Tale est — populo ut placerent[56]), quas fecisset fabulas[h]); supra enim fabulae[57]) subauditur. De singulari vero sic — Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostrae —[58]) [i]), id est, natam et — Invenies alium si te hic[59]) fastidit Alexis —[k]); supra Alexim subauditur. Ergo tertia synlempsis fit duobus modis de numero utroque.

136. DE ANACOLUTHO[60]). Anacoluthon est dictio non habens verba sibi necessario iungenda, ac si ponamus quamquam et non subjungamus[61]) tamen, quod[62]) verbum necessario iungendum est; quod genus figurae anacoluthon primum vocatur, ut — Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit; Incipiam —[l]) non tulit tamen.

Secundum anacoluthon fit, cum tamen subiungimus, cum non praeposuerimus quamquam, ut — tamen haec quoque, si quis Captus amore leget[m]).

Tertium anacoluthon est, cum oratio in qua et quamquam et tamen necessaria sint duo verba, nullum habeat, ut — Marco Lepido cum

---

[51]) Troia — Troiae *Cod.* [52]) nectunt — nectat *Cod.* [53]) Thymbraee — Thymbreae *Cod.* [54]) in = *Cod.* [55]) ad quam *Cod. ex em. pr. m., quae primum* ad quem *scripserat.* [56]) placerent — placeret *Cod.* [57]) fabulae — fabula *Cod.* [58]) iungere nostrae — iungere rei nostrae *Cod.* [59]) alium si te hic — alium si te ic. *Cod.* [60]) anacolutho — anacoluthon *Cod.* [61]) et non subiungamus — et subigamus (= non) *Cod.* [62]) quod — qud *Cod.*

a) Virg. Aen. VII. 243. 244. *b*) Virg. Aen. III. 85. *c*) Virg. Aen. I. 212. *d*) *contraria,* addendum videtur *primae.* *e*) Virg. Aen. I. 16. *f*) Virg. Aen. I. 393—395. *g*) Virg. Aen. I. 397. *h*) Terent. Andr. prolog. 3. *i*) Virg. Aen. VII. 268. *k*) Virg. Eclog. II. 73. *l*) Virg. Aen. II. 12. 13. *m*) Virg. Eclog. VI. 9. 10.

omnibus copiis Italia pulso, segnior et cetera — [a]); hic enim [63]), si integra esset oratio, sic posuisset — quamquam Marco Lepido cum omnibus copiis Italia pulso, tamen segnior. —

137. DE ANADIPLOSI. Anadiplosis est, cum ultimum verbum dictionis sequenti principio [64]) iteratur, ut — sequitur pulcherrimus *Astur, Astur equo fidens [b]). F.122.v

138. DE ANAPHORA. Anaphora est, cum idem verbum in principio tam primae quam [65]) secundae ponitur dictionis [66]) ut — Nate, meae vires, mea magna potentia, solus, Nate, patris summi qui tela Typhoea temnis [c]).

139. DE EPANALENPSI. Epanalempsis fit hoc modo: idem verbum ponitur in clausula, quod in principio dictionis, ut — pater inquam hospitis me lumine orbavit, pater. —

140. DE EPIZEUXI. Epizeuxis est eiusdem verbi repetitio cum impetu pronuntiationis, ut — Me, me, (adsum, qui feci), in me convertite ferrum, O Rutuli! [d])

141. DE PARONOMASIA. Paronomasia est [67]), cum iteratur dictio litteris vel syllabis demutatis. Litteris, ut — nam inceptio est amentium, haud [68]) amantium — [e]) syllabis, ut Cicero — nam qui nunc est [69]) locus disertissimus erit locus desertissimus [70]) — syllabis quidem sic; nam, quod supra fuit est, posuit postea erit, mutavit [71]) syllabas; litteris vero sic; nam, quod supra disertissimus posuit, litteras commutavit. [f])

142. DE SCHESI. Schesis [72]) onomaton est, cum singulis nominibus epitheta iunguntur, ut — et malesuada fames, et turpis egestas; Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus — [g]).

143. DE PAROMOEOSI. [h]) Paromoeon [73]) est, cum multorum verborum diversorum initia similibus litteris proferuntur, ut — casus Cassandra canebat — [i]), et illud [74]) — Clitipho [75]) consilia consequi consimilia. [k])

144. DE HOMOEOTELEUTO. Homoeoteleuton, quod contrarium paromoeo [76]) est, fit hoc modo, cum diversae orationis finis iisdem [77]) litteris terminantur, ut — caesa iungebant foedera porca. [l])

---

63) hic enim — hic enim hic enim *Cod.* 64) sequenti principio *Cod. Fortassis* sequentis principio *erat scribendum.* 65) quam — quan *Cod.* 66) dictionis — dictioni *Cod.* 67) paronomasia est — paronomalisia est paronomasia est *Cod.* 68) haud — aut *Cod.* 69) est — es *Cod.* 70) desertissimus — disertissimus *Cod.* 71) mutavit — mutabit *Cod.* 72) schesis — sçesis *Cod.* 73) Paromoeon — parhomoeon *Cod.* 74) illud — illut *Cod.* 75) Clitipho — Clitifo *Cod.* 76) paromoeo — parhomoeo *Cod.* 77) iisdem — isdem *Cod.*

a) Sallust. histor. I. 21. p. 223. Gerl. *b*) Virg. Aen. X. 180. 181. *c*) Virg. Aen. I. 664. 665. *d*) Virg. Aen. IX. 427. 428. *e*) Tereut Andr. I. 3. 13. *f*) Ciceronis fragmentis accensendus erit locus qui etiam apud Charisium 251. P. legitur: *qui fuit locus religiosissimus nunc erit locus desertissimus.* *g*) Virg. Aen. VI. 276. 275. *h*) Schema quod noster hic *Paromoeosin* dicit, mox cum reliquis grammaticis *Paromoeon* appellat. *i*) Virg. Aen. III. 183. *k*) Terent. Heautont. I. 2. 45. *l*) Virg. Aen. VIII. 641.

145. DE HOMOEOPTOTO. Homoeoptoton est oratio excurrens per eosdem casus, ut — Hoc Rhipeus[78]), hoc ipse Dymas, omnisque iuventus Laeta facit[a]); — et — Athamasque, Thoasque[b]), — et fores effregit, atque in aedes inruit alienas[c]), — omnes enim casus similes sunt. Homoeoptoton quidam heirmo simile esse putant, errantes; nam heirmos ab homoeoptoto[79]) hoc distat, quod heirmos cum similibus casibus struatur, tum etiam ordines necessario continet, et[80]) rationem, homoeoptoton vero similis tantum exigit casus.

146. DE ISO.[81]) [d]) Ison est res parés in diversa qualitate eodem fine laudis vel detractionis iungens[82]), ut latro et gladiator pares sunt detractione; beneficus et integer pares sunt laude. Sic Sallustius — magnitudo animi par, item gloria; sed alia alii. Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur; integritate vitae Cato. Ille mansuetudine et misericordia clarus factus; huic severitas dignitatem addiderat.[e])

147. DE HOMOEO.[83]) Homoeon est res similis in eadem qualitate eandem laudem vel detractionem habens, ut[84]) fur et fur similes sunt, et orator et orator similes sunt, ut est — Illum indignanti similem, similemque minanti Aspiceres[f]); — inter par ergo et simile hoc est, quod par de diversis venit, simile de iisdem[85]).

148. DE DIAERESI.[86]) Diaeresis est, quam latine divisionem dicimus; haec est unius rei separatio, ut puta: vinum vel unus taurus dividitur. Sic Vergilius — Vina bonus, quae deinde cadis onerarat Acestes Litore Trinacrio dederatque abeuntibus, heros, Dividit[g]); — non partitur, quoniam unum corpus est vini.

F.123.r. 149. DE MERISMO. Merismos,* quam nos partitionem vocamus, fit hoc modo, cum multae res separantur, ut puta pecora multa partiuntur, — quam septem ingentia victor Corpora fundat humo, — et — numerum cum navibus aequet[h]) — et — socios partitur in omnis[i]), — non dividit, quia septem sunt, non unum corpus, hac ratione poetae quidem indifferenter utuntur; nam Vergilius — mecum partire laborem, — pro divide, et Lucanus — Divisere deos[k]), — pro partiti sunt; oratores vero certe ponunt, ut Cicero in Verrinis — quid? cum accusationis tuae dividere membra coeperit[l]), — non partiri, quia una accusatio est, — et in digitis singulas partes consti-

---

78) Rhipeus — Riphcus *Cod.* 79) homoeoptoto — omoeoptoto *Cod. et mox infra* omoeoptoton. 80) necessario continet et — necessaria continet (= et) *Cod.* 81) iso — hiso *Cod. et statim iterum* hison. 82) iungens — iungendae *Cod.* manifesto sphalmate. 83) de homoeo — de homoeon *Cod.* 84) ut — et *Cod.* 85) iisdem — isdem *Cod.* 86) de diaeresi — de diheresi *Cod. et iterum* diheresis.

a) Virg. Aen. II. 394. 395. *b*) Virg. Aen. II. 262. Ceterum Cod. iterum Acamasq. *c*) Terent. Adelph. I. 2. 8. *d*) Hoc σχῆμα apud Grammaticos latinos non occurrit. *e*) Sallust. Catil. 54. *f*) Virg. Aen. VIII. 649. 650. *g*) Virg. Aen. I. 195—197. *h*) Virg. Aen. I. 192—194. *i*) Virg. Aen. XI. 510. *k*) Lucan. Phars. II. 35. *l*) Cic. divinat. in Verrem XIV. 45.

tuerit [a]) — non divisionis, quoniam multae res partiendae sunt post accusationem divisam. Sic ipse in rhetoricis [87]) — partitur apud Terentium optime senex, non dividit, quia intulit diversas res non unam, eo pacto et gnati vitam et consilium meum cognosces, et quid facere in hac re te velim. [b])

Tropis [88]) similes sunt metaplasmi [c]), non ut quidam putant dissimiles, dicentes, quia metaplasmi vitia habent, tropi vero virtutes; nam in ambobus utraque reperimus, ergo potestate pares, nomine separantur.

150. DE ANTONOMASIA. Antonomasia est, cum vocabulum, quod sine nomine proprio positum loco fungitur proprietatis, ut Latona natum ponimus, et Apollo intellegitur. Haec fit modis quattuor: ab animo, a corpore, ab his, quae extrinsecus [89]) nuncupantur, a loco. —Magnanimusque Anchisiades [d]), — Ergo his aligerum dictis adfatur Amorem [e]) et — o qui res hominumque deumque Aeternis regis imperiis, et fulmine terres [f]) — et — Delius inspirat vates [g]); — ab animo Aeneas, a corpore Cupido, ab his quae extrinsecus sunt Iuppiter, a loco Apollo. In uno loco omnia ab extrinsecus — Armipotens belli praesens Tritonia virgo [h]) — ab extrinsecus Armipotens, ab animi voluntate, praesens [90]) belli, a loco Tritonia, a corpore virgo, quamvis sit hoc nomen virgo, commune, animi, quod casta, et [i]) corporis, quod intacta.

151. DE ALLEGORIA. Allegoria est dictio aliud significans quam continetur in verbis — Et iam tempus equum [91]) fumantia solvere colla [k]), — qua significatur carmen esse finitum. Huius species, ex plurimis necessariae, sunt sex: ironia, asteismos, sarcasmos, antiphrasis, aenigma sive griphus, paroemia [92]).

152. DE IRONIA. Ironia est oratio cum inrisione, pronuntiatio dictionis in contrarium redigens intellectum, ut est — Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis Tuque, puerque tuus; magnum et memorabile numen [93]) [l]), — haec enim dictio, nisi aliter pronuntietur, quam qualitas sua [94]) postulat, non erit voluntati dicentis apte positus intellectus.

---

[87]) rhetoricis — retoricis *Cod.* [88]) tropis — strophis *Cod. et infra iterum* strophi. [89]) extrinsecus — extrensecus *Cod. ita etiam paulo inferius.* [90]) praesens, *sic Cod. pro vulgato* praeses. [91]) equum — equm. [92]) sunt sex: ironia, asteismos, griphus, paroemia. — sunt ex ironia, sarcasmo, antiphrasi, enigma sive griphus, parhoemia *Cod.* [93]) tuque puerque tuus magnum et memorabile numen — tuque p. m. m. n. *Cod.* [94]) sua — suam *Cod.*

a) Cic. divinat. in Verrem XIV. 45. ubi tamen nunc legitur: *singulas partes causae constituere.* b) Legitur hic locus apud Ciceronem de inventione I. 33. sic: *Partitur apud Terentium breviter et commode senex in Andria quae cognoscere libertum velit: Eo pacto . . . . velim.* c) Transit auctor ad doctrinam de tropis, melius igitur legeretur: *Tropi similes sunt metaplasmis.* d) Virg. Aen. V. 407. e) Virg. Aen. I. 663. f) Virg. Aen. I. 229. 230. g) Virg. Aen. VI. 12. h) Virg. Aen. XI. 483. Excidit hic versus e cod. necessario inserendus. i) *castaque* Cod. legendum: *casta, et.* k) Virg. Georg. II. 542. l) Virg. Aen. IV. 93. 94.

tes [a]) — ab accidentibus, ut — Pallida Tisiphone [21]) [b]) — Sed ne quidam putent, nos supervacue posuisse epitheton, cum in antonomasia eadem tractaverimus [c]), neve dicat uni rei duo nomina posuisse, hoc sciat, quod inter antonomasian et epitheton hoc est, quod antonomasia non accipit nomina propria, sicut ante monstravi; epitheton vero accipiat necesse est propriam appellationem, et quod antonomasia per accidentia fieri non potest, cum epitheton possit, ut — pulcher Iulus [d]) — pallentes morbi [e]) — dira fames [22]) [f]) — candida lilia [g]).

162. DE ANTAPODOSI. [23]) Antapodosis est, quam nos appellamus reciprocam dictionem, cum duae dictiones invicem reddunt sibi [24]) verba necessaria, ut — Olli dura quies oculos — urget scilicet, — et ferreus urget Somnus [h]) — oculos utique subauditur; et — Nocte leves stipulae melius [i]) — condentur subauditur. Prata autem dicuntur et loca fenicularia, ut est — nocte arida prata Tondentur [k]) — et loca florida ut est — Ac, velut in pratis, ubi apes aestate serena Floribus insidunt variis, et candida circum lilia funduntur [l]).

F.124.r. 163. DE HOMOEOSI. Homoeosis est ignotae * rei descriptio per similitudinem eius, quae cognita est. Haec dividitur tribus modis in paradigma, in parabolam, in icona [25]).

Parabola est rerum dissimilium comparatio, ut — Ac, veluti magno in populo cum saepe coorta est [26]) seditio — Sic cunctus pelagi cecidit fragor [m]).

Quidam hanc inter homoeosin et parabolen putant differentiam, quod homoeosis est, cum exposita re, quam ad comparationem duximus, tunc rem exponimus, propter quam similitudo videtur inducta; parabola vero, cum primo res exponitur, cuius gratia similitudo trahitur, et sic inducitur similitudo, ut est — namque ipsa decoram Caesariem nato genetrix, lumenque iuventae Purpureum, et laetos oculis adflarat honores — et — Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo argentum Pariusve lapis circumdatur auro. Tunc sic reginam adloquitur [n]) — hic enim intulit talis erat Aeneas, sicut antea — sic cunctus pelagi cecidit fragor, — sed rem posuit ante similitudinem. Praeterea alia differentia, quod homoeosis genus est in se habens tres species: parabolam, paradigma, icona; parabola vero species nihil praeter

---

[21]) Tisiphone — tisifone *Cod.* [22]) fames — famis *Cod.* [23]) antapodosi — antopodosi *Cod. et mox iterum* antopodosis. [24]) sibi — sivi *Cod.* [25]) icona — icon *Cod.* [26]) coorta est — cohorta es *Cod.*

a) Virg. Aen. V. 757. *b*) Virg. Aen. X. 761. *c*) Cfr. Charis. 244. P. *d*) Virg. Aen. V. 570. *e*) Virg. Aen. VI. 275. *f*) Virg. Aen. III. 256. *g*) Virg. Aen. VI. 708. 709. *h*) Virg. Aen. X. 745. 746. *i*) Virg. Georg. I. 289. *k*) Virg. Georg. I. 289. 290. *l*) Virg. Aen. VI. 707 — 709. Totus hic locus: *Prata autem dicuntur*, usque ad finem, e glossemate irrepsisse videtur. *m*) Virg. Aen. I. 148. 149. 154. *n*) Virg. Aen. I. 589 — 594.

se continens, sicut exordium genus est, et eius species principium et insinuatio, sicut Cicero in rhetoricis [27]) dicit [a]). Fit autem parabola modis octo. Per habitum corporis, ut — Os humerosque [28]) Deo similis [b]) — et — Virginis os habitumque gerens [c]). — Vel per [29]) colorem, ut — Indum sanguineo veluti violaverit ostro Si quis ebur, aut mixta rubent ubi lilia multa Alba rosa: tales virgo dabat ore colores [d]). — Per altitudinem, ut — Aetnaeos fratres, caelo capita alta ferentes Qualis cum vertice celso [e]). — Per magnitudinem, ut — Ingentemque Gyas [30]), ingenti mole Chimaeram, Urbis opus [f]) — et — Instar montis equum [g]) — et — pelago credas innare revulsas Cycladas aut montes concurrere montibus altos: Tanta mole viri turritis puppibus instant [h]). — Per effectum, ut — In segetem veluti cum flamma furentibus austris Incidit, aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros, sternit sata laeta boumque labores, Praecipitesque trahit silvas; stupet inscius alto Accipiens sonitum saxi de vertice pastor — [i]). Per numerum — quam multa grandine nimbi [31]) Culminibus crepitant [k]) — et — Quam multi Libyco volvuntur [32]) marmore fluctus [l]) — Vel cum sole novo densae torrentur aristae [m]). — Per animi passionem, ut — Nigra velut magnas domini cum divitis [33]) aedis Pervolat, et pennis [34]), alta atria lustrat hirundo [n]). — Per pulchritudinem, ut — ipse ante alios pulcherrimus omnis Infert [35]) se socium Aeneas, atque agmina iungit: Qualis, ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta Deserit [o]) — haud [36]) illo segnior ibat Aeneas; tantum egregio decus enitet ore [p]) —

164. DE PARADIGMATE. Paradigma est rei praeteritae relatio ad hortationem [37]) vel dehortationem [38]) ut est — Antenor potuit mediis elapsus Achivis [q]) — Ad dehortationem ut — quin occidit una Sarpedon, mea progenies [r]). —

166. DE ICONE. Icon est personarum similium comparatio, ut — Talis Amyclaei domitus [39]) Pollucis habenis Cyllarus [s]) — equus enim equo comparatur.

---

[27]) rhetoricis — retoricis *Cod.* [28]) humerosque — umerosque *Cod.* [29]) per = *Cod.* [30]) Gyas — Gyan *Cod.* [31]) nimbi — nimui *Cod.* [32]) volvuntur — volbuntur *Cod.* [33]) divitis — videtis *Cod.* [34]) pennis — pinnis *Cod.* [35]) infert — inter *Cod.* [36]) haud — aut *Cod.* [37]) hortationem — horationem *Cod.* [38]) dehortationem — dehortatione *Cod.* [39]) Amyclaei domitus — Amyclei domitum *Cod.*

a) Cic. de invent. I. 20. ubi haec leguntur: «*Igitur exordium in duas partes dividitur, in principium et insinuationem.*» *b*) Virg. Aen. I. 589. *c*) Virg. Aen. I. 315. *d*) Virg. Aen. XII. 67—69. *e*) Virg. Aen. III. 678. 679. *f*) Virg. Aen. V. 118. 119. *g*) Virg. Aen. II. 15. *h*) Virg. Aen. VIII. 691—693. *i*) Virg. Aen. II. 304—308. *k*) Virg. Aen. V. 458—459. *l*) Virg. Aen. VII. 718. *m*) Virg. Aen. VII. 720. *n*) Virg. Aen. XII. 473. 474. *o*) Virg. Aen. IV. 141—144. *p*) Virg. Aen. IV. 149—150. *q*) Virg. Aen. I. 242. *r*) Virg. Aen. X. 470. 471. Cfr. Charis. 248. P. *s*) Virg. Georg. III. 89. 90.

150. DE ASTEISMO. [95]) Asteismos, quem [96]) quidam charientismon dicunt, dictio est urbanitate et faceta gratia composita, ut Terentius — tum quod dem ei, recte est; nam nihil esse mihi, religio est dicere. [a]) — Asteismos fit tribus modis. Per euphemiam [97]) ac si dicimus fata parcas, quod non parcant; quale est exemplum, quod posuimus, Terentianum. Per cacemphaton, ut est illud Plautinum: reprime sis iram [b]); nam rem turpem sonat, utpote a [98]) meretricis ancilla dicta oratio. Per similitudinem, quomodo dictum est de Carbone, qui, mortuo Crasso, homine felice, inimico suo, ante obscurus, F 123.v. florere coepit, — postquam Crassus carbo factus est * id est, periit, Carbo crassus factus est [c]) — id est, res ante mortua revixit [99]), id est ad florem pervenit; et illud de Pompeio, qui coloris erat rubei, sed animi inverecundi — quem non pudet et rubet, non est homo, sed ropio, — ropio autem est aut minium [100]), aut piscis [1]) robeus, aut penis [2]) [d]).

154. DE SARCASMO. Sarcasmos est oratio cum exultatione [e]), ut est — En, agros, et, quam bello, Troiane, petisti, Hesperiam metire [3]) iacens [f]) — et Cicero — en crimen, en causa, cur regem fugitivus, dominum servus accuset [g]). — Inter ironiam ergo et sarcasmon hoc est, quod ironia contrarium dictioni continet sensum cum inrisione, sarcasmos vero, eodem modo, quo dicitur [4]), intellegatur necesse est, quamvis cum inrisione.

---

[95]) de asteismo — de astismo *Cod. const.* [96]) quem — quam *Cod.* [97]) euphemiam — eufemia *Cod.* [98]) ut pote a — ut poetae *Cod.* [99]) mortua revixit — motua raevixit *Cod.* [100]) minium — mimium *Cod.* [1]) piscis *Cod. ex em. pr. m.* piccis *a pr. m.* [2]) penis — pene *Cod.* [3]) metire — etire *Cod.* [4]) quo dicitur — quod igitur *Cod.*

a) Terent. Heaut. II. 1. 16. *b*) Plaut. Truc. II. 2. 6—9. Cfr. quae supra ad § 78. notavimus. *c*) *Postquam Crassus carbo factus est, Carbo crassus factus est.* — C. Papirium Carbonem, C. Carbonis Consulis filium, inimicissimum fuisse L. Lic. Crasso, quod eius accusatione pater ad mortem compulsus fuerat, e Cicerone de Orat. III. 3. constat. Eundem Carbonem ad speculanda Crassi acta in Galliam profectum fuisse, narrat Valerius Max. III. 7. 6. *d*) Locus insigniter corruptus; populare videtur convicium in Pompeium, et fortassis e militari carmine. Scilicet Imperatorem triumphantem, oris probi animi inverecundi hominem, ut inquit Sallustius apud Suetonium de clar. Gramm. XV. (Cfr. Plin. H. N. VII. 12. et XXXVII. 2. et imprimis Salmasium ad Spartiani Pescenn. Nigr. Script. Hist. aug. L. B. 1672. t. I. p. 654.) cum semper ruberet, quin unquam ipsum puderet, non hominem sed ropionem vel ropium esse dixerint, in *robo* colore (Vid. Serv. ad Virg. Eclog. VI. 22. et Cfr. Cramer ad Scholiast. Iuvenal. p. 329. 55.) piscis *robei* nomine, et *rubri* hortorum custodis, *rubente fascino* (Priap. 84. 8.) simul ludentes. Ceterum haec vel nobis parum satisfaciunt. *e*) *cum exultatione*, legendum fortassis cum *insultatione*. Pompeius p. 479. L. allato eodem Virgiliano loco: *insultat ei sed cum summa irrisione* Cfr. Tryphonem περὶ τρόπων apud Boissonad. anecdot. III. 279. *f*) Virg. Aen. XII. 359. 360. *g*) Cic. pro Deiot. 17.

155. DE ANTIPHRASI. Antiphrasis est, cum ponitur verbum bonum pro malo, malum tamen significat, ut Parcae, ab eo, quod non parcant, et Eumenides, ab eo, quod nulli εὐμενεῖς [5]) sunt, id est propitiae. Antiphrasim [6]) alii euphemian vocant.

156. DE CACOPHEMIA. Cacophemia est, quam quidam dysphemian vocant, e contrario euphemiae fit; nam verbum malum pro bono ponitur, sed tamen bonum intellegitur, ut est —pro suppreme Iuppiter— id est, summe, non infime.

157. DE AENIGMATE. [7]) Aenigma vel griphus est dictio obscura, quaestio vulgaris, allegoria difficilis antequam fuerit intellecta, postea ridicula, ut est — Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me — [a]), de glacie, quae, de aqua procreata, aquam solutam parit [8]) vel carbo de flamma natus flammam [9]) gignit. Vergilius de ore putei —Tris pateat [10]) caeli spatium non amplius ulnas [b]).

158. DE PAROEMIA. [11]) Paroemia est vulgaris proverbii [12]) usurpatio ad aliquam rem significandam, cum aliud intellegitur, quam quod dictione monstratur, ut —adversum stimulum calces [c]) — quo [13]) significatur contra pessimos vel potentiores audere stultum esse.

159. DE ANASTROPHE. Anastrophe est duorum verborum transversa dictio, ut — Italiam contra [d]) — id est contra Italiam, et—ipsis ex vincula sertis [e]) — pro ex ipsis sertis vincula.

160. DE CATACHRESI. Catachresis est dictio inpropria alterius dictionis sibi [14]) vindicans proprietatem [15]), ut—camposque liquentes [f])— pro mari, cum campi proprie sint terrae, et—Praecipitemque Daren ardens agit aequore toto [g]) — id est, campo. Hanc quidam metaphoran dicunt, de qua plenius docebo.

161. DE EPITHETO. [17]) Epitheton est dictio propriis adiecta nominibus, vel demonstrandi [h]) vel ornandi, vel vituperandi causa [16]), ut —Larissaeus [18]) Achilles [i])—pius Aeneas [k]) — fallax Ulixes [l]). Sumitur epitheton modis quinque: ab animo — Nec [19]) bonus Eurytion [m]) — a corpore — quantusque cavo Polyphemus [n]) — ab extrinsecus, [20]) ut — Rex Anius [o]) — a loco, ut — Troianus Aces-

---

5) εὐμενεῖς — eumenis *Cod.* 6) antiphrasim — antifrasim *Cod.* 7) de aenigmate — de enigmate, *Cod. et mox iterum* enigma. 8) parit — paro *Cod.* 9) flammam = *Cod.* 10) pateat — pateant *Cod.* 11) de paroemia — de parhoemia *Cod. etiam mox infra* 12) proverbii — proverbi *Cod.* 13) quo — quod *Cod.* 14) sibi — sivi *Cod.* 15) proprietatem — propriaetatem *Cod.* 16) de epitheto — de epitheton *Cod.* 17) causa = *Cod.* 18) Larissaeus — Larisseus *Cod.* 19) nec — nem *Cod.* 20) extrinsecus — extrensecus *Cod.*

a) Idem aegnimatis exemplum habes apud Charisium 447. P. Donat. III. 35. L. et Pomp. 477. L. *b*) Virg. Eclog. III 105. *c*) Terent. Phorm. I. 2. 28. *d*) Virg. Aen. I. 13. *e*) Virg. Eclog. VI. 19. *f*) Virg. Aen. VI. 724. *g*) Virg. Aen. V. 456. *h*) Cfr. definitionem a Charisio 245. P. datam, ibique *destruendi* in *demonstrandi* muta. *i*) Virg. Aen. II. 197. *k*) Virg. Aen. I. 220 et al. *l*) Ovid. Metamorph. XIII. 712. *m*) Virg. Aen. V. 541. *n*) Virg. Aen. III. 641. *o*) Virg. Aen. III. 80.

177. DE PERIPHRASI. Periphrasis est res longiore oratione extenta, quam necessitas postulat. Ea fit modis tribus: aut ornandae rei gratia, ut est —Postera Phoebea lustrabat[61]) lampade terras, humentemque[62]) Aurora polo dimoverat umbram[a]) — pro lucebat, vel dies incipie-
F.125.r. bat. * Fit et celandae[63]) turpitudinis causa, ut est — placidumque petivit Coniugis[64]) infusus gremio per membra soporem[b]) — vult enim coitum dicere[c]). Fit sine hac utraque significatione, cum pro ipsa re ponenda quasi pertinens res ad eam rem, quam nolumus ponere, dicatur, ut est — aut duri miles Ulixi[d]) — id est ipse Ulixes, quasi militem ad Ulixem pertinentem, pro ipso Ulixe posuit.

178. DE SYNECDOCHE. Synecdoche est oratio plus minusve dicens, quam necessaria postulat significatio, postulat intellectus. Haec fit modis quattuor: aut ex parte totum, ut — stant litore puppes[e]) — pro navibus; aut per totum pars — ingens a vertice pontus[f]) — pro fluctu, parte ponti. Per id quod dicitur, illud quod sequitur — rex ambas ultra fossam retinere coepit[g]) — subauditur enim manus; per id quod sequitur, illud quod debuisset dici, ut est — Et iam summa procul villarum culmina fumant[h]) — cum debuisset praeponere vesperam factam. Ex hac figura, id est synecdoche, nascuntur duae: aposiopesis et epidiorthosis.

179. DE APOSIOPESI. Aposiopesis est dictio cuius finis reticetur, ut aut terreatur auditor, aut ad desiderium incendatur auditus, ut — Quos ego — sed motos praestat componere fluctus[i]) — et, — quem quidem ego si sensero[k]) et, donec[65]) Calchante ministro — Sed quid ego haec autem nequiquam ingrata revolvo[l])

180. DE EPIDIORTHOSI. Epidiorthosis est obliti correctio[66]), ut — Filius huic, fato divum, prolesque virilis Nulla fuit, primaque oriens erepta iuventa est[m]) — hic enim quod oblitus ante dixerat non fuisse, postea corrigens, fuisse quidem dixit, sed cito periisse[67]). Terentius — filium unicum adolescentem habeo, at quid dixi habere me, immo habui Chreme[68]), nunc habeam necne, in-

---

[61]) lustrabat — lustrab. *Cod.* [62]) humentemque — umentemq. *Cod.* [63]) celandae — caelandae *Cod.* [64]) coniugis — coniugis coniugis *Cod.* [65]) donec — donhaec *Cod.* [66]) obliti correctio — oblivio correptio *Cod.* [67]) periisse — perisse *Cod.* [68]) Chreme — Creme *Cod.*

a) Virg. Aen. IV. 6. 7. *b*) Virg. Aen. VIII. 405. 406. Cfr. Gell. Noct. Attic. IX. 10. *c*) Vid. Charis. 245. P. *d*) Virg. Aen. II. 7. *e*) Virg. Aen. III. 277. *f*) Virg. Aen. I. 114. *g*) *Rex ambas,* ita pro eo quod Cod. habet *rex amus,* legendum videtur; unde tamen haec deprompta sint nos omnino latet. *h*) Virg. Eclog. I. 83. — Συνεκδοχή ἐστι φράσις οὐ κατὰ τὸ πλῆρες ἐκφερομένη, προσδεομένη δέ τινος ἔξωθεν διανοίας. ἔχει δὲ τέσσαρα διαφοράς. καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ μέρους τὸ ὅλον δηλοῖ, καὶ ἀπὸ τοῦ ὅλου τὸ μέρος, καὶ ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος τὸ προηγούμενον, καὶ ἀπὸ τοῦ συμβόλου τὸ κύριον Tryphon περὶ τρόπων apud Boisson. Anecdot. III. 275. Cfr. Cocondrium Ibid p. 297. Zonaeum Ibid. 319. *i*) Virg. Aen. I. 35. *k*) Terent. Andr. I. 1, 137. *l*) Virg. Aen. II. 100. 101. *m*) Virg. Aen. VII. 50. 51.

certum est [a]) — et Cicero — cum huius mulieris[69]) viro; fratrem volui dicere; semper hic erro. [b]) — Quidam inter tropos ponunt etiam probationem, quae fit modis tribus: exemplo, argumento, signo.

181. DE PROBATIONE. Probatio est rei factae vel non factae ratio confirmatione dictionis ad persuasionem [70]) deducta; ac si voluerimus probare, nescio [71]) quem sacrilegium fecisse vel non fecisse.

182. DE EXEMPLO. Exemplum est rerum per res diversas adprobatio; ut si voluerimus docere ratione domum regi, demus exemplum, mundum regi ratione [72]). Exemplum ducitur [73]) modis quattuor: a minore ad maius, ut est — Servi me hercule mei si me isto pacto metuerent [c]) — a maiore ad minus, ut est — at non viderunt moenia Troiae Neptuni fabricata manu considere in igni [d]) — hoc commune est paradigmati; a simili, ut est — et, si me meis civibus iniuria suspectum atque offensum viderem [e]) —; e contrario, ut est — quippe secundae res sapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus victoriae temperarent [f]).

183. DE ARGUMENTO. Argumentum est rei confirmatio necessaria probatione facta; ac si dicas — si dies est, lucet.

184. DE SIGNO. [g]) Signum est res, quae, tum credi, quum non credi possit, ac si dicamus, eum, qui iuxta cadaver occisi gladium tenens inventus est, homicidium perpetrasse, cum possit signum esse hoc et veritatis et falsi.

*Ergo inter paradigma, et exemplum, et argumentum, et signum hoc est, quod paradigma non inducitur nisi aut a petentibus [74]) aut ad petentes ut — Antenor potuit [h]) — et — quin occidit una Sarpedon [i]) — exemplum vero de definitione venit et non petente aliquo, ac si dicas ratione omnes res humanas regi ubi etiam mundus regatur ratione; argumentum vero quod necessariam habet probationem quum nec exemplum nec signum, et quod exemplum et paradigma ex aliis conprobatur, argumentum vero ex ipsius rei effectu; signum vero inter falsum et verum positum est, sicut ante monstravi. Hoc tamen scire debemus, quod argumentum, si praeposteram interdum acceperit dictionem, falsum incipit esse et non firmum, ut puta — si lucet, dies est — falsum est argumentum, quod oratores non necessarium vocant; nam et noctu lucere potest. Illud vero si nox est, tenebrae sunt, aut si dies est, lucet, firmum est, quod illi necessarium nuncupant argumentum; sin dixerint si tene- F. 125. v.

---

69) mulieris *Cod. ex em. pr. m. quae primum* muliore *scripserat.* 70) persuasionem — persuationem. 71) nescio — nnscio *Cod.* 72) ratione — rationem. *Cod.* 73) ducitur — dicitur *Cod.* 74) a petentibus — a parentibus *Cod. perperum.*

a) Terent. Heaut. I. 1. 41—43. *b*) Cic. in Cael. 32. *c*) Cic. Catil. I. 17. *d*) Virg. Aen. IX. 144. 145. *e*) Cic. Catil. I. 17. *f*) Sallust. Catil. 11. *g*) Cfr. Quinctil. V. 9, 1. et 11, 1. *h*) Virg. Aen. I. 242. *i*) Virg. Aen. X. 470. 471.

brae sunt nox est, tale ut, si lucet, dies est, id est non necessarium. Sic Cicero in rhetorico [75] [a]).

185. DE HEMIASTATO. [76]) Hemiastaton est cum dictio continet speciei ignorantiam et scientiam generis, ut est — hunc, inquit, [77]) frondoso vertice collem, Quis deus incertum est, habitat deus [b]) — hic enim certum est de genere, quod sit in loco deus, sed de specie dubitatur, qui deus sit.

186. DE METANOEA. Metanoea est vel metagnosis dictio continens poenitudinem [78]) [c]) rei aut factae quae fieri non debuit, ut — Insontem, infando indicio, quia bella vetabat, Demisere neci, nunc cassum lumine lugent [79]) [d]) — aut non facta re, quae fieri debuisset, ut — Saepe fugam Danai Troia [80]) cupiere relicta Moliri et longo fessi discedere [81]) bello, fecissentque utinam! [e])

187. DE EXOCHE. Exoche est oratio incipiens ab specie [82]) et gradatim ad genus cum coniunctione decenter adscendens. Huius [83]) species sunt tres.

188. DE EXOCHE PRIMA. Exoche prima fit hoc modo, quando una species ponitur et statim genus per coniunctionem crescit, ut est — leonem atque alias feras — nam leo speciale est, fera generale est.

189. DE EXOCHE SECUNDA. Exoche secunda est, cum duo nomina specialia ponuntur et sic eminens generale nomen ascendit, ut est — probitatem, industriam ceterasque artes bonas. [f])

190. DE EXOCHE TERTIA. Exoche tertia eodem modo, quo et superiores conponitur, uno tantummodo addito nomine speciali ante generalem appellationem, ut est — Hipponem, Adrumetum, Leptim ceterasque civitates [g]) — Exoche autem dicta est, quod gradatim oratio emineat; nam eminere graece ἐξέχειν [84]) dicunt.

Hucusque artium grammaticarum fecimus instituta; de catholicis [85]) vero nominum atque verborum latius exponemus.

M̄. CLAUDI SACERDOTIS ARTIUM GRAMMATICARUM FELICITER.

---

[75]) rhetorico — rethorico *Cod.* [76]) de hemiastato — de emiastato *Cod.* [77]) inquit — inquid *Cod.* [78]) poenitudo — paenitudo *Cod.* [79]) quia bella vetabat, demisere neci nunc cassum lumine lugent — quia b. v. d. n. n. c. l. lugent *Cod.* [80]) Troia — Troiam *Cod.* [81]) discedere — disdedere *Cod.* [82]) specie — speciem *Cod.* [83]) huius — hius Cod. [84]) ἐξέχειν — exechin *Cod.* [85]) catholicis — catolicis *Cod.*

a) Cf. Cic. de invent. I. 86. *b*) Virg. Aen. VIII. 351. 352. *c*) *Poenitudo*, vox Pacuviana, ab Ausonio, Sidonio, Hieronymo nostroque iterum usurpata. Vide quae de hac priscorum vocabulorum palingenesia observat doctiss. Freund in Lex. lat. praef. p. XXIII. *d*) Virg. Aen. II. 84. 85. *e*) Virg. Aen. II. 108—110. *f*) Sallust. Catil. 10. *g*) Sallust. Iug. 19. *Leptim aliasque urbis.*

M̄. CLAUDI SACERDOTIS

ARTIUM GRAMMATICARUM

LIBER II.

1.... *A littera [1]) terminatus nominativus singularis, sive pura, sive aliqua consonanti praeiuncta, generis masculini vel feminini tantummodo latinorum nominum reperitur [2]), qui genetivum ·AE· diphthongo [3]) terminans docebit nos, quomodo totos casus utriusque numeri declinemus secundum rationem primae declinationis, quam paulo ante monstravi. Inveniuntur etiam generis neutri nomina ·A· littera terminata, sed peregrina, quae declinabuntur ratione tertiae declinationis, quae, sicuti docui, genetivo ·IS· syllaba terminantur, ut hoc toreuma, huius toreumatis; hoc schema, schematis. [4]) Nam quod Plautus in Amphitryone [5]) posuit — in servili schema [a]) — non neutri generis declinationem subvertit, sed genus nominis. Haec enim schema declinavit [6]), ab hac schema, sicut haec fortuna, ab hac fortuna, primae declinationis, non tertiae, hoc schema, genere neutro; nam ab hoc schemate posuisset; ·A· enim terminata nomina generis neutri solius latinitas non habet, praeter hoc Thuria, nomen fluminis, lectum in Sallustio [b]); et trium generum hic et haec et hoc verna. F.126.r. (18.)

Pronomina vero ·A· littera terminata solius generis feminini reperiuntur [7]) ·US· genetivo facientia, vel ·AE· diphthongo, ut ipsa, ipsius; ista, istius; mea, meae; tua, tuae; sua, suae.

Participium ·A· terminatum generis tantummodo erit feminini, et ·AE· diphthongo faciet genetivo, ut haec docta, huius doctae.

2. ·B· littera nullum nomen reperi terminatum; qui invenerit et declinationem demonstret; nec pronomen, nec participium.

3. ·C· littera unum [8]) nomen reperi terminatum generis neutri, declinationis tertiae, ·IS· faciens genetivo, hoc lac, huius lactis. Plautus hoc (19.)

---

[1]) *A, sicut et in sequentibus ·B· ·C· etc. minio scriptum est.* [2]) reperitur — repperitur *Cod.* [3]) diphthongo — dipthongo *Cod.* [4]) schema, schematis — schaema, schaematis *Cod. const.* [5]) Amphitryone — amphtryone *Cod.* [6]) declinavit — declinabit *Cod.* [7]) reperiuntur — repperiuntur. *Cod. et sic constanter.* [8]) unum *Cod. ex em. pr. m. quae prius* nullum *scripserat.*

[a]) Plaut. Amphitr. prolog. 107. Cfr. Prisc. VI. 2. 7. Prob. Cath. 105. L. Pompei. 229. L. Nonium 224. Merc. [b]) Sallust. Hist. II. 12. p. 226. Gerl. citatur etiam a Prisc. V. 2, 6. VI. 3, 10. Prob. Cath. 101. 105. L. Vibio Seq. voce Thuria. Cfr. Sallust. Hist. III. 11. p. 230. Gerl. sed vide etiam Prisc. VI. 1. 8. et nostrum infra §. 49.

lacte posuit — Sicut lacte lacti simile[a]). — Quidam putant hoc lact[b]) debere dici. Sed errant; duabus enim mutis nullum nomen terminari potest. Vergilius — Lac mihi non aestate novum, non frigore defit[c]) — et declinatur numero tantummodo singulari; nam quod Plautus lactes posuit, genere masculino, numero plurali, non a nominativo hoc lac vel hoc[9]) lacte, sed hii[10]) lactes numero semper plurali. Sunt autem lactes partis corporis in intestinis pinguissimae.[d])

Sane pronomina generis omnis invenies hic, haec, hoc, genetivo ·IUS. facientia: huius; genetivo plurali ·RUM. horum; dativo his; et ab his ablativo.

(20.) 4. ·D· littera nullum nomen reperi terminatum; doceat declinationem qui invenerit.

Sane pronomina generis neutri *invenies genetivo* ·IUS·[11]) facientia: illud, illius; istud, istius; nam ipsum dicitur non ipsud: Vergilius — atque ipsum corpus amici[e]) — et — Hoc ipsum ut struе-
F.126.v. ret[f]) — genetivo *plurali* ·RUM·* illorum, istorum; dativo ab illis, istis.

(21.) 5. ·E· littera terminata nomina generis masculini et feminini non inveni latina, sed graeca, ·E· producto terminata, quae aut graeca ratione declinabuntur, nulla ratione latinitatis, ut haec Danae, huius Danaes, qua syllaba nullus genetivus latinus terminatur; aut ·E· in ·A· mutans in nomi-

---

9) hoc — haec *Cod.* 10) hii *Cod. diserte.* 11) neutri ·*IUS*· — neutrius *Cod.*

a) *Sicut lacte lacti simile,* ita enim resolvendum codicis compendium: *sicut lacte lactis.* Plaut. apud Prob. Cath. 105. L. E Bacchidibus citat hunc versum Pompeius p. 233. L. Sed et in Mil. glor. V. 9. 30. *tam similem quam lacte lacti,* et Merc. V. 9. 30. *neque aqua aquae, neque lacte lacti est similius.* Vid. Prisc. VI. 4, 20. et adde exemplis apud Non. 483. Merc. et Charisium I. p. 78. 79. P. prolatis etiam Apulei Metamorph. VIII. 559. Rhunk. *eum rogavit haberet ne venui lacte liquidum,* ubi tamen vid. interpret. et Petron. 38. p. 161. Burm. *lacte gallinaceum.* Cfr. etiam Charis. 13. P. — Plinio H. N. XV. 15. 16. *lacte* dicitur succus pirorum. b) Prob. Cath. 105. L. «*Quidam putant hoc lact debere dici, sed non legi nisi in Varrone de lingua latina*», ubi tamen Lindemannus scripturam Putschianam improbans *lacte* edidit, male quidem nam praeter nostrum diserte etiam Marc. Cap. III. p. 81. ed. Grot: *quidam cum lac dicunt adiiciunt ·T· propter quod facit lactis, sed Virgilius: Lac mihi non aestate novum non frigore defit. Quippe cum nulla apud nos nomina in duas mutas exeant, et ideo veteres lacte in nominativo dixerunt.* Cfr. A. Maii excerpt. e Grammatico Neapolit. Auct. classic. Vol. V. p. 152. Huc pertinet etiam illud Ausonii Technopaegn. in Grammaticomast. 12: *Vox solita et cunctis notissima si memores lac, Cur condemnetur ratio magis et faciat lact.* c) Virg. Eclog. II. 22. d) Plaut. Curc. II. 3, 40. *Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus.* Pseud. I. 3. 85. *una opera adligem canem fugitivam agninis lactibus.* Locus classicus est Verrii Flacci apud Priscianum VI. 4, 21. *Hae lactes partes sunt intestinorum a graeco γαλακτίδες dictae: et servaverunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare haec lactis est. Titinius in Ferentinati — Cerebellum lactis agnina. — Pomponius in Lare familiari — Oro te Basse per lactes tuas.* Cfr. Consent. 2030. P. Pers. Sat. II. 30. Plin. H. N. XI. 37, 79. e) Virg. Aen. I. 486. f) Virg. Aen. II. 60.

nativo declinabitur [12]) ratione primae declinationis, ·AE· diphthongo [13]) faciens genetivum, Danaa Danaae, Helena Helenae.

Generis neutri latina nomina reperies ·E· terminata, sed correpto, quae ·IS· facientia genetivo declinabuntur secundum rationem tertiae declinationis, venientia a communi genere, ·IS· terminato, cum aliqua consonanti praeposita et iuncta: hoc suave, huius suavis; hoc monile, huius monilis; hoc praesepe, huius praesepis [14]). Hoc *enim* genere declinatur. Nam quod Plautus — Haec praesepis mea est [a]) — genere feminino sicut aput Graecos [b]), auctoritas est, non ratio. Sed ·PES· terminata nomina, sive correpta, sive producta, aut ·TIS· facient genetivo, aut ·DIS. aut ·PIS·, ut praepes, praepetis; pes, pedis; satrapes, satrapis. Nam dapes numero semper [15]) plurali declinatur. Dapem tantummodo legi numero singulari, sicut multorum nominum aliqui casus inveniuntur, ut sponte, tabes, tabo, tabe [c]), Iuppiter, o Iuppiter. Nam qui declinat hic Iuppiter, huius Iovis, potest et hic Phoebus, huius Apollinis declinare.

Pronomina vero ·E· correpta terminata generis quidem masculini ·IUS. [16]) facient genetivo, plurali genetivo ·RUM·, dativo et ablativo ·IS·: ille, ipse [17]); illius, ipsius; illorum, ipsorum; generis vero neutri genetivo singulari ·IS· facient; genetivo plurali ·UM·; dativo et ablativo ·BUS·, ut tale, quale; talis, qualis; talium, qualium; talibus, qualibus. Nam ·E· correpta vel producta terminatus nominativus participiorum nullius generis invenitur.

6. ·F· ·G· ·H· his litteris terminata nomina non potui reperire, nec (22.)
pronomina, nec participia.

7. ·I· littera terminata nomina quattuor tantummodo reperi sine aliqua (23.)
declinatione; nam monoptota sunt duo, generis omnis, *hic* et haec et hoc nihili, hic et haec et hoc frugi; et duo generis neutri, numeri tantummodo singularis hoc gummi, hoc sinapi; quamvis Plautus in Pseudolo [18]) haec sinapis [d]) declinaverit. In*veni* et duo in numero plurali masculina, in singulari neutra, hi Argi, hoc Argos; hoc porrum, hi porri.

8. ·K· hac littera nullum nomen terminatur, ratione in primo libro (24.)
monstrata [e]).

9. ·L· littera terminata nomina latina generis masculini vel feminini, (25.)

---

[12]) declinabitur — declinavitur *Cod.* [13]) diphthongo — dipthongo *Cod.* [14]) praesepis — praesaepis *Cod.* [15]) semper — sempel *Cod.* [16]) masculini ·*IVS*· — masculinius *Cod.* [17]) ipse — ipsius *Cod. perperam.* [18]) in Pseudolo — in speudulo *Cod.*

a) Locus inter Plauti fragmenta e Prob. Cath. 106. relatus a Bothio Poet. scen. lat. II. 448. Ceterum idem Plautus Cas. Prol. 56. *intra praesepis suas,* et Rud. IV. 3, 99. *intra praesepis meas.* Cfr. Curc. II. 1, 13. coll. Non. 218 Merc. *b*) scil. ἡ φάτνη, ut iam monuit Bothius. *c*) Cfr. Charis. 20. 72. P. Phoc. 1708. P. *d*) Plaut. Pseud. III. 2. 28. *sinapis scelerata.* Cfr. Prisc. VI. 3, 12. *e*) Libri primi locus in quo haec tractata fuerunt in membranis nostris non superest.

exceptis quattuor, nulla reperies, hic sol, haec Tanaquil [a]), hic consul, hic et haec et hoc exul [19]); generis vero neutri plurima, quae si erunt monosyllaba, in genetivo litteram duplicabunt, mel, mellis, fel, fellis. Excipitur unum sal, salis, unde quidam hoc sale decli-
F.127.r. nant [b]). Omnia tamen ratione * tertiae declinationis flectuntur; nam ·IS· syllaba genetivum proferunt. Si qua alia inventa fuerint, exceptis supra positis, generis masculini vel feminini, barbara sunt, ut Hannibal, Asdrubal. Inveniuntur et generis neutri barbara ·L· littera terminata, hoc Muthul [c]), hoc Suthul [d]), oppidorum nomina. Sunt item generis masculini ·L· littera nomina terminata, Samuel, Danjel, *Isdrahel*; huius Samuelis, Danielis, Isdrahelis [e]).

(26.) 10. ·M· littera terminatum nomen generis masculini vel feminini, excepto uno generis omnis monoptoto, latinitas non habet, hic et haec et hoc nequam. Neutri generis plurima reperies, quae genetivo casu aut una ·I·, aut duabus terminabuntur. Tunc [20]) una, si ante ·UM· syllabam nominativus [21]) ·I· non habuerit, ut bellum, regnum, sceptrum; belli, regni, sceptri. Si habuerit, genetivo duabus ·I· terminabitur, ut hoc sacrificium, huius sacrificii; sicut etiam, quae ante ·US· syllabam habent ·I·: Terentius, Terentii. Ex quibus una *syllaba* sublata fit vocativus singularis, si sint nomina propria, ut o Terenti; sin appellativa, novissimam ·US· in ·E· correptam mutabunt [22]) in vocativo, ut o egregie. Omnia tamen nomina ·M· terminata secundae sunt declinationis; nam ·I· faciunt genetivo, excepto nequam, monoptoto. Pronomen ·M· littera terminatum ·US· faciet genetivo, hoc ipsum, huius ipsius; hoc unum, huius unius.

(27.) 11. ·N· littera terminata nomina tertiae sunt declinationis; nam omnia genetivo ·IS· faciunt. Latina quidem generis mascu ini vel feminini rara habentur; duo simplicia hic rien, rienis [f]); lien, lienis; composita generis omnis, hic et haec et hoc tibicen, [23]) cornicen: tibicinis, cornicinis; fidicen, fidicinis; quamvis Terentius fidicina et tibicina [g]) posuerit. Neutri generis multa inveniuntur ·EN· in nominativo cor-

---

19) exul — exusul *Cod. syllaba* su *a pr. m. deleta.* 20) Tunc *Cod. ex em. pr. m. quae primum* tum *scripserat.* 21) nominativus *Cod. ex em. pr. m.* nonminativus *Cod. a pr. m.* 22) novissimam ·US· in ·E· correptam mutabunt, *sic e Probi loco parallelo scripsimus pro eo quod Codex vitiose exhibet*; novissimam ·I· in ·E· correptam mutabitur. 23) tibicen — tiuicen *Cod. et mox infra* tiuicinis — tiuicina.

a) Observa nostrum glossema quod in parallelo Probi Cath. 22. loco habetur: *Tanaquil enim uxor fuit Tarquini Prisci* etc. omnino ignorare. b) Cfr. Charis p. 13. P. Prisc. V. 8, 45. coll. V. 2, 10. Non. 223. Merc. c) *Muthul*, nomen fluvii Numidiae apud Sallust. Iug. 48. d) *Suthul*, oppidum Numidiae. Sallust. Iug. 37. e) *Sunt item generis masculini — Danielis, Isdrahelis.* Totum hoc comma, quod in parallelo Catholicorum Probi capite non comparet, glossema librarii redolet. Ceterum scriptura Isdrahel et Istrahel nota est ex antiquissimis Evangeliariis latinis, Vercellensi et Veronensi apud Blanchin. Evang. Quadrupl. p. 8. 9. 12. 13. etc. f) Vid. Charis. 24. P. Prisc. V. 3, 13. Fest. Pauli Diac. 136. L. g) Terent. Eunuch. III. 2, 4. V. 15. Adelph. V. 7, 7. et 9. Cfr. Mart. Capell. III. p. 75. Grot.

repta, in genetivo ·E· in ·I· mutata, ut hoc pollen, pollinis; carmen, carminis; lumen, luminis; limen, liminis. Sed quoniam multa graeca, Sinon Sinonis [a]), vel barbara Saxon Saxonis [b]) reperiuntur generis masculini vel feminini, observare debemus, ut tunc producamus, cum aput illos producitur, ut Idmon, Idmonis [c]); Sinon, Sinonis; tunc corripiamus si illi corripiunt, Memnon, Memnonis; hic et haec Saxon, huius Saxonis; hic Titan, hic Pan; huius [24]) Titanos vel Titanis, *Panos*, —Panos de more Lycaei [d])— sine alicuius declinationis ratione. Nulla enim declinatio genetivum ·NOS· syllaba terminat. Posuit Lucretius graece hoc sanguen [e]), cum sit latine hic sanguis, sanguinis, contra rationem ·GUIS· terminatorum, quae genetivum similem nominativo * faciunt [25]), hic anguis, huius anguis; hic pinguis, F.127v.
huius pinguis. Hoc tamen scire debemus [26]) quod ·N· littera terminatum nomen solius generis feminini non potest reperiri.

12. ·O· pura terminata genetivo ·O· producantur necesse est, et tertiae (28.)
declinationis sint nomina; nam ·IS· faciunt genetivo, leo, leonis; Pollio, Pollionis. Excipitur unum, quod in genetivo ·O· in ·E· correptam mutat ante novissimam syllabam, hic Anio, huius Anienis, nomen fluminis —gelidumque Anienem [f])— cum aliqua vero consonanti praeposita et iuncta et corripiuntur, et producuntur. Ideoque per singulas litteras doceamus iunctas ·O· litterae.

13. ·BO· terminata producuntur genetivo, Libo, Libonis; Carbo, (29.)
Carbonis. Hoc tamen scire debemus, quod omnis nominativus ·O· littera finitus, sive pura, sive aliqua consonanti praeposita et iuncta corripitur [27]); exceptis graecis nominibus, quae producuntur, ut Dido, Manto; ideoque [28]) indifferenter declinantur et graece et latine, ut — fatidicae Mantus [g]).

14. ·CO· syllaba si inventa fuerint, producentur, et tertiae sunt decli- (30.)
nationis. Barbara quaedam audivi, Sicco, Sicconis; Franco, Franconis [h]).

15. ·DO· omnia in genetivo ·O· in ·I· mutant, ordo, ordinis; hirun- (31.)
do, hirundinis; cardo, cardinis; exceptis duobus, quae et in genetivo ·O· habent productam, pedo, pedonis; cerdo, cerdonis; nam Dido graecum est.

---

[24]) huius — hius *Cod.* [25]) faciunt, *Cod. perperam addit:* hic sanguis huius sanguinis, *quae cum etiam apud Probum non habeantur, merito delenda putavimus.* [26]) debemus — debebmus *Cod.* [27]) corripitur — corripiuntur *Cod.* [28]) ideoque — indeoque *Cod.*

a) Virg. Aen. II. 259. et II. 79. Cfr. Serv. ad h. l. et Prisc. VI. 6. 29. *b*) Vid. Claud. in Eutrop. I. 329. Epithal. Pallad. et Cel. V. 89. *c*) Virg. Aen. XII. 75. *d*) Virg. Aen. VIII. 344. *e*) Graece hoc sanguen i. e. quoad genus τὸ αἷμα. Lucret. I. 837: *visceribus viscus gigni, sanguenque creari,* et I. 860. 861. *scire licet nobis venas et sanguen et ossa, Et nervos alienigenis ex partibus esse.* Cfr. Nonium p. 224. Merc. *f*) Virg. Aen. VII. 683. Cfr. quae de errore Grammatici ad parallelum Catholicorum Probi locum observat Lindemannus. *g*) Virg. Aen. X. 199. *h*) Vopisc. in Prob. c. XI. Claud. in Eutrop. I. 394.

(32.) 16. ·FO· terminata producuntur in genetivo, bufo, bufonis; Gorfo, Gorfonis et si qua talia.

(33.) 17. ·GO· finita omnia ·O· in ·I· mutent in genetivo casu necesse est, et generis sint feminini, virgo, virginis; Carthago, Carthaginis; uligo, uliginis. Excipitur unum, quod in genetivo ante ·NIS· syllabam[29]) ·O· producta terminatur, et generis est masculini, ut ligo, ligonis; mango [a]). *Ambago* latinum non est, sicut arbitror. Nam [b]) ambages, et compages nominativo utriusque numeri declinantur, sicut strages. Lucanus —compage soluta [c])—non compagine, a nominativo singulari haec compages, non haec compago; nam compaginis et compagine diceretur. Vergilius—laxis laterum compagibus[d])—non compaginibus· Et—multae Ambages[e])— non ambagines. Omnia tamen, sicut docuimus, nomina ·O· terminata, sive pura, sive aliqua littera anteposita et iuncta, tertiae declinationis sunt; exceptis [30]) graecis, quae et ·US· faciunt et ·NIS·, Dido, Didus, et Didonis.

(34.) 18. ·HO· finita producuntur in genetivo, lurcho, lurchonis, lectum nomen in Plauto [f]), significans ganeonem. Hoc tamen scire debemus....

(Deest quaternio V integer.)

F.128.r. (172.) 19. *·NAS· syllaba terminata latina indifferenter declinabuntur, aut primae declinationis ·NAE· genetivo Maecenas, Maecenae, aut tertiae ·TIS· *facientia*, *ut* Maecenatis; Asprenas, Asprenae, Asprenatis [g]). Graeca tertiae sunt declinationis, acuta novissima syllaba contra rationem latinitatis; sed ·DIS· facientia genetivo: Maenas, Maenadis, nomen Bacchae. Sic Persius et Horatius [h]).

(173.) 20. ·NES· correpta syllaba nomen terminatum non legi; producta vero, si latina fuerint, indifferenter primae, vel tertiae declinationis [31]) ratione flectentur, Nolanes, Nolanae, vel Nolanis. Graeca vero tunc primae erunt declinationis aput nos, si aput[32]) Graecos ·OY· [33]) fecerint genetivo: *'Os-*

---

[29]) syllabam — syllaba *Cod.* [30]) exceptis, *post hoc v. in Cod. additur* p. *a librario iterum deletum.* [31]) tertiae declinationis — tertiationis *Cod.* [32]) aput nos si aput — apud nos si apud *Cod.* [33]) OY — OC *Cod. perperam.*

a) τὸ mango hic et apud Probum librariorum glossema est, textui male intrusum. *b*) Ante *nam* excidisse videntur aliqua: *Ambago et compago non dicitur*, vel tale quid. *c*) Lucan. Phars. I. 72. *d*) Virg. Aen. I. 122. *e*) Respicit Virg. Aen. I. 341. s. ubi tamen *longae Ambages*. *f*) Plaut. Pers. III. 3, 16. *g*) *Maecenas, Maecenae* noster cum Probo e graecorum Μαικήνας, Μαικήνου (ut est e. g. apud Dionem Cassium LI. 3. LV. 7.) hausisse videtur. Reliqui grammatici, Charis. 32. 50. 97. P. Palaemon. 1374. P. Phoc. 1695. genitivum *Maecenatis* unice norunt vid. Prob. Art. min. 191. qui genetivum Maecenae diserte reprobat. *Asprenas, Asprenae, Asprenatis* pro eo quod Cod. habet *Aspernas, Aspernae, Aspernatis* e Charis. 50. P. Quinctil. I. 5, 62. etc. scribendum putavimus. *h*) Pers. Sat. I. 106. *Maenas* in Horatio nuspiam invenica.

τάνης *'Οστάνου* [34]) **h i c H o s t a n e s** [35]), **h u i u s H o s t a n a e** [a]); **h i c D e m o-
s t h e n e s** [36]), **h u i u s D e m o s t h e n i s.** [b])

21. ·NIS· hac [37]) syllaba finita nomina tertiae sunt declinationis, similem (174.)
genetivum nominativo facientia, ut **c a n i s**, **i n a n i s**; excepto uno, quod
·RIS· facit genetivo **c i n i s**, **c i n e r i s**; sed haec latina sunt, nam graeca ·NIS·
terminata aut ·NIS· faciunt genetivo, aut ·DIS·, **P h i l e n i s**, **h u i u s P h i l e-
n i s**, vel **P h i l e n i d i s** [38]); **D a r d a n i s**, **h u i u s D a r d a n i d i s**, vel **D a r d a n i s**.

22. ·NOS· terminata nomina tertiae sunt declinationis, ·IS· pura fa- (175.)
cientia genetivo, ·O· correpta, **M i n o s**, **M i n o i s**.

23. ·NUS· hac syllaba omnia nomina terminata secundae sunt declina- (176.)
tionis; ·NI· faciunt genetivo, **L i n u s**, **L i n i**; **k a n u s**, **k a n i**; **s a n u s**, **s a n i**;
I a n u s, **I a n i**; **a n n u s**, **a n n i**; exceptis duobus tertiae declinationis *uno
·RIS· faciente genetivo*, **V e n u s**, **V e n e r i s**; altero ·IS· nova ratione, **a n u s**,
a n u i s. Terentius — **h u i u s a n u i s c a u s a o p i n o r q u a e e r a t m o r-
t u a** [c]) — et duobus quartae declinationis *·NUS· facientibus genetivo*,
h a e c m a n u s, **h u i u s m a n u s**; **h i c s i n u s**, **h u i u s s i n u s**. Nam neutra
nomina ·NUS· terminata omnia ·RIS· faciunt genetivo, secundum rationem
quam frequentissime ante monstravi. Hoc tamen scire debemus, quod om-
nis nominativus ·US· terminatus corripitur; excepto qui in genetivo habent
ante novissimam [39]) syllabam dumtaxat consonantem. Nam **a n u s** et **s u s**,
a n u i s et **s u i s**, quamvis habent in genetivo ·U· ante novissimam syllabam,
non habent aliquam consonantem ante se habens in ·US· secundae declina-
tionis ·UI· terminabit genetivo iuncta consonanti, quae convenit [d]).

24. ·GNAS· tertiae sunt declinationis, *·TIS· faciunt genetivo* **p r a e-** (177.)
g n a s, **p r a e g n a t i s** [e]).

25. ·GNES· tertiae sunt declinationis *·TIS· faciunt genetivum* **m a g n e s**, (178.)
m a g n e t i s, ·E· ubique producta.

26. ·GNIS· tertiae sunt declinationis, et similem faciunt genetivum (179.)
nominativo **h i c i g n i s**, **h u i u s i g n i s**.

27. ·GNOS· hac syllaba nullum nomen reperi terminatum. (180.)

28. ·GNUS· omnia nomina hac syllaba terminata secundae sunt decli- (181.)
nationis, **a g n u s**, **a g n i**; **m a g n u s**, **m a g n i**, et si qua talia.

---

34) 'Οστάνης, 'Οστάνου — OCTaNes OCTaNos *Cod.* 35) Hostanes — ostanes *Cod.* 36) Demosthenes — DHµOCΘeNes *Cod.* 37) hac — has *Cod.* 38) Philenis Philenidis — Filenis Filenidis *Cod.* 39) novissimam — nobissimam *Cod. ita etiam mox infra.*

a) Hostanes Minuc. Fel. Octav. 26. p. 156. ed. Davies 1707. *b*) Locus manifeste etiam in Catholicis Probi mutilus, sic poterit restitui: *graeca vero tunc primae erunt declinationis aput nos si aput graecos OY fecerint*: 'Οστάνης, 'Οστάνου, *hic Hostanes, huius Hostanae, tunc tertiae apud nos, si apud illos OYC fecerint:* Δημοσθένης, Δημοσθένους, *hic Demosthenes, huius Demosthenis*. Cfr. Phocam. 1702. P. et 1703. P. *c*) Terent. Heaut. II. 3, 46. *d*) *Hoc tamen — convenit.* Locum hunc corruptum attentare non sumus ausi. *e*) Vid. Plaut. Truc. I. 2, 95. IV. 3, 37. Macrob. Saturn. III. 11. Cfr. var. script. ad Cic. Ep. ad Attic. I. 10.

F.128v. (182.) 29. ·PAS· * terminata nomina graeca sunt tertiae declinationis, *·DIS· faciunt genetivum* lampas, lampadis.

(183.) 30. ·PES· producta nomina latina tertiae sunt declinationis, ·PIS· faciunt genetivo rupes, rupis; vulpes, vulpis; puppes, puppis; excepto uno monosyllabo *quod* ·DIS· facit genetivo, pes, pedis; ex eo figurata corripiuntur, et ·DIS· faciunt genetivo alipes, alipedis; sonipes, sonipedis. Unum excipitur ab eo tractum, quod in nominativo producitur, in genetivo [40]) ·PIS· facit, haec apes, huius apis; nam apes quasi ἄπους, quod sine pedibus nascatur, sicut Vergilius de his — Trunca pedum [a]) — Nam *apes* si pes corripueris, erit barbarismus; *apaes* graece significat hominem sine filiis. ·PES· correpta latina, non tracta a pede, ·TIS· faciunt genetivo, praepes, praepetis; hospes, hospitis.

(184.) 31. ·PIS· nomina latina sunt, et ·DIS· faciunt genetivo, lapis, lapidis. Graeca aut ·DIS· aut ·PIS·, Iaspis, Iaspidis; Serapis, Serapidis, vel huius Serapis [b]).

(185.) 32. ·POS· nomina terminata producuntur, et sunt declinationis tertiae; si sint tamen generis communis, ·TIS· faciunt *genetivo*, ut hic et haec nepos, huius nepotis. Unius vero generis *·POS·* terminata, ·RIS· *faciunt genetivo*, ut lepos, leporis. Nam quod Arpos legimus, numero semper plurali declinantur [c]). Correpta ·POS·, si inventa fuerint terminata, latina non sunt, et sunt declinationis secundae [41]), ·PI· faciunt genetivo.

(186.) 33. ·PUS· latina secundae sunt declinationis, ·PI· faciunt genetivo, lupus, lupi; campus, campi; lippus, lippi; exceptis duobus, uno monosyllabo [42]) indeclinabili hoc pus [d]), et uno tertiae ·RIS· faciente genetivo, lepus, leporis ·O· correptâ; nam producta significat elegantiam. Graeca *·PUS· terminata* tertiae sunt declinationis, ·DIS· facientia genetivo, Oedipus, Oedipodis; Melampus, Melampodis; quamvis hic Oedipodis lectum sit.

(187.) 34. ·PYS· hac syllaba finita nomina graeca sunt, nam ·Y· litteram latina nomina neque habent, neque recipiunt; sunt ergo tertiae declinationis graeca, ·IS· pura terminantia genetivo, hic Capys, huius Capyis.

(188.) 35. *·PANS· tertiae declinationis, ·TIS· faciunt genetivo*, hic stipans, huius stipantis. Hoc tamen scire debemus, quod omnia nomina ·N· et ·S· [43]) terminata, ·TIS· faciunt genetivo; exceptis duobus, quae et ·TIS· faciunt et ·DIS·, frons, frondis et frontis; lens lentis vel lendis. Quidam putant haec lentis debere dici, et haec lendis [44]); sed errant [e]).

36. ·QUAS· hac syllaba nulla nomina reperi terminata.

F.129r. (189.) 37. ·QUES· * finita nomina correpta sunt et tertiae declinationis ·TIS·

---

40) in genetivo — in genetivo corripitur *Cod.* τῷ corripitur *iterum deleto.* 41) secundae — *II. Cod.* 42) monosyllabo — mosyllabo *Cod.* 43) N et S. — EN et S. *Cod.* 44) haec lendis — hic lendos *Cod.*

a) Virg. Georg. IV. 310. *b*) Cfr. Charis. 107. coll. 69. P. *c*) Arpos est accusativus ab Arpi-orum Cfr. Serv. ad Virg. X. 28. *d*) *Pus indeclinabile*, ita diserte Charis. 23 P. Cledon. 1898. Prob. Cath. 1477. et 1471. Alcuin. 2096. P. *e*) Cfr. Prisc. VII. 764.

faciunt genetivo eques, equitis; nam quies et inquies ·ES· terminantur, non ·QUES·[45]). Nam cum de his ante tractarim, tamen omnia tertiae sunt declinationis.

38. ·QUIS· hac syllaba tantum pronomina reguntur, nomina nulla ter- (190.)
minantur[46]).

39. ·QUOS· ·QUUS· his syllabis finita nomina secundae sunt declina- (191.)
tionis, ·QUI· faciunt genetivo, equus, equi.

40. ·RAS· hac syllaba[47]) finita primae sunt declinationis, ·RAE· fa- (192.)
ciunt genetivo, hic Hieras, huius Hierae[48]). Cicero in Caesarianis sic — Hieras inquid[49]) Blaesamius et Antiochus[a]).

41. ·RES· terminata nomina correpta sunt, et ·TIS· faciunt genetivo, (193.)
teres, teretis; producta, ·RIS·, Antores, Antoris;[b]) Seres, Seris. Lucanus — sub iuga iam Seres[c]) — Verres, Verris; exceptis duobus, uno monosyllabo quintae declinationis, *·E· in genetivo correpta*, res, rei; et uno disyllabo, quod in genetivo crescit una syllaba, Ceres, Cereris.

42. ·RIS· tertiae sunt declinationis, ·RIS· vel ·DIS· faciunt genetivo, (194.)
haec Iris, huius Iris, vel Iridis; hic Paris, huius Paris, vel Paridis, ut — Parim creat[d]) — et — Iudicium Paridis[e]) — Unum ·RIS· facit solum, hic Liris, huius Liris.[f]).

43. ·ROS· finita omnia producuntur et sunt tertiae declinationis, ·RIS· (195.)
faciunt genetivo: ros, roris. Graeca secundum rationem suam declinabuntur, si aput illos ·OC· aput nos ·IS· ἥρως, ἥρωος, herois; si aput illos ·TOC· aput nos ·TIS· ἔρως, ἔρωτος, Erotis. Tharros nomen est numeri semper pluralis[g]).

44. ·RUS· terminata nomina, si aliud ex se genus fecerint, secundae (196.)
erunt declinationis, ·RI· facient genetivo, karus, kari; austerus, austeri; mirus, miri[50]). Hac ratione id est secundae declinationis etiam graeca nomina declinantur, quamvis non faciant aliud genus, Tartarus, Tartari; Gargarus, Gargari. Quae vero latina fuerint, et aliut genus ex se non faciunt, ea quartae sunt declinationis *et ·RUS· faciunt genetivo*, hic currus, huius currus; haec nurus, huius nurus. Excipiuntur quattuor, unum ·RI· faciens *genetivo*, quamvis aliut ex se genus non facit, hic murus, huius muri; alterum, indifferenter declinatum, et

---

[45]) ·QUES· — quies *Cod. sphalmate.* [46]) terminantur — term. *Cod.* [47]) syllaba *Cod. ex em. pr. m.* syllasa *Cod. a pr. m.* [48]) hic Hieras, huius Hierae — hic ieras, huius ierae *Cod.* [49]) inquid, *sic Cod.* [50]) mirus, miri *Cod. ex em. pr. m. quae primum:* mirus, mirus *scripserat.*

a) Cic. pro Deiotaro cap. 15. ubi tamen legitur: *Hieras et Blesamius et Antigonus.* *b*) Scribendum: *Anthores.* — Serv. ad Virg. Aen. X. 778. 779. *Erit nominativus hic Anthores quomodo Diores, nam si Anthor fuerit nominativus, metri ratio non procedit, omnia enim nomina graeca in ·OR· terminata obliquis casibus ·O· corripiunt etc.* *c*) Lucan. Phars. I, 19. *d*) Virg. Aen. X. 705. *e*) Virg. Aen. I. 27. *f*) Genitivum Liris habet Livius X. 21. *„ad ostium Liris fluvii.“* *g*) *Tharros,* oppidum Sardiniae Antonin. Itinerar. 84. Wess.

secundae declinationis ·RI· faciens genetivo, et quartae ·RUS· haec laurus, huius lauri, vel laurus; altera duo monosyllaba tertiae declinationis ·*IS*· *vel* ·*RIS*· *facientia genetivo*, haec grus, gruis; sus, suis [51]); rus, ruris. Hoc tamen teneamus, omnia monosyllaba tertiae esse declinationis, exceptis duobus quintae declinationis spes, res.

(197.) 45. ·SAS· hac syllaba nulla nomina * reperi terminata.

F.129.v. (198.) 46. ·SES· hac syllaba nomina finita graeca sunt, indifferenter quoque declinantur, et primae sunt declinationis, ·SAE· *genetivo* et tertiae ·SIS· ut Cambyses, Cambysae, vel Cambysis; Perses, Persae, vel Persis. Nam [52]) quod Sallustius — ad bellum Persi macedonicum [a]) — non declinationem mutavit, sed antiqua usus est consuetudine dativum posuit pro genetivo, ut Cicero — filiumque Verri [b]) — pro Verris, et Vergilius — inmitis Achilli [c]) — pro Achillis.

(199.) 47. ·SIS· omnia nomina tertiae sunt declinationis, ·IS· faciunt genetivo hic ensis, huius ensis; peregrina ·IS· vel ·DIS· Isis, Isidis, vel Isis; basis, huius basis, vel basidis [d]); haec cassis, huius [53]) cassis, vel cassidis, quamvis Vergilius — haec cassida [e]) — declinaverit.

(200.) 48. ·SOS. hac syllaba pura nullum nomen latinum reperi terminatum, unum graecum legi in Sallustio secundae [54]) declinationis, ·*SI*· *faciens genetivo*, haec Camisos, huius Camisi [55]) [f]); cetera *in* ·*SONS*· [g]), .*TIS*. *facient*: insons, insontis, sic Horatius [h]). Sons vero non legi. Sallustius numero plurali utrumque — insontis, sicut sontis [i]) — De ·N· et ·S· docui frequentissime terminatis.

(201.) 49. ·SUS· nomina hac syllaba terminata propria sunt, vel aliut genus ex se facientia, secundae sunt declinationis, ·SI· faciunt genetivo Nisus, Nisi, proprium et participium. Appellativa vero, si non faciunt aliud ex se genus, quartae sunt declinationis, ·SUS· facient genetivo, hic occasus, huius occasus. Nam plausus, si sit participium, huius plausi, si nomen appellativum non faciens aliut ex se genus, huius plausus; sicut nisus [56]) participium nisi, appellativum unius generis, nisus [57]). Excipitur unum monosyllabum, ·IS· faciens genetivo, sus, suis, ratione monosyllaborum, de qua frequentissime tractavi.

(202.) 50. ·TAS· omnia nomina hac syllaba finita tertiae sunt declinationis, ·TIS· faciunt genetivo, facultas, facultatis, et si qua talia. Hoc naph-

---

[51]) sus, suis *Cod. Haec verba quae in parallelo Catholicorum Probi loco non habentur in Cod. a prima manu obelo transfixa sunt et omnino delenda videntur.* [52]) nam — vel *Cod. male. Nos veram lectionem e Probo restituimus.* [53]) huius — hus *Cod.* [54]) secundae — saecundae *Cod.* [55]) haec Camisos huius Camisi — haec amisos, huius amisi *Cod.* [56]) nisus — uisus *Cod.* [57]) nisus *Cod. ex em. pr. m. quae primum* uisus *scripserat.*

a) Sallust. I. 6. p. 213. Gerl. *b*) Locum in Cicerone frustra quaesivimus. *c*) Virg. Aen. I. 30. *d*) Monstrosum genitivum *basidis* nemo novit praeter Probum et nostrum. *e*) Virg. Aen. XI. 775. Cfr. Prisc. VI. 12, 66. *f*) Sallust. Hist. incert. 49. p. 247. Gerl. *g*) *in SONS*· ·*TIS*· *facient* Haec e coniectura restituta fuerunt. Cfr. Probi Cath. l. c. *h*) Horat. Carmm. II. 19. 29. Serm. I. 6, 69. *i*) Sallust. Cat. 16.

thas [58]) primae est, ·AE· genetivo faciens, huius naphthae, nomen barbarum neutrum contra rationem neutrorum, qua latina genetivum ·AE· diphthongo [59]) non terminant; exceptis tribus hic et haec et hoc verna, huius vernae; *hic et haec et hoc advena, huius* advenae; hoc flumen Thuria, huius Thuriae [60]) [a]); hoc naphthas, huius naphthae genus olei cedro [61]) simile, sicut Sallustius in historiarum libro quarto [b]) ait; sed vide ne melius sit, si sit indeclinabile.

51. ·TES· finita nomina latina ·TIS· faciunt genetivo, haec rates, (203.)
huius ratis. Graeca vero ·AE·, si aput illos ·TOY·, *Achates*, *Achatae*, *Ἀχάτου*; at ·TIS· syllaba, si aput illos ·TOC·, Cratés, Cratetis [62]), *Κράτητος* [63]), ut Bibaculus [64]) de Catone grammatico — En cor Zenodoti, en iecur Cratetis. [c])

52. ·TIS· terminata nomina tertiae sunt declinationis, ·TIS· faciunt (204.)
* genetivo latina, hic mitis, huius mitis; haec neptis, huius ne- F.130.r.
ptis. Graeca ·TIS· vel ·DIS·, hic Atthis [65]), Atthidis, vel Atthis; haec amystis, huius amystis, vel amystidis, nomen lectum in Horatio. [d])

53. ·TOS· terminata omnia [66]) nomina corripiuntur et graeca sunt, et (205.)
secundae declinationis; ·TI· faciunt genetivo, Neritos, Neriti; Berytos, Beryti; Pontos, Ponti; quae poterunt latine melius dici, si ·O· in ·U· mutaverint.

54. ·TUS· terminata nomina, exceptis graecis venientibus a syllaba (206.)
·TUS·, cetera facientia aliud genus, secundae sunt declinationis, ·TI· facientia genetivo, ut hic stultus, huius stulti; venatus participium est, faciens venati; hic artus, huius arti, angustus, angusti [e]); nam artus, id est, membra, numero semper plurali declinantur; non facientia, ·TUS· [f]): vestitus, huius vestitus, res ipsa. Nam hoc tus neutrorum ratione ·US· finitorum ·RIS· facit genetivo, hoc tus, huius turis; Vergilius — Ture calent arae [g]) —; praeterea monosyllabum est. Et excipiuntur duo ·TIS· facientia genetivo, virtus, iuventus; virtutis, iuventutis.

55. ·CTUS· finita omnia, si fecerint aliut ex se genus, secundae sunt [67]) (207.)
declinationis [68]), *·CTI· faciunt genetivum*, rectus, recti: non facientia

---

58) naphtas — naptas *Cod. sic etiam infra, et* napta. 59) diphthongo — diphtongo *Cod.* 60) Thuria huius Thuriae — Turia huius Turiae *Cod.* 61) cedro — caedro *Cod.* 62) Cratetis — cratis *Cod. sphalmate.* 63) Κράτητος — Κρατος *Cod.* 64) Bibaculus — vivaculus *Cod.* 65) Atthis — Attis *Cod. etiam mox infra, sed* Atthidis. 66) omnia — omnium *Cod.* 67) sunt — sun *Cod.* 68) declinationis *post hanc vocem Cod. addit*: senecta *quod tamen obelo transfixum est.*

a) Vid. supr. §. 1. *b*) Sallust. Hist. IV. 40. p. 243. Gerl. *c*) Furius Bibaculus apud Suetonium de illustr. Grammat. c. 11. Cfr. Weichert Poet. lat. Reliq. p. 357. ss. *d*) Horat. Carmm. I. 26, 14. *e*) *angusti,* melius abesset hic genetivus ut aput Probum, *angustus* enim solum ad discernendam significationem τοῦ *artus* additum est. *f*) non facientia, ·TUS· — haec ita intelligenda videntur: *non facientia aliud ex se genus, ·TUS· genetivo facient.* Nihil ergo etiam in Cath. Prob. mutandum. *g*) Virg. Aen. 1. 417.

aliut[69]) ex se genus, quartae: hic rictus, huius rictus[70]); hic luctus, huius luctus. Excipitur unum, quod quamvis non faciat ex se aliut genus, tamen ·CTI· facit genetivo, hic lectus, huius lecti; non, ut quidam imperiti, huius lectus, dicunt; nam Cicero — me in meo lecto [a]) — qui ablativus ab ·I· littera terminato genetivo ·CTI· venit [71]), non ·US· Et[72]) Terentius — lectos sterni iube [b]) — qui accusativus ·OS· terminatus a genetivo venit ·I· terminato, non ·US· Unum excipitur tertiae declinationis, ·TIS· faciens genetivo, senectus, senectutis.

(208.) 56. ·PTUS· finita nomina, si fecerint aliut [73]) ex se genus, secundae sunt declinationis, ·PTI· *faciunt genetivo*: hic raptus, huius rapti; sin [74]) minus [c]) quartae [75]), ·PTUS· facient genetivo: hic sumptus, huius sumptus. *Terentius* — *Sumptus* quos ergo faciunt [d]) — sumptus acceptus, huius sumpti, facit [76]) enim haec [77]) sumpta.

(209.) 57. ·STUS· finita nomina ista syllaba, si fecerint aliut ex se genus et si propria sint, secundae erunt declinationis, hic castus, huius casti; hic Augustus, huius Augusti; non facientia autem, quartae erunt [78]) declinationis, ·STUS· [79]) facient genetivo, excepto uno mustus, musti; hic aestus, huius aestus; hic quaestus, huius quaestus; si participium [80]) sit huius quaesti; si non fecerit aliut genus, huius questus [81]). Vergilius — questuque [82]) cruentus [e]) — Excipitur unum,
F.130.v. quod et ·STI· facit et ·STUS· genetivo, *hic cestus [83]), tunica [84]) Veneris, huius cesti; hic caestus, pugilum, huius caestus, Vergilius — — Quid, si quis [85]) caestus ipsius et Herculis [86]) [f]) — et orthographia distant et declinatione [g]). Ergo omnia ·STI· faciunt genetivo, exceptis quattuor, quaestus, aestus, caestus, *questus*, querella.

(210.) 58. ·THAS· unum barbarum legi, hoc naphthas, huius naphthae [87]). De hoc et supra docui, sed melius indeclinabile erit.

---

69) aliut — aliud *Cod.* 70) hic rictus, huius rictus — hic rectus, huius rectus *Cod.* 71) ·CTI· venit — ·CTIS· facit *Cod. male* 72) et — ut *Cod.* 73) aliut — aliud *Cod.* 74) Sin — si *Cod.* 75) quartae *Cod. ex em. pr. m.* — quartas *Cod. a pr. m.* 76) facit — faciunt *Cod.* 77) haec — hac *Cod.* 78) erunt — erun *Cod.* 79) ·STUS· — tus *Cod.* 80) participium — particium *Cod.* 81) questus — quaestus *Cod.* 82) questuque — quaestuque *Cod.* 83) cestus — caestus *Cod. etiam mox infra* caesti. 84) tunica — tunicam *Cod.* τῷ *m. expuncto.* 85) quis *Cod. ex em. pr. m.* quisq. *Cod. a pr. m.* 86) ipsius et Herculis — ipsius H. (= et) Cod. 87) naphthas naphthae — napthas napthae *Cod.*

a) Respicere videtur Cic. Catil. I. 4, 9. ubi nunc legitur; *me meo in lectulo*, et ante Graevium: *me in meo lectulo* legebatur. Cfr. not. seq. *b*) Terent. Adelph. II. 4, 21, ubi est: *Et lectulos iube sterni nobis.* *c*) *Sin minus,* i. e. si non aliud ex se genus fecerint. Haec sana sunt. Cfr. Lindemann. ad Probi Cath. *d*) Terent. Adelph. V. 3, 21. ubi tamen legitur: *Sumptum filii quem faciunt.* *e*) Virg. Aen. VII. 501. *f*) Virg. Aen. V. 410. *g*) Servius ad Aen. V. 69: „*Caestus per diphthongum pugilum arma significat, habet etiam pluralem numerum et est quartae formae, nam cestus cesti numeri tantum singularis, sine diphthongo balteum Veneris significat.*

59. ·THES· graecum inveni, sed productum apud Ovidium [88]), Ianthes, Ianthis [89]), vel Ianthidis [a]). (211.)

60. ·THIS· tertiae declinationis ·THIS· vel ·DIS· facit genetivo hic Atthis, huius Atthis, vel Atthidis; sic Ovidius [90]) [b]). (212.)

61. ·THOS· nullum nomen hac syllaba reperi terminatum. (213.)

62. ·THUS· secundae sunt declinationis, ·THI· faciunt *genetivo*, Parthus, Parthi; acanthus, acanthi; Vergilius — croceo velamen acantho; [c]) — Xanthus, Xanthi. (214.)

63. ·THYS· vel ·THRYS· tertiae sunt declinationis, ·IS· faciunt genetivo, hic Panthys, Panthyis; Othrys, Othryis; Tethys, Tethyis. (215.)

64. ·VAS· tertiae sunt declinationis et ·SIS· faciunt *genetivo*, et ·DIS· hoc vas, huius vasis, vel vadis. Cicero — Vultu tamquam vade. (216.)

65. ·VES· omnia corripiuntur et tertiae sunt declinationis, ·TIS· faciunt genetivo, dives, divitis. (217.)

66. ·VIS· tertiae sunt declinationis, similem nominativo faciunt genetivum, hic civis, huius civis; *haec vis, huius vis*, et plurali hae vis [91]); nam hae vires numero semper plurali declinantur. (218.)

67. ·VOS· ·VUS· rationem supra docui horum nominum, et quod secundae sint declinationis *·VI· faciunt genetivum* parvus, parvi. (219.)

68. ·XAS· hac syllaba [92]) nullum nomen finitum reperi. (220.)

69. ·XES· tertiae sunt declinationis et producuntur, ·XIS· genetivo faciunt, Araxes, Araxis; Xerxes, Xerxis. (221.)

70. ·XIS· latina [93]) ·XIS· genetivo faciunt, hic axis, huius axis; graeca et ·XIS· et ·DIS· hic Alexis, huius Alexis, vel Alexidis [d]) tertiae ratione declinationis [94]). (222.)

71. ·XOS· corripiuntur, et graeca sunt, secundae declinationis, ·XI· faciunt genetivo, haec Naxos, huius Naxi. (223.)

72. ·XUS· secundae sunt declinationis, ·XI· faciunt genetivo, laxus, laxi; fluxus, fluxi; taxus, taxi; buxus, buxi. Excipitur unum quartae declinationis, ·XUS· faciens genetivo, hic luxus, [95]) huius luxus, luxuriam significans. Terentius — adulescens [96]) luxu perditus [e]) — nam luxus, vacillans, huius luxi facit. Sallustius ablativo — luxo pede. [f]) (224.)

73. ·ZAS· barbara sunt et primae declinationis, ·ZAE· *faciunt genetivo*, hic Ormizas, huius Ormizae. [g]). (225.)

---

[88]) Ovidium — oboedium *Cod.* [89]) Ianthis — Ianthi *Cod.* [90]) Ovidius — oboedius *Cod.* [91]) hae vis — hae cives *Cod. sphalmate.* [92]) syllaba — sylla *Cod.* [93]) latina — laxtina *Cod.* τῷ *x. obelo transfixo.* [94]) tertiae ratione declinationis — tertiae rationis declinatione *Cod.* [95]) hic luxus — haec luxus *Cod.* [96]) adulescens — adulenscens *Cod.*

a) Ovid. Metamorph. IX. 714. 759. 796. *b*) Ovid. Heroid. XV. 18. *c*) Virg. Aen. I. 649. 711. *d*) Cfr. Charis. 69. P. *e*) Terent. Adelph. IV. 7, 42. *f*) Sallust. Hist. incert 163. p. 253. Gerl. *g*) Ormizas, (Hormisdas) regum Persarum nomen.

F.131.r. (225.) 74. ·ZES· producuntur et primae sunt declinationis,* hic Artabazes, huius Artabazae. [a])

(226.) 75. ·ZIS· ·ZOS· ·ZUS· nulla nomina terminantur.

(227.) 76. ·T· *hac littera* duo tantummodo nomina reperiuntur *terminata* latina, unum indeclinabile, hoc git, genus seminis [b]), et unum tertiae declinationis, ·TIS· *faciens* genetivo, caput, capitis, et si quid ab eo nascitur, sinciput, sincipitis. [97])

(228.) 77. ·U· *littera nomina terminata* omnia neutra sunt, quartae declinationis, ·U· terminantia genetivum, dativum et ablativum, sed producto; nominativum, accusativum et vocativum ·U· correpto terminant [98]), ut hoc cornu, gelu, veru. *Docueram* tamen *quod* quarta declinatio in genere quidem masculino et feminino ·US· genetivo terminatur, in genere neutro ·U·

(229.) 78. ·X· *hac littera terminata omnia* tertiae sunt declinationis, ·IS· faciunt genetivo, ante eam ·C· vel ·G· posita, ut pix, cis; arx, arcis; nux, nucis [99]). Excipiuntur IIII, nix, nivis; nox, noctis; senex, senis; supellex, supellectilis.

(230.) 79. ·Y. ·Z· nulla nomina terminantur.

(231.) 80. Omnia igitur nomina monosyllaba tertiae *sunt* declinationis *nam ·IS· faciunt genetivo*, exceptis quinque, tribus indeclinabilibus, git, ir [c]), pus [d]); et duobus declinationis quintae, res, rei; spes, spei, ·E· contra rationem quintae declinationis correpta [100]) in genetivo, quoniam nominativus ante ·ES· consonantem habet iunctam, ut fides, fidei. Ergo breviter doceamus quot [1]) modis singuli casus utriusque numeri terminentur.

(232.) 81. Nominativus [2]) singularis fit modis quindecim, ·A· ·E· utraque; ·I· ·O· utraque; ·U· ·L· ·M· ·N· ·R· ·S· ·X· ·C· ·T·; poeta, monile, Danae, gummi, Varro, Dido, ordo, genu, mel, bonum, carmen, orator, sacerdos, verax, lac, caput.

(233.) 82. Genetivus singularis fit modis quattuor, ·AE· ·I· ·S· ·U· huius poetae, grammatici, sacerdotis, cornu.

(234.) 83. Dativus singularis fit modis quattuor, ·AE· ·I· ·O· ·U· huic Aeneae, docto, sacerdoti, genu.

(235.) 84. Accusativus singularis fit modis quattuor, ·M· ·N· ·S· ·U· hunc sacerdotem, carmen, pectus, cornu.

(236.) 85. Vocativus vero tot modis fit, quot [3]) et nominativus, id est, quindecim, qui supra sunt.

(237.) 86. Ablativus singularis fit modis novem ·A· ·E· utraque, ·I· ·O· ·U· ·M· ·S· ·C· ab hoc poeta, sacerdote, specie, suavi, docto, gelu, nequam, nugas [e]).

---

97) sincipitis — sinciputis *Cod.* 98) terminant — terminat *Cod.* 99) nucis *Cod. ex em. pr. m.* nucus *Cod. a pr. m.* 100) correpta — correptae *Cod.* 1) quot — quod *Cod.* 2) nominativus — nominatibus *Cod.* 3) quot — quod *Cod.*

a) Artabazes, regum Persarum nomen. *b*) Cfr. Charis 106. P. *c*) De scriptura *ir* et *hir* Vid. Beier Fr. Orat. 204. *d*) Cfr. Charis. 12. P. Prisc. VIII. 9, 45. *e*) Deest exemplum ablativi ·C· litera terminati, sed est in promptu *hoc*.

87. Nominativus pluralis fit modis quinque, ·A· ·AE· ·I· ·M· ·S· haec regna, * hae musae, hi docti, hi nequam, hi[4]) oratores. (238.) F.131.r.

88. Genetivus pluralis fit modis tribus, ·M· ·S· ·I· horum bonorum, horum nugas, horum nihili. (239.)

89. Dativus [5]) et ablativus pluralis fiunt modis tribus, ·I· ·M· ·S· his et ab his nihili, his et ab his nequam, his et ab his nugas. (240.)

90. Accusativus pluralis fit modis quattuor, ·A· ·S· ·M· ·I· haec regna, haec [6]) nugas, haec nequam, haec [7]) nihili. (241.)

91. Vocativus pluralis fit modis totidem, quot [8]) et nominativus [9]) eiusdem numeri, id est, quinque, ·A· ·AE· ·M· ·I· ·S· o sceptra, o fortunae, o nihili, o nequam, o nugas. Hoc tamen scire debemus quod, si quid in casibus cuiuslibet numeri aliquem modum praetermisimus, de his est monoptotis, nequam, nihili, nugas. (242.)

92. Formae casuum sunt sex: unaria, binaria, ternaria, quaternaria, quinaria, senaria. Senaria forma regit pronomina tantummodo singularis numeri, nullus, nullius, nulli, nullum, o nulle, a nullo. (243.)

DE VERBIS.

93. In hoc libro etiam de verbis tractabo, sicut ante promisi, quorum rationem per singularum litterarum syllabas primae verbi personae, qualis sit secunda persona, unde coniugatio declaratur, diligentissime hoc docebo [10]); atque interim de vocalibus tractemus positis ante novissimam [11]) litteram ·O· primae verbi personae. (244.)

94. Inveniuntur autem vocales ante novissimam litteram ·O· tres, ·E· ·I· ·U· sed ·I· et ·U· correptae; consonantes vero multae, de quibus postea docebimus. (245.)

95. Prima coniugatio tres has vocales ante novissimam litteram ·O· primae verbi personae recipit ·*E*· commeo, commeas, commeat; ·I· lanio, lanias, laniat; ·U· fluctuo, fluctuas, fluctuat. (246.)

96. Secunda coniugatio ·E· solam recipit ante novissimam [12]) litteram ·O· primae verbi personae, doceo, doces, docet; video, vides, videt. (247.)

97. Tertia coniugatio correpta * duas, ·I· rapio, rapis, rapit; et ·U· ruo; ruis, ruit. Tertia producta, quam quartam dicunt coniugationem, et ipsa duas [13]): ·E· redeo, redis, redit, et ·I·: munio, munis, munit. F.132.r. (248.)

98. Sed quoniam tota vis verborum et in tempore praeterito perfecto modi indicativi continetur [14]), sicut in secunda persona eiusdem [15]) modi temporis praesentis, et in secunda persona modi imperativi temporis prae- (249.)

---

4) hi — hii *Cod.* 5) dativus — datibus *Cod.* 6) haec *Cod. ex em. pr. m.* hoc *Cod. a pr. m.* 7) haec — aec *Cod.* 8) quot — quod *Cod.* 9) nominativus — nominatibus *Cod.* 10) quorum — hoc docebo, *ita Cod. quem sequimur.* 11) novissimam — novissimamq. τῷ *q. obelo transfixo.* 12) novissimam — nobissimam *Cod.* 13) duas — duob. *Cod. sed omnino legendum* duas. 14) continetur — continetur continetur *Cod.* 15) eiusdem — eius *Cod.* τῷ dem *a pr. m. inter lineas addito.*

sentis declaratur, per singulas litteras primae verbi personae doceamus personam secundam eiusdem modi, temporis praeteriti perfecti, et modi imperativi temporis praesentis secundam personam, quae fit litteris quidem tribus, modis vero IIII, sicut exemplis paulo ante monstravi. ·A· ama; ·E· producta, doce; ·E· correpta lege; ·I· muni.

(250.) 99. Extra hos modos si quod verbum alia littera terminaverit secundam personam [16] modi imperativi temporis praesentis, nullius coniugationis continet rationem, ut es, dic, velis, cedo, et si qua talia.

(251.) 100. ·E· hanc litteram ante ·O· habentia verba, aut primae sunt coniugationis, aut secundae, aut tertiae productae.

Si primae fuerint, ·*AVI*· facient tempore praeterito perfecto modi indicativi primam personam, ut commeo, commeas, commeavi; remeo, remeas, remeavi.

Si secundae, aut ·CUI·, ut arceo, arcui; iaceo, iacui, aut ·DI·, ut prandeo, prandi; interdum crescente una syllaba in principio, ut mordeo, mordes, momordi; pendeo, pendes, pependi; aut ·XI·, ut lugeo, luxi; aut ·GUI· [17] ut langueo, langui [18]; aut ·SI· algeo, alsi; ardeo, arsi. Si tertia producta, aut ·VI· aut duas ·I· [19], ut eo, is, ii, vel ivi.

F.132.v. 101. * ·I· hanc litteram ante ·O· habens verbum, aut primae est declinationis, aut tertiae utriusque.

Si primae, ·AVI· facit tempore perfecto, lanio, lanias, laniavi.

Si tertiae correptae, ·UI· separatis, rapio, rapis, rapui, aut ·PI· capio, cepi.

Si tertiae productae, aut ·VI· iuncta, aut duas ·I· [20], ut munio, munivi, vel munii.

102· ·*U*· hanc litteram separatam ante ·O· habens verbum, aut primae est coniugationis, aut tertiae correptae.

Si primae fuerint, ·AVI· facient tempore perfecto, fluctuo, fluctuavi.

Si tertiae correptae, separatis ·UI·, ut ruo, rui; unguo, ungui; si antique dicimus; ungo, ungis, unxi.

(252.) 103. Ergo breviter [21] per singulas litteras ante ·EO· positas decurramus, ut facilius cognoscamus ante ·EO· posita, cuius sint coniugationis, vel quomodo faciant tempus praeteritum [22] perfectum.

(253.) 104. ·A· hanc litteram ante ·EO· habens verbum non reperitur.

(254.) 105. ·B· ante ·EO· posita, aut secundae sunt coniugationis, aut tertiae productae.

Secundae ·BUI· faciunt, ut rubeo, rubui; sorbeo, sorbui; nam sorbsi barbarismus est; tertiae productae, ·IVI· vel ·II· subeo, subivi vel subii.

---

[16]) personam *Cod. ex em. pr. m.* pernam *Cod. a pr. m.* [17]) ·GUI· *Cod. ex em. pr. m.* ·XUI· *Cod. a pr. m.* [18]) langui — lanxui *Cod.* [19]) duas ·I· — duas ii *Cod.* [20]) duas ·I· — duas ii *Cod.* [21]) breviter — urebiter *Cod.* [22]) faciant tempus praeteritum — faciunt tempus preteritum *Cod.*

Inveni unum primae coniugationis, beavi faciens tempore perfecto. Terentius — Ecquid [23]) beo te? [a]) — beo, beas, beavi.

106. ·C· ante ·EO· [24]) posita secundae sunt coniugationis, et aut ·CUI· (255.)
faciunt aut ·XI· ut arceo, arcui; [25]) luceo, luxi.

107. ·D· ante ·EO· posita secundae sunt coniugationis, aut ·DI· [26]) fa- (256.)
ciunt aut ·SI· ut prandeo, prandi; ardeo, arsi, aut interdum in principio verbi crescente una syllaba, ut mordeo, momordi [27]), et pendeo, pependi. Exceptis duobus defectivis [28]) genere, quae incipientia quasi neutra, tempus faciunt perfectum quasi passiva, id est, quasi ·R· littera finita ut gaudeo, gavisus sum; audeo, ausus [29]) sum. Aut ·DUI· [30]) ut studeo, studui; strideo, stridui. Sed vide, ne magis dicendum sit strido, stridis. Vergilius — stridunt [31]) silvae [b]) — non strident.

108. * ·E· ante ·EO· posita tertiam coniugationem productam regit, tem- F.133.r. (257.)
pus perfectum ·IVI· faciet vel ·II· ut anteeo, anteivi, vel anteii; praeeo, praeivi, praeii.

109. ·F· hanc litteram ante ·EO· habens nullum reperi verbum. (258.)

110. ·G· litteram ante ·EO· habens verbum secundam regit coniugatio- (259.)
nem; tempus vero perfectum modo triplici terminabit [32]), nam aut ·XI· faciet, aut ·GUI· aut ·SI· ut lugeo, luxi; egeo, egui; tergeo [33]), tersi [34]). Dicimus et tergo, tergis, tertia correpta; legimus — et spicula lucida tergunt [c]) — quod venit a tergeo, et gunt, ab eo quod est tergo, tergis [35]) — qua mensas detergeo [d]).

111. ·H· ·I· ·K· his litteris ante ·EO· positis verbum regens non inveni. (260.)

112. ·L· ante ·EO· posita secundam regit coniugationem, speciem per- (261.)
fectam ·LUI· vel ·LEVI· ut caleo, calui; deleo, delevi; conpleo, conplevi. Excipitur unum ab utroque genere, ratione defectivorum [36]), faciens speciem perfectam scilicet quasi passivam, soleo [37]), solitus sum.

113. ·M· ante ·EO· posita primam regit coniugationem, speciem per- (262.)
fectam ·AVI· faciens, remeo, remeavi; commeo, commeavi. Hoc tamen scire debemus, quod omnia verba ·E· ante ·O· habentia secundae sint coniugationis necesse est, excepto eo, et illis, quaecumque ab hoc verbo fuerint tracta, quae omnia tertiae sunt productae, praeter duo primae coniugationis, quae supraposita monstravi, remeo, commeo.

---

[23]) ecquid — et quid *Cod.* [24]) ante ·EO· — anteo Cod. [25]) arcui *Cod. ex em. pr. m.* ascui *Cod. a pr. m.* [26]) ·DI· *Cod. ex em. pr. m.* si *Cod. a pr. m.* [27]) momordi — momorsi *Cod.* [28]) defectivis — a defectivis *Cod.* [29]) ausus sum *Cod. ex em. pr. m.* ausum *Cod. a pr. m.* [30]) ·DUI· — stui *Cod.* τῷ *s iugulato.* [31]) stridunt *Cod. ex em. pr. m. quae* strident *primum scripserat.* [32]) terminabit — terminavit *Cod.* [33]) tergeo — tergo *Cod. sphalmate.* [34]) tersi — tergsi *Cod.* τῷ *g iugulato.* [35]) tergis *Cod. ex em. pr m. quae primum* gergis *scripserat.* [36]) defectivorum — defectivo *Cod.* τῷ rum *inter lineas a pr. m. addito.* [37]) soleo *Cod. a pr. m. in margine.*

a) Terent. Eunuch. II. 2, 48. *b*) Virg. Aen. II. 418. *c*) Virg. Aen. VII. 626. Cfr. Lindem. ad Prob. Cath. p. 136. not. 11. *d*) Plaut. Menaechm. I. 1, 2. ubi legitur *Ideo quia mensam, quando edo, detergeo.*

(263.) 114. ·N· ante ·O· habentia verba, si venerint *a verbo ·EO·* tertiae productae sunt, specie perfecta [38]) facientia ·IVI· vel ·II· ut ineo, inivi, vel inii; si non venerint, secundae erunt coniugationis, ·NUI· facientia specie perfecta, ut moneo, monui.

(264.) 115. ·O· ante ·EO· habentia verba tertiae sunt coniugationis, ·VI· vel ·II· facientia specie perfecta ut coeo, coivi, vel coii.

(265.) 116. ·P· hanc litteram ante ·EO· verbum habens non inveni.

(266.) 117. ·Q· hanc litteram ante ·EO· habens verbum non inveni.

F.133.v. (267.) 118. * ·R· haec littera ante ·EO· posita secundae coniugationis regit verba ·RUI· faciunt specie perfecta, careo, carui [39]); tertiae vero productae, ·IVI· vel ·II· pereo, perivi vel perii.

(268.) 119. ·S· ante ·EO· posita unum reperi [40]) verbum tertiae productae, ·IVI· vel ·II· [41]) faciens specie perfecta, transeo, transivi vel transii.

(269.) 120. ·T· hanc litteram ante ·EO· inveni, sed secundae coniugationis, specie perfecta ·TUI· ut lateo, pateo; latui, patui. Tertiae productae, si inventum fuerit, a verbo veniet eo, is, et faciet ·IVI· vel ·II· specie perfecta. Nam sicut ante docui, ·E· ante ·EO· verba habentia omnia secundae sunt coniugationis, excepto eo, is, et si quid ab eo nascitur. Nam tertiae sunt productae, praeter duo verba primae coniugationis, quae ante posui, commeo, commeas; remeo, remeas. Tertia enim correpta coniugatio ·EO· non terminatur, sicut supra monstravi. Hoc tamen scire debemus, quod tertiae productae coniugationis species perfecta duobus tantummodo modis terminatur, ·IVI· ·II·

(270.) 121. ·U· hanc litteram ante ·EO· positam verbum habens secundae coniugationis inveni, speciem perfectam faciens ·IVI· conniveo, connives, connivi [42]). Cicero — si qui exire velint, connivere [43]) possum [a])— et ceveo, ceves, cevi. Persius — an, Romule, cevis. [b])

(271.) 122. ·X· ·Y· ·Z· has litteras ante ·EO· verbum habens non inveni.

(272.) 123. Quoniam sufficienter, sicut arbitror, de verbis ·E· ante ·O· habentibus docui, consequens puto de iis [44]) tractare, quae ·I· ante ·O· habent per singulas litteras ante ·IO· positas, quae primam regunt coniugationem, vel tertiam utramque. Nam secunda coniugatio ·EO· tantummodo terminatur.

(273.) 124. ·A· ante ·IO· habens verbum tertiae correptae inveni, ·AI· faciens speciem perfectam, aio, ais, ait; ai [45]), aisti [46]), ait; aie, aiat.

(274.) 125. ·B· ante ·IO· habentia verba tertiae sunt productae, ·VI· vel ·BII· facientia specie perfecta, ambio, ambivi, vel ambii.

F.134 r. (275.) 126. ·C· ante ·IO· habentia * tertiae sunt productae [47]), ·CIVI· vel ·XI·

---

[38]) specie perfecta — specie perfectae *Cod.* [39]) carui — karui *sic Cod.* [40]) reperi — repperi *Cod.* [41]) ·II· *Cod. altero* i *inter lineas addito.* [42]) conniveo, connives, connivi — coniveo, conives, conivi *Cod.* [43]) connivere — conibere *Cod.* [44]) iis — is *Cod.* [45]) ai — aio *Cod.* [46]) aisti — aistis *Cod.* [47]) tertiae sunt productae — tertiae productae sunt productae *Cod.*

a) Locus Ciceronis iam e Probi Cath. cognitus, nondum inter fragmenta collocatus.
b) Pers. Satyr. I. 87, Cod. diserte *cevis* Cfr. infra §. 146.

facientia specie perfecta, sarcio, sarcivi; vincio, vinxi[48]); tertiae vero correptae ·IECI· ut inicio, inieci.

127. ·D· ante ·IO· non inveni. ·E· ante ·IO· non inveni. (276.)

128. ·F· ante ·IO· habentia verba tertiae coniugationis sunt productae, (277.) (278.) ·FIVI· [49]) vel ·FII· faciunt specie perfecta, suffio, suffivi, vel suffii. Unum reperi eiusdem coniugationis, defectivum genere, sicut soleo, solitus sum, sic fio, fis [50]), factus sum.

129. ·G· ante ·IO· habens verbum tale inveni, facit enim fugio, fu- (279.) gis, quod est tertiae correptae, cum in imperativi modi secunda persona fuge facit; ut Vergilius — Heu! fuge crudelis terras [a]).

130. ·H· ante ·IO· habentia verba [51]) primae coniugationis reperi, ·AVI· (280.) facientia specie perfecta, hio, inhio; hiavi, inhiavi.

131. ·I· ·K· ante ·IO· finita verba non inveni. (281.)

132. ·L· ante ·IO· verbum habens tertiae productae reperi, ·IVI· vel ·II· (282.) faciens, polio, polivi, vel polii. Participium passivum posuit Vergilius — iam parte polita [b]) — et modi indicativi activitatis specie inperfecta, — polibant [c]).

133. ·M· ante ·IO· habens verbum non inveni. (283.)

134. ·N· ante ·IO· habens verbum si primae fuerit coniugationis, ·AVI· (284.) faciet specie perfecta, lanio, lanias, laniavi; si tertiae productae, ·NIVI· vel ·NII· [d]).

135. ·O· ante ·IO· posita non inveni. (285.)

136. ·P· ante ·IO· posita [52]) tertiae correptae inveni, ·PUI· facientia (286.) specie perfecta, rapio, rapui; sapio, sapui, vel ·PIVI· sapivi, rapivi; cupio, cupivi.

137. ·Q· ante ·IO· positum nusquam inveni, et rationabiliter; quoniam (287.) ·Q· littera non scribitur, nisi ante ·U· vel aliam quamcumque vocalem habeat coniunctam [53]).

138. ·R· ante ·IO· posita tertiae correptae inveni, ·PERI· [54]) faciens (288.) specie perfecta, sed ·PE· syllaba correpta in principio addita, pario, peperi. Quidam putant hoc verbum et tertiae productae esse, sed errant; nam infinitum (perpetuum) modum Terentius posuit — parere hic* divitias [e]) — P. 134 v. quod si esset tertiae productae, ·RI· habuisset syllabam ante ·RE· parire. Praeterea ·RE· utraque correpta est; nam si produxeris erit [55]) secundae coniugationis, parere, veniens a verbo pareo, pares, paret, ut Vergilius — Paret Amor dictis [f]).

---

48) vinxi *Cod. ex em. pr. m.* vixi *Cod. a pr. m.* 49) ·FIUI. — fvi *Cod. i. e.* fivi. 50) fio, fis — fio fio *Cod.* 51) habentia verba — habens verbum *Cod.* 52) posita *Cod. a pr. m.* positam *ex corr. pr. m.* 53) vel aliam coniunctam *Cod.* — rectius legeretur: et aliam quamcunque vocalem coniunctam *Cfr. infr.* §. 174. 54) ·PERI· — peri *Cod.* 55) erit — erint *Cod.* τῷ *i ut videtur in u mutato.*

a) Virg. Aen. III. 44. *b*) Virg. Aen. VIII. 426. *c*) Virg. Aen. VIII. 436. *d*) Excidisse videtur exemplum: *munio, munivi v. munii.* *e*) Terent. Andr. IV. 52. *f*) Virg. Aen. I. 689.

[illegible] 139. ·S· ante ·IO· habens verbum primae reperi coniugationis, ·AVI· faciens specie *perfecta*, **b a s i o , b a s i a v i** [56]).

[illegible] 140. ·T· ante ·IO· habens verbum, si tertiae productae fuerit, ·TIVI· faciet specie perfecta, **p a r t i o , p a r t i v i**, sic Cicero — **p a r t i v e r u n t**. — Dicimus et **p a r t i o r** sub eodem intellectu activitatis, vel verbi communis, partior. Vergilius — **e t s o c i o s p a r t i t u r i n o m n e s** [a]) — sicut obsono et **o b s o n o r**, utrumque enim in uno intellectu. Si primae fuerit, ·AVI· faciet, **s a t i o , s a t i a v i**.

[illegible] 141. ·U· ·X· ·Y· ·Z· ante ·IO· positas, has litteras non inveni.

[illegible] 142. ·A· ante ·UO· [57]) posita primae coniugationis verba regit et tertiae correptae. Nam secundae coniugationis, vel tertiae productae *verba* ·U· ante ·O· nunquam habent, sed secunda ·E· solam [58]); tertia producta, ·E· et ·I· Ergo ·A· ante ·UO· posita, si primae fuerint coniugationis, ·AVI· facient specie perfecta, **l a v o** [59]), **l a v a s , l a v i** [60]); **v o l o , v o l a v i**; si tertiae correptae, ·VI· [61]) **l a v o , l a v i s , l a v i** [62]). Dicimus et **l a v o r , l a v a r i s** [63]) sub uno intellectu.

(293.) 143. ·B· ante ·UO· tertiae correptae reperi [64]), ·BUI· faciens specie perfecta, **i n b u o , i n b u i**. Primae vero coniugationis non inveni.

(294.) 144. ·C· ante ·UO· tertiae correptae coniugationis verba, ·UI· facientem specie perfecta [65]), **a c u o , a c u i s , a c u i**.

(295.) 145. ·D· nec hanc litteram ante ·UO· positam regentem verba primae coniugationis inveni, sed tertiae correptae, ·DUI· facientem specie perfecta, **i n d u o , i n d u i s , i n d u i**. Nam sicut ante docui, ·U· ante ·O· posita, aut primae coniugationis verba regit, aut tertiae [66]) *correptae*; secundae vero vel tertiae productae nunquam [b]).

(296.) 146. ·E· et huius litterae ante ·UO· [67]) positae verbum tertiae coniugationis regit [68]), ·VI· faciens specie perfecta, **c e v o , c e v i s ; c e v i** [69]) — **A n R o m u l e c e v i s ?** [c]) — Significat autem cum turpitudine cedere, vel turpiter incurvari [70]). Primae coniugationis * verbum ·E· ante ·UO· positum habens non inveni.
F.135.r.

(297.) 147. ·F· hanc litteram ante ·UO· positam non inveni verba regere; novo more [71]) unam [72]) declinationem ex hac quasi descendentem legi aput Terentium in Hecyra [73]) — **F o r s f u a t p o l** [d]).

---

[56]) basio, basiavi — vasio, vasiavi *Cod.* [57]) ·UO· — uos *Cod.* τῷ *s. iugulato.* [58]) solam — sola *Cod.* [59]) lavo — labo *Cod.* [60]) lavi, *ita Cod. pro* lavavi. [61]) ·VI· — bi *Cod.* [62]) lavo, lavis, lavi — labo labis labi *Cod.* [63]) lavor, lavaris — labor, labaris *Cod.* [64]) reperi — repperi *Cod.* [65]) *Locus mutilus, sic videtur legendus:* ·C· ante ·UO· positam tertiae correptae regentem verba reperi, ·UI· facientem specie perfecta. [66]) tertiae — tertia *Cod.* [67]) ·UO. — ·U· Cod. [68]) tertiae coniugationis regit *Cod. melius in Cath. Prob.* tertiae correptae reperi. [69]) cevo, cevis, cevi — caevo, caevis, caevi *Cod.* [70]) incurvari — incurbari *Cod.* [71]) novo more — no more *Cod.* τῷ vo *inter lineas addito.* [72]) unam — nam *Cod.* [73]) Hecyra — ecyra *Cod.*

a) Virg. Aen. I. 194. *b*) Cfr. Prob. Cath. 139. L. ubi Lindemanni coniecturae a Sacerdotis nostri textu egregie confirmantur. *c*) Pers. Sat. I. 87. Cfr. supr. 121. *d*) Terent. Hec. IV. 3, 4.

148. ·G· huius litterae ante ·UO· positae verbum primae coniugationis (298.)
non inveni, sed tertiae correptae, ·GUI· faciens specie perfecta [74]), arguo,
arguis, argui; et unguo, unguis, ungui dicimus et ungo, ungis,
unxi, nam ungueo [75]) non legi.

149. ·H· hanc litteram ante ·UO· positam non inveni. (299.)

150. ·I· ante ·UO· posita primam regit coniugationem, speciem perfe- (300.)
ctam ·AVI· facit, derivo, derivas, derivavi.

151. ·K· haec littera ante ·UO· posita nullum verbum regit. (301.)

152. ·L· ante ·UO· posita tertiam correptam coniugationem regit, ·LUI· (302.)
facit specie perfecta, diluo, diluis, dilui.

153. ·M· hanc [76]) litteram ante ·UO· positam non inveni. (303.)

154. ·N· haec littera ante ·UO· posita tertiam coniugationem regit cor- (304.)
reptam, ·NUI· facit specie perfecta, ut innuo, annuo, renuo [77]), in-
nui, annui, renui.

155. ·O· ante ·UO· posita primam regit coniugationem, speciem perfe- (305.)
ctam ·VAVI· terminat, novo, renovo; novavi, renovavi.

156. ·P· ante ·UO· posita tertiam coniugationem correptam regit, et (306.)
specie perfecta ·PUI· facit, spuo, spui; respuo, respui.

157. ·Q· ante ·UO· posita et primam coniugationem regit et tertiam (307.)
correptam; primae ·QUAVI· [78]) facit specie perfecta aequo, aequavi;
exaequo [79]), exaequavi. Tertiae vero correptae, ·QUI· relinquo,
relinquis, reliqui [80]).

158. ·R· haec littera ante ·UO· posita, et primam coniugationem regit (308.)
et tertiam correptam; primae specie perfecta ·VAVI· *terminatur*, tertiae cor-
reptae ·UI· ut servo, servavi; ruo, rui.

159. ·S· ante ·UO· posita tertiam coniugationem correptam regit, suo, (309.)
suis, sui.

160. ·T· ante ·UO· posita primam regit coniugationem et specie per- (310.)
fecta ·AVI· facit, ut fluctuo, fluctuas, fluctuavi.

161. ·U· ·X· Y· ·Z· has litteras ante ·UO· positas verba regere non in- (311.)
veni. Hoc modo declinabuntur omnia verba ·O· terminata, ante eam haben-
tia vocales illas, quas memoravi, exceptis defectivis.

162. Nunc ad syllabas consonantium veniamus, *quae consonantes si F.135 r. (312.)
sint ante novissimam litteram ·O· aut primae coniugationis facient verbum,
aut tertiae correptae. Nam secunda coniugatio vel tertia producta consonan-
tem ante ·O· litteram nunquam habent, sed, ut frequenter docui, secunda
quidem ·E· solam [81]), ut doceo, doces; tertia vero producta duas [82]),
·E· et ·I· ut redeo, redis; munio, munis.

163. ·BO· terminata, primae si sint, ·BAVI· facient specie perfecta, libo, (313.

---

[74]) specie perfecta — specie perfectae *Cod.* [75]) ungueo — ungeo *Cod. Cfr. Prob. Cath.* [76]) hanc *Cod. ex em. pr. m.* anc *Cod. a pr. m.* [77]) renuo — rennuo *Cod. ita et mox infra* rennui. [78]) ·QUAVI· *Cod. ex em. pr. m.* quavé *Cod. a pr. m.* [79]) exacquo — exsaequo *Cod.* [80]) reliqui — relinqui *Cod.* [81]) solam — sola *Cod. Vid. Prob. Cath.* [82]) duas — duab. *Cod.*

5 *

libavi; tertiae vero correptae, ·PSI· [83]) ut nubo, nubsi; aut ·BUI· ut sorbeo, sorbui; quamvis et sorbsi lectum sit.

(314.) 164. ·CO· primae si sint, ·CAVI· facient specie perfecta, ut sicco, siccavi; dico, dicas, dicavi — propriamque dicabo [a]) — aut ·CUI· ut mico, micui; tertiae vero correptae, aut ·CI· ut vinco, vici, aut ·XI· ut dico, dixi; duco, duxi; aut ·UI· senesco, senui et pasco, pavi.

(315.) 165. ·DO· primae si sint, aut ·DI· facient specie perfecta, ut do, das, dedi; aut ·DAVI· ut laudo, laudavi; tertiae vero correptae aut [84]) ·DIDI· ut addo, addidi; credo, credidi; aut ·SI· ut cedo, cessi; aut ·CIDI· ut cado, cecidi; caedo, caedis [85]), cecidi; nam cedo [86]), quod significat da, sine verbi totius substantia solum reperitur numero singulari, cedo [87]); numeri pluralis, cétte; sic Plautus et antiqui comoediographi [88]) [b]); sicut est salve, salvete, salvere. Nam quod Plautus in Truculento posuit — non salveo [c]) — inridenter posuit pro persona rustici.

(316.) 166. ·FO· non inveni verba hac syllaba terminata.

(317.) 167. ·GO· primae ·GAVI· facit, ut rogo, rogavi; tertiae vero correptae aut ·XI· ut pingo, pinxi; sugo, suxi; aut utramque declinationem indifferenter invenimus, ut tergo, tersi lectum est et tergeo — spicula lucida tergent — a tergo, tergis, tergent, a tergeo, terges; et vergo, versi facit [d]); aut ·GI· ut tango, tetigi; et in principio syllabam adicit [89]), sicut pungo, pango; pupugi, pepigi. Quidam pepigi defectivum [90]) tempore putant esse, ut odi, novi, memini.

(318.) 168. ·HO· primae coniugationis, ·HAVI· facit, ut incoho [91]), inco-
F.136.r. havi. Quidam putant inchoo debere dici, inperitissime; nam neque * post ·C· litteram, ·H· latina verba regit, exceptis tribus nominibus, pulcher, orchus, lurcho; neque ·O· littera ante ·O· in latinorum verborum prima persona reperitur; sed illae tres vocales, quas ante docui, ·E· ·I· ·U· nec ·A· nec ·O·. Nam quod Plautus reboo, graece posuit, βοῶ βοᾶς, unde derivatur [92]) reboo; nam latinum verbum ·O· ante ·O· habens nusquam reperi. Tertiae vero correptae verba ·HO· terminata, ·XI· facient, traho, veho; traxi, vexi.

(319.) 169. ·KO· non invenitur [93]) verbum hac syllaba terminatum, rationabi-

---

[83]) ·PSI· *Cod. Legendum videtur* ·BSI· [84]) aut *Cod. ex em. pr. m.* at *Cod a pr. m.* [85]) caedo, caedis — cedo cedis *Cod.* [86]) cedo — caedo *Cod.* [87]) cedo — caedo *Cod.* [88]) comoediographi — comoediografi *Cod.* [89]) adicit, *ita Cod.* [90]) defectivum — defectivum defectivum *Cod.* [91]) incoho — inchoho *Cod. ex em pr. m.* inchoo *Cod. a pr. m.* [92]) derivatur — deribatur *Cod.* [93]) invenitur, *post hanc vocem in Cod.* ·*N*· *obelo transfixum.*

a) Virg. Aen. I. 73 *b*) Plaut. Merc. V. 4, 4. *c*) Plaut. Truc. II. 2. 4. Cfr. Libr. I. §. 108. *d*) *aut utramque declinationem — et vergo versi facit*: Locus impeditus, qui e collatione eorum quae in Probi Cath. §. 317. habentur, sic videtur legendus: „*aut ·SI· ut tergo, tergis, tersi (lectum est et tergeo, unde in Virgilio utramque declinationem, indifferenter invenimus: et spicula lucida tergunt, a tergo tergis et tergent a tergeo terges) vergo versi facit; aut ·GI· etc.* Scilicet varietas lectionis *tergent* et *tergunt* in laudato Virgilii versu (Aen. VII. 626.) iam horum grammaticorum tempore obtinuit Librario τὸ VERG. in nomine VERGilii et VERGo fucum fecit.

liter; nam ·K· littera non scribitur, nisi ante ·A· litteram in principiis nominum vel verborum, consequentis syllabae *si* consonans [94]) principium sit [a]), sicut *in* institutis artium, hoc est in primo libro, monstravi, Kamenae [95]), Kalendae, kaleo, kareo, et si qua talia.

170. ·LO· primae si sint coniugationis, ·LAVI· facient, celo, celavi, (320.)
tertiae vero correptae aut ·LUI· ut excello, excellui, aut ·LI· ut tollo, sustollo; tuli, sustuli [b]) de utroque verbo venit; nam tuli, ab eo quod est fero tuli facit.

171. ·MO· primae coniugationis aut ·MAVI· facit, ut amo, clamo; (321.)
amavi, clamavi; aut ·MUI· ut domo, domui. Cicero — domuisti gentes [c]) — Tertiae vero correptae aut ·PSI· ut sumo, sumpsi; aut ·MUI· ut tremo, tremui.

172. ·NO· primae coniugationis ·NAVI· facit, sano, sanavi. Tertiae (322.)
vero correptae ·NI· sed in principio syllaba adiecta, kano [96]), cecini; aut ·VI· ut sino, cerno; sivi, crevi.

173. ·PO· primae coniugationis ·PAVI· facit, ut stipo, stipavi. Ter- (323.)
tiae vero correptae ·PI· rumpo, rupi.

174. ·Q· haec littera ideo non invenitur regens verbum, quoniam nul- (324.)
lam litteram antecedere potest nisi ·U· et aliqua vocale cum ea antecedente iuncta, unde supra, cum de vocalibus antecedentibus ·O· litteram tractaremus, posuimus, relinquo, relinquis, reliqui.

175. ·RO· primae coniugationis ·RAVI· facit, oro, oravi. Tertiae (325.)
vero correptae aut ·VI· ut sero, sevi; aut ·SIVI· ut quaero, quaesivi;
*aut ·RUI· ut insero, inserui. F.136.v.

176. ·SO· primae coniugationis ·SAVI· facit, penso, pensavi. Ter- (326.)
tiae correptae ·SIVI· quaeso, quaesivi. Tale est etiam cerno, cresco, crevi.

177. ·TO· primae coniugationis ·TAVI· facit, muto, mutavi. Tertiae (327.)
correptae ·SI· mitto, misi; aut ·TI· verto, verti; aut ·TUI· sterto, stertui. Si ·C· ante ·TO· habuerit prima verbi persona, prima coniugatio ·TAVI· facit, ut macto, mactavi. Tertia correpta ·XUI· necto, nexui; flecto, flexui.

178. ·XO· primae coniugationis verba ·XAVI· facient, flexo, flexa- (328.)
vi [d]); aut ·XUI· enexo, enexas, enexui [e]). Tertiae vero sola ·XUI· ut nexo, nexis, nexui.

Quoniam sicut arbitror, iam sufficienter tractavimus de verbis ·O· littera terminatis, nunc veniamus ad ea, quae ·OR· syllaba finiuntur.

---

94) consonans *Cod. ex em. pr. m.* conseonans *Cod. a pr. m.* 95) Kamenae = Kamene *Cod.* 96) Kano, *sic Cod.*

a) Schneid. Gram. lat. I. 291. s. b) tollo — sustuli, haec ita videntur legenda: *tollo, sustollo, sustuli, sustuli, d. u. v. v.* Tuli post sustollo compendium τοῦ sustuli videtur. c) Cic. pro Marcello 3, 8. d) *Flexo, flexavi,* ita Cod. In Probi Cath. legitur *elixo.* Flexare habetur apud Catonem RR. I. c. 49. e) *Enexo, enexas, enexui,* ita Cod. Apud Prob. Cath. legitur *enixo, enixas, enixui.*

(329.) 179. ·OR· syllaba terminata sive pura sive vocali, vel consonanti praecedente, si primae sint coniugationis vel secundae, vel tertiae productae, ante novissimam litteram ·S· secundae personae activitatis, ·RIS·[97]) syllabam accipientia facient secundam personam passivitatis, ut amo, amas, amor, amaris; doceo, doces, doceor, doceris; munio, munis, munior, muniris. Tertiae vero correptae coniugationis verba ·I· litteram in ·E· mutabunt, et sicut illa[98]) ·RI· ante ·S· accipient, ut lego, legis, legor, legeris, et si qua talia.

(330.) 180. Tempus autem perfectum facient omnes coniugationes participio masculino temporis praeteriti addita sum syllaba, hic amatus, amatus sum; hic doctus, doctus sum; hic scriptus, scriptus sum; hic munitus, munitus sum.

(331.) 181. Fit autem participium temporis praeteriti generis masculini ex secunda persona activitatis in prima quidem coniugatione et tertia producta, accepta syllaba ·TU· ante novissimam litteram ·S· ut amo, amas, hic amatus; munio, munis, hic munitus. In secunda vero, et tertia correpta pereunte syllaba paeneultima secundae personae activitatis, et ·TU· ante ·S·
F.137.r. posita, ut doceo, doces, hic doctus; dico, dicis, * hic dictus; aut pereuntibus duabus litteris paeneultimis, et ·SU· ante novissimam litteram ·S· posita, ut necto, nectis, necsus[99]) sum; quamvis posterius pro ·C· et ·S·[100]) ·X· posuerunt, ut nexus sum.

(332.) 182. Imperativus [1]) modus passivitatis ·RE· syllaba addita imperativo activitatis fiet similis, ut amare, scribere, munire. De hac tamen ratione, et de modo infinito plenius in institutis artium, id est, libro primo, docuimus.

(333.) 183. Illorum vero verborum, id est, ·R· terminatorum et non venientium ab ·O· littera, species perfecta notetur de participio temporis praeteriti.

(334.) 184. Quoniam igitur de pedibus disyllabis et trisyllabis, nec non et quattuor syllabarum in primo docui libro; nominum vero rationem verborumque in hoc; consequens arbitratus sum et de structuris placentibus nostro tempore paucis admodum demonstrare, quas multi credunt metro debere constare, quorum opinioni non libenter consentimus; quoniam et Tullius et ceteri oratores monosyllabo struxere verbo, cum una syllaba metrum non sit. Est autem structura verborum compositio, dicta ab struendo, id est, componendo [2]), unde structores compositores alicuius rei dicuntur.

(335.) 185. Quamquam igitur haec in omni oratione servari debeat, tamen maxime in verbis duobus, novissimo et paenultimo, sunt delectabiliter componendae. Antiqui quidem oratores, in quibus maxime Tullius, nunquam necessariis sensibus praeposuerunt orationis structuram; sed magis fortiter et gravi conpositione, quam molliter vel laxe dicere maluerunt, et cum

---

97) ·RI· — ·RIS· *Cod. sphalmate.* 98) illa — ille *Cod.* 99) necsus — uexsus *Cod. male, ut e mox sequentibus patet.* 100) ·C· et ·S· — ces *Cod.* 1) imperativus — imperatib. *Cod.* 2) conponendo, *ita Cod. quamvis paulo ante* compositio *posuerit. Infra iterum:* compositoris.

haberent occasionem [3]) sic struendi, quemadmodum nostri temporis homines delectantur, tamquam de industria usi sunt structura forti potius,
* quam delectanti; sicut exemplis Tullianis breviter probare poterimus. F.137.v.

186. Quod inprimis est videlicet nostro tempore vitiosum, Tullius non (336.)
dubitavit verbo monosyllabo finire structuram, ut — ab istius petulantia conservare non licitum est [a]) — et — quae cum his civitatibus C. Verri communicata sunt [b]) — et — quod P. R. iam diu flagitat, extincta atque deleta sit [4]) [c]). — Hae [5]) compositiones demutatae facient nostri temporis structuras sic ex tribrachi et ditrochaeo [6]) — Ab istius petulantia non est licitum conservare — ex trochaeo et dactylo et ditrochaeo — Quae sunt C. Verri cum his civitatibus copulata — ex trochaeo et bacchio a longa — Id quod P. R. iam diu flagitat, extincta sint [7]) atque [8]) deleta.

187. Disyllaba structura, quae non valde quibusdam placet, antiquos (337.)
viros vehementissime delectabat [9]); est enim fortis admodum, vitansque etiam nostri temporis barbarismum, si non fuerit spondeo vel trochaeo post dactylum finita, ut — primus ab oris [d]) — et — In quo meam voluntatem P. R. perspicere possit [e]). — Sic enim versum heroicum et trimetrum faciunt, quae sola versificatio est oratoribus devitanda. Nam si omnes fugere voluerint, tacebunt; quoniam nulla oratio sine metro constat.

188. Trisyllaba structura nostro tempore caute ponenda est, ne aut ver- (338.)
sum heroicum faciat ex trochaeo composita et bacchio a brevi [10]), ut — capta fuisset — aut, ut quibusdam placet, barbarismum, si ex spondeo vel iambo, vel quovis pede, cuius sit novissima syllaba natura longa, componatur ex aliquo verbo trisyllabo, qui positus bene sonet. Nam si plausibilis non fuerit, barbarismum nostri temporis vitans, nec structuram faciet nobis placentem, quale est exemplum [11]) et illud, inter [12]) multa similia, Tullianum — sententia sua liberat — et — cuius ego causa laboro [f]). —

189. Quattuor syllabarum structura sic vitabit nostri temporis * barba- F.138.r. (339.)
rismum, sicut disyllaba, quamvis multi non sapienter et in tali compositione barbarismos esse dixerunt, si paeneultimum verbum habeat novissimam [13]) syllabam natura longam, ut — ad meas capsas admisero [g]). — et — industriaeque meae contenderem [h]). —

---

[3]) occasionem — occausionem *Cod.* [4]) sit — sint *Cod.* τῷ n *obelo transfixo.* [5]) Hae — Haec *Cod.* [6]) tribrachi et ditrochaeo — tribrachy et ditrocheo *Cod. sic const.* trocheo. [7]) sint, *ita Cod. h. l.* [8]) atque — adque *Cod.* [9]) delectabat — delectavat *Cod.* [10]) a brevi — et brevi *Cod.* [11]) nobis placentem quale est exemplum — nobis placentem quale est exemplum nobis placentem *Cod.* [12]) inter *Cod. ex em. pr. m.* inte *Cod. a pr. m.* [13]) novissimam — nobissimam *Cod.*

a) Cic. in Verr. Act. I. 5, 14. *b*) Cic. Div. in Verr. 4, 14. *c*) Cic. Div. in Verr. 8, 26. ubi nunc legitur: *exstinguenda atque delenda sit.* *d*) Virg. Aen. I. 1. *e*) Cic. in Verr. Act. I. 12, 34. ubi nunc: *perspicere posset.* *f*) Cic. Div. in Verr. 7. 23. *g*) Cic. Div. in Verr. 16, 41. *h*) Cic. in Verr. Act. I. 12, 35.

Ergo si nos ad eiusmodi structuram aliqua necessitas detulerit, poterimus reprehendentes [14]) inperitissimos comprobare, si nosmet nostrum officium fecerimus, corripientes syllabas breves, longas producentes, ut est — causa laboro — ·SA· producentes, et — capsas admisero; — ·SAS· producentes.

In istis enim tantummodo syllabis, si correptae fuerint, erit barbarismus, non in tota conpositione structurae, id est — capsas admisero — quoniam barbarismus una parte orationis fit, pluribus nunquam. Nam si hoc ita esset, non in tantum doctrina latuisset, ut eam Tullius ignoraret; vel tantum potuisset, ut ea post illum, et multos ante alios nostris temporibus nosceretur; quorum velim obscuram peritiam devitare illorum nobilissima neglegentia [15]) decoratus.

(340.) 190. Nunc igitur quoniam docuimus haec, quae a nobis stultissime reprehenduntur, indifferenter a prioribus posita [16]), structuras nobis delectabiles componamus.

Amphibrachys et molossus — probare deberes.
Amphibrachys et bacchius a longa — dolore derisus [17]).
Anapaestus et paeon tertius — fieri potuisset.
Anapaestus et ionicus minor — modicos coluerunt.
Antispastus et molossus — coheredem detraxit.
Amphimacrus et hippius secundus — optime navigavi.
Bacchius a longa *geminatus* — detrudit heredem.
Bacchius et molossus — cantare fecerunt.
Bacchius a brevi et hippius secundus — dolores detulerunt.
Choriambus et hippius primus — condidimus sepultura.
F.138.v. * Chorius, id est, trochaeus et bacchius a longa — esse delectum.
Chorius et paeon tertius facient illam structuram, Tullio peculiarem — esse videatur.
Dactylus et ditrochaeus — hospitibus temperare.
Dactylus et ionicus minor — omnia placuerunt.
Ditrochaeus et bacchius a longa — vindicatur electus.
Dactylus et paeon [18]) tertius — curiam [19]) renovare.
Dactylus et dispondeus — lumina deponebant.
Epitritus quartus et bacchius a longa — de ducente subducit [a]). —
Epitritus quartus et molossus — inpellente devinxit.
Epitritus et dispondius — contemnere persuadent.
Epitritus tertius et ditrochaeus — piratico liberasset.
Hippius tertius, id est [20]), *tertius* epitritus, et hippius primus — provincia recedentis.

---

[14]) reprehendentes — repraehendentes *Cod.* [15]) — neglegentia *sic Cod.* [16]) posita — positas *Cod.* [17]) derisus *Cod. ex em. pr. man.* desisus *Cod. a pr. m.* [18]) paeon — peon *Cod. h. l.* [19]) curiam — choriambum *Cod. sphalmate.* [20]) id est — id es *Cod.*

a) Deducente subducit, ita legendum pro eo quod Cod. habet ducenti subducit. Bobiensis certe Catholicorum Probi Codex diserte habet deducente subducunt, non, deducenter abducunt ut vult Lindemannus, quam lectionem esse verissimam per se patet.

Hippius tertius et hippius secundus [11])—dilexerant Caepiones [12]), praedonios [13]) vindicasti.
Ionicus maior et ionicus minor — contagia doluerunt.
Ionicus minor et ditrochaeus — depellere castitatem.
Paeon primus et hippius quartus — decipere contendebant.
Paeon secundus et dispondeus — pericula devitavi.
Trochaeus et bacchius a longa — sume deceptum [14]).
Tribrachys et ditrochaeus — Cererem decanamus.

191. Has quidem a nobis repertas structuras composuimus, nunc aliquas Tulli componamus, quae possint auditores nostri temporis delectare. (341.)

Amphimacrus et antispastus — maxime laborare [a]).
Bacchius a longa et paeon tertius — pudentem exitum quaesisse videatur.
Trochaeus et bacchius a longa — securi esse percussum; iste vexarat; stare non posse [b]).
Proceleumaticus et ditrochaeus — scire voluerunt Populus Romanus voluerit vindicare.
Bacchius a longa et molossus — *causamque cognovit.*
Trochaeus et molossus — ipsa delegit.
Amphibrachys et molossus — probare deberent [c]).
Antispastus et bacchius a longa — voluntate concedam [d]).
Choriambus et ditrochaeus — ingenio sustinere [e]).
Dactylus et antispastus — corpore perhorresco [f]).
* Paeon primus et ditrochaeus — iudicium sustinebit [g]). F.139.r.
Bacchius a longa *et molossus* — subscriptor addatur [h]).
Diiambus et hippius secundus — iniuria commoveri [i]).
Tribrachys et hippius quartus — cuius quaestor fueris [15]) accusare [k]).
Dactylus et hippius quartus — procellam temporis devitare [l]).
Iambus et ditrochaeus — diu machinatur [m]).
Choriambus et paeon tertius — composui rationem [n]).

---

11) Hippius tertius et hippius secundus — Hippius secundus et hippius tertius *Cod.* 12) Caepiones — cepiones *Cod.* 13) praedonios — praedones *Cod.* 14) sume deceptum. *Ita Cod.; legendum videtur:* decretum; *cfr. Prob. Cath.* 15) cuius quaestor fueris — caedi quaestor fuerit *Cod.*

a) Div. in Verrem 3, 10. ubi legitur: maxime laborant. *b*) Cic. in Verr. Act. II. lib. I 1, 2. *c*) Cic. in Pison. 6, 12. *d*) Cic. Div. in Verr. 6, 20. *e*) Cic. Div. in Verr. 13, 41. *f*) Cic. Div. in Verr. 12, 37. *g*) Cic. Div. in Verr. 13, 41. *h*) Cic. Div. in Verr. 15, 48. *i*) Cic. Div. in Verr. 16, 50. *k*) Cic. Div. in Verr. 20, 64. *l*) Cic. Div. in Verr. 20, 65. *m*) Cic. in Verr. Act. I. 3, 8. *n*) Cic. in Verr. Act. I. 6, 15.

(342.) 192. Sed ut brevissime de structuris delectantibus doceamus, observandum [26]) est nobis, ne aut versum heroici metri faciamus, aut in natura longam syllabam paeneultimo verbo terminato trisyllabo finiamus; ceteris paene omnibus auditores possumus delectare.

M. CLAUDI SACERDOTIS ARTIUM GRAMMATICARUM LIB. II.

EXPLICIT FELICITER.
SCRIPTORI VITA.
LEGENTI FELICITA.

---

26) observandum — obserbandum *Cod.*

INCERTI
ARTIUM GRAMMATICARUM
FRAGMENTUM.

E Codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi XVI. Fol. 142—155.

INCERTI
ARTIUM GRAMMATICARUM
FRAGMENTUM.

DE ORATIONE.

1. *Oratio est ore missa et per dictiones ordinata pronunciatio [1]), velut [2]) oris ratio. F.142 r.

2. Orationis partes sunt octo: nomen, pronomen, verbum, adverbium, participium, praepositio, coniunctio, interiectio; quibusdam videtur et appellatio.

DE NOMINE.

3. Nomen est pars orationis cum casu sine tempore, rem corpoream aut incorporalem significans, proprie communiterve; proprie ut Roma, Tiberis; communiter ut civitas, flumen. Ch.125.

4. Nomen dicitur quod unam quamque rem notat, quasi notamen sublata media syllaba per syncopen, vel a graeca origine καρὰ τὸ [3]) ὄνομα.

5. Nomina aut propria sunt aut appellativa. Propria sunt nomina quae specialiter proprieque [4]) dicuntur, item quae unica et sola sunt, Deorum ut Iuppiter, Iuno; hominum ut Romulus [5]), Numa; urbium ut Roma, Carthago; provinciarum ut Africa, Asia; insularum ut Sicilia, Sardinia; montium ut Apenninus [6]); fluminum ut Tiberis [7]).

6. Propriorum nominum alia sunt praenomina, quae nominibus gentiliciis praeponuntur, ut Marcus, Publius [8]); alia propria gentilicia, quae a familia et gente descendunt, ut Porcius, Cornelius; alia cognomina quae nominibus gentiliciis subiunguntur, ut Cato, Scipio; ordinantur enim sic: M. Porcius Cato, Publius [9]) Cornelius Scipio; alia agnomina, quae cognominibus ex aliqua ratione aut virtute adduntur, ut Africanus. Ch.125.

7. Appellatio dicitur quidquid praeter proprium nomen est. Ch.126.

Appellativa nomina sunt quae generaliter communiterque dicuntur. Haec in duas species dividuntur; alia enim significant res corporales, quae videri tangique possunt, et a quibusdam vocabula appellantur, ut homo, arbor,

---

[1]) pronunciatio — pronuntiatio *Cod.* [2]) velut — velud *Cod.* [3]) καρὰ τὸ *sic bene Cod.* [4]) proprieque — propriaeque *Cod.* [5]) Romulus *Cod. ex em. pr. m.* Romulum *Cod. a pr. m.* [6]) Apenninus — Appenninus *Cod.* [7]) Tiberis — Tiveris *Cod.* [8]) Publius — Puplius *Cod. Cfr. Schneid. Gramm. lat. I.* 225. [9]) Publius — Puplius *Cod.*

pecus; alia quae a quibusdam appellationes dicuntur et sunt incorporalia, quae intellectu tantummodo percipiuntur [10]), verum neque videri nec tangi possunt, ut est pietas, iustitia [11]); ea nos appellativa dicimus.

8. Appellationes tamen sunt aut naturales, ut terra, aut consequentes ut iustus, aut adiecticiae ut frugi. Naturales in conlationem non possunt referri, consequentes et adiecticiae possunt, ut iustus, iustior, iustissimus; frugi, frugior, frugalissimus.

Ch.126. 9. Nomini accidunt haec: qualitas, genus, figura, numerus, casus.

10. Qualitas est qua intelligitur proprium sit an appellativum.

Ch.126. 11. Genera nominum sunt V, masculinum; femininum; neutrum; commune; omne.

Masculinum est cui praeponitur pronomen hic, ut hic Aeneas.
Femininum est cui praeponitur pronomen haec, ut haec Musa.
Neutrum est cui praeponitur pronomen hoc, ut hoc scamnum.
Commune est cui praeponitur [12]) hic et haec, ut hic et haec canis.
Omne est ut hic et haec et hoc felix.

Ch.127. 12. Sunt et promiscua nomina quae graeci ἐπίκοινα vocant, cum quod necessarie masculino genere pronuncietur, etiam femininum intellegitur [13]),
F.142.v. vel contra quod feminino pronunciatur [14]), * etiam masculino accipitur, ut passer, aquila.

Ch.127. 13. Figura in [15]) nominibus aut simplex est, ut felix, aut conposita, ut: infelix.

Conponuntur autem nomina modis quattuor, ex duobus integris ut suburbanum; ex duobus corruptis, ut opifex; ex integro et corrupto, ut ineptus; ex corrupto et integro, ut armipotens; aliquando ex pluribus, ut inexpugnabilis, inexorabilis.

Ch.127. 14. Numeri sunt duo, singularis et pluralis, ut hic Cato, ut hi Catones.

Ch.127. 15. Sunt autem quaedam nomina semper pluralia, ut sordes, moenia; quaedam singularem pluralemve numerum communiter significant, ut dies, nubes; quaedam positione singularia, intellectu pluralia, ut populus, concio [16]); quaedam positione pluralia, intellectu singularia, ut Cumae, Athenae, Thebae.

Ch.127. 16. Casus sunt sex: nominativus, genetivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus. Adicitur autem a diligentioribus etiam septimus casus.

DIFFERENTIA ABLATIVI ET SEPTIMI CASUS.

Ch.127. 17. Semper ablativus uno modo profertur, cum a persona, aut a loco, aut a re ablatum quid significetur, velut [a]) — ab Aenea stirpem deducit

---

[10]) intellectu tantummodo percipiuntur — intellectum tantummodo percipiunt *Cod.* [11]) iustitia *Cod. ex em. pr. m.* institia *Cod. a pr. m.* [12]) praeponitur — preponitur *Cod.* [13]) intellegitur *sic Cod.* [14]) pronunciatur — pronuntiatur *Cod.* [15]) in = *Cod.* [16]) concio — contio *Cod.*

[a]) *Velut*, Cod. hoc libro vix non semper compendio VV exhibet. Cfr. Magonis Not. iurid. 1577. P.

Romulus — ab urbe in Africam redit — a libris Ciceronis intellectum est. — Septimus vero modis quattuor profertur. Primo cum in persona aut in loco aut in re intellegatur [17]), velut — In Scipione militaris virtus enituit — in monte Caucasio poenas luit Prometheus — in statua Ciceronis victoria coniuratorum inscribitur, — et interpretatur [18]) [a]) talis figura per dativum *ἐν τῷ* [b]) *Σκιπίωνι, ἐν τῷ καυκασίῳ ὄρει* [19]), *ἐν τῷ ἀνδριάντι ἢ στύλῳ* [20]) ac regula etiam in nominibus secundae declinationis, quorum ablativus et dativus idem est [21]), observatur, et in nominibus tertiae quorum item ablativus et dativus idem est velut — ab hac [22]) securi — ab hoc suavi [23]).

Secundo cum ablativi copulati genetivo graeco interpretentur [24]) velut — ducente dea, elapsus est Aeneas; incusante Cicerone, Catilina victus est; studente Sacerdote [c]), differentia inventa est. — *ἡγεμονευούσης τῆς Θεᾶς ἐξεσώθη* [25]) *Αἰνεῖας* [26]), — *κατηγοροῦντος Κικερῶνος ἐνικήθη* [27]) *Κατιλῖνας* [28]), — *σπουδάζοντος Σακέρδωτος ἡ διαφορὰ ηὑρέθη* [d]).

Tertio modo cum hanc figuram graecam *ἐλπίδι τοῦ δυνᾶσθαι, — προαιρέσει* [29]) *τοῦ ληστεύειν — σκέμματι* [30]) *τοῦ βουλεύειν*; latine dixerimus, — spe posse [e]), voluntate latrocinandi, consilio insidiandi. —

Quarto cum ut Asprus [f]) retulit latinum eloquium in quodam verbo deficit, velut in illo *ὄντος, οὔσης, ὄντων, οὐσῶν*, dicimus enim — nullo timore hostium castra inrupit, — nulla spe per vim potiundi vallo fossaque, moenia circundat, — nullis custodibus palladium ereptum est, — nullis insidiis, palam victus est hostis; — ubique enim deficit latinus sermo, scilicet ideo quoniam duo ablativi nominales sunt copulati, quam si [g]) unus eorum participialis [31]) sit, non deficit latinus sermo, sed plenus est, ut supra relatum est — ducente dea elapsus est Aeneas — et cetera, quae secundo modo exposuimus.

18. Quaedam etiam inveniuntur quae flecti non possunt, ut frugi, ni- Ch. 127.
hili; quaedam duobus vel tribus casibus tantum ut: Iuppiter nominativo 128.
casu, et opes, opis enim et opem et ope invenimus [h]).

---

[17]) intellegatur *sic Cod.* [18]) interpretatur — interpraetatur *Cod.* [19]) ὄρει — ορι *Cod.* [20]) ἀνδριάντι ἢ στύλω — ανδριαντιστυ *Cod.* [21]) est — esse *Cod. perperam.* [22]) hac — ac *Cod.* [23]) suavi — suabi *Cod.* [24]) interpretentur — interpraetentur *Cod.* [25]) ἐξεσώθη — εξωυσθειν *Cod.* [26]) Αἰνεῖας — αινιας *Cod.* [27]) ἐνικήθη — ηπηθη *Cod.* [28]) Κατιλῖνας χατηλινας *Cod.* [29]) προαιρέσει — προιρει *Cod.* [30]) σκέμματι — σκεμαρι *Cod.* [31]) participialis — participalis *Cod.*

a) De passivo *interpretari* Vid. Duker de Lat. vett. ICtt. 334. *b*) Scriptura unicialis Cod. nostri nec spiritus nec accentus nec I adscriptum habet. *c*) An iterum in nomine suo ludit grammaticus noster? *d*) ηὕρεθη Cfr. Buttm. gramm. graec. I. 328. not. 3. *e*) *spe posse, confugere* addit Charis. l. c. *f*) *Asprus*, Asprum Grammaticum significare videtur cuius imprimis in Sallustium commentarii a Charisio, Pompeio aliisque saepius laudantur. *g*) *quam si* — legendum verisimiliter *quod si*. *h*) Locus corruptus, sic erit restituendus: *ut Iuppiter nominativo et vocativo casu et opes, opis enim et opem et ope in singulari invenimus*, nam apud Charisium l. c. legimus: *Sed quaedam nomina per omnes figuras variantur, quaedam nomina inveniuntur quae flecti non*

Ch. 128. 19. Sunt nomina quae gentem significant, ut Afer, Hispanus, alia numerum, ut unus, duo, alia ordinem ut primus, secundus, alia qualitatem ut bonus, malus, albus, niger, alia quantitatem, ut altus, magnus, humilis; quaedam a moribus, ut remissus; alia ab accidentibus vel consequentibus tracta, ut beatus, dives, pauper.

F. 143. r. Ch. 128. 20. * Sunt quaedam primae positionis, ut Peleus, mons, fons; quaedam derivativa, ut Pelides, ex hac specie — Aeneia puppis [a]). — et — Rromuleoque recens horrebat regia culmo [b]) — et — Phineia [32]) postquam Clausa domus [c]) — haec graeci *κτητικά* appellant, montanus, fontanus.

Ch. 24. 128. 21. Sunt deminutiva quae in deminutione [33]) absolutorum nominum fiunt, sine ulla conparatione, ut parvus, parvulus, adulescens, adulescentulus. Illud vero memineris quod semper deminutiones generibus suis unde oriuntur, consonant; pauca dissonant, ut rana, raniculus [d]); glandium, glandicula [e]); beta, betaceus; malva, malvaceus [f]); pistrinum, pistrilla, ut Terentius in Adelphis [g]), ensis, ensicula et ensiculus, Plautus ensicula in Rudente [34]) [h]).

Ch. 128. 22. Monoptota vero nomina et haec quae natura singularia sunt, item [35]) elementa, item fluminum et montium nomina, urbium, item deorum nomina propria et dies festi, literarum *elementa* [36]), item numeri deminutionem quam graeci *ὑποκορισμὸν* vocant, non recipiunt.

23. Sunt etiam quae ab his *ῥηματικά* [37]) dicuntur a nobis verbialia [38]), ut a verbo quod est lego fit lectio; dico, dictio; oro, oratio, et raptor et percussor ab eo quod est rapio et percutio [39]).

Ch. 129. 24. Quaedam generalia sunt, quibus multa continentur dissimilia, ut: animal, arbor; ex his nascuntur specialia, quae tamen insunt [40]) originibus suis generalibus, ut homo, equus, taurus, laurus, pinus.

---

[32]) Phineia — fincia *Cod.* [33]) deminutione — deminutionem *Cod.* [34]) Rudente *Cod. ex em. pr. m.* prudente *Cod. a pr. m.* [35]) item — idem *Cod.* [36]) elementa = *Cod. Addidimus e Charisii l. c.* [37]) ῥηματικὰ — ρεματικα *Cod.* [38]) verbialia — ad verbialia *Cod.* [39]) percutio — percusso *Cod.* [40]) insunto — insunt *Cod.*

possunt, ut frugi nequam nihili.... Quaedam quattuor aut tribus casibus tantum flectuntur, ut Iuppiter nominativo et vocativo casu, et opis nam in singulari genetivum invenimus. Doctrinam de septimo casu apud Charisium huic loco male esse intrusam apparet.

a) Virg. Aen. X. 156. *b*) Virg. Aen. VIII. 654. *c*) Virg. Aen. III. 212. 213. *d*) *Raniculus* nova forma, nisi sit legendum *ranunculus* ut apud Charis. l. c. et infra §. *e*) *Glandicula*, nova pariter forma, sed *glandula* habet Charis. l. c. *f*) *betaceus*, (sub intellecto *pes* ut est apud Varr. R. R. I. 2.) habent Plin. Epist. I. 15. 2. Apic. III. 2. Arnob. IV. 133. Cfr. Charis. 24 et 128. P. et Priscian. III. 7, 44. qui locum deperditum Probi plane gemellum prae oculis habens: „*Probus etiam*" inquit „*ponit hoc glandium, haec glandula, (pars est intestinorum) ensis, ensiculus, ensicula, praeterea haec beta, malva, hic betaceus, malvaceus.*" *g*) Terent. Adelph. IV. 2. 45. *h*) Plaut. Rud. 4, 4, 112. *ensiculus aureolus*, *literatus*. Ceterum τὸ *ensicula* post vocem Plautus esse delendum, per se patet.

25. Quaedam ficta sunt a sonis vel a vocibus, ut stridor, clangor, Ch.129.
tinnitus, mugitus, ululatus, hinnitus, mussitus.

26. Quaedam descendunt ab adverbiis, ut hesternus, hodiernus, Ch.129.
crastinus, serus, nimius, citus.

27. Alia a participiis figurata, ut ludibundus, laudabundus, la- Ch.129.
crimabundus, anhelabundus, furibundus [41]), hiulcus [42]) qui hiat, petulcus qui petit [43]) [a]).

28. Sunt etiam quae a Graecis ἐπικτητικὰ [44]) dicuntur, quae quibuscunque [45]) Ch.129.
personis adiciuntur laudis [46]) gratia, veluti — Lausus equum domitor [b])— vituperandi — ipse doli fabricator Epeós [c]).

Sed haec omnia quamquam species sunt nominum, absolute tamen nomina dicuntur, et singulis rebus personisve apposita [47]) sunt.

29. Sunt quaedam nomina, quae per se sine alterius partis orationis ad- Ch.129.
miniculo intellegi non possunt, ut pater, frater; recipiunt enim sibi et illa [48]) per quae intelleguntur, ut meus, tuus. Haec Graecis τῶν πρός τι appellantur, id est ad aliquid.

30. Sunt et similia τῶν πρός τι πῶς [49]) ἔχοντα, id est ad aliquid quodam- Ch.129.
modo attendentia, ut dexterior, sinisterior [d]).

31. Sunt quaedam homonyma [50]), quae una loquella plura significant, ut Ch.129.
nepos, acies. Significat enim nepos et certum cognationis gradum et consumptorem; similiter acies et oculorum dicitur, et ferri et exercitus.

32. Quaedam sunt synonyma, quae pluribus loquellis idem significant, Ch.129.
ut terra, humus; ensis, gladius.

33. Quaedam mediae potestatis, quae significationem a coniunctis su- Ch.129.
munt, ut magnus, fortis; haec enim per se nullum habent intellectum, et ideo a quibusdam adiectiones vocantur, ut magnus vir, fortis exercitus.

DE CONPARATIONIBUS.

34. Gradus conlationis sunt tres: absolutus, ut doctus; conparativus, ut doctior; superlativus, ut doctissimus.

35. Nomina conlationi [51]) inposita parum proprie, nam et doctus conlationis gradus non est, cum solutus sit et nulli conparetur; item doctior
non recte dicitur conparativus, cum alio * qui [e]) non conparet, sed superponat, F.143.v.
cum enim dico doctior illo, non conparo me illi, sed superpono.

---

41) furibundus — furibusndus *Cod.* 42) hiulcus — hiulus *Cod.* 43) petit — petat *Cod.* 44) ἐπικτητικὰ — επιτητικα *Cod. aliis* ἐπίκτητα *ut Charis.* 45) quibuscunque — cuiusque *Cod.* 46) laudis — laudi *Cod.* 47) apposita — posita *Cod. Cfr. Charis l. c.* 48) et illa — ed illa *Cod. ex em. pr. m.* edlla *Cod. a pr. m.* 49) πῶς = *Cod.* 50) homonyma — omonyma. *Cod.* 51) conlationi — conlationis *Cod.*

a) *hiulcus — petit.* Haec ex alio loco Charis. 34. P. male adsuta sunt. b) Virg. Aen. VII. 651. c) Virg. Aen. II. 264. d) Cfr. Charis. l. c. Diomed. 309. Prisc. III. 1, 6. e) *cum alio qui.* Videtur legendum: *cum aliquando.*

Ch.129. 36. Non omnia autem nomina gradus conlationis recipiunt, sed sola quae aut qualitatem significant, ut bonus, candidus, aut quantitatem, ut longus, magnus; cetera autem non [52]) habent conlationem [53]), velut quae corpus significant, ut homo, arbor, vel quae gentis, vel quae numerum.

Ch.130. 37. Sunt quaedam nomina, quae quamvis qualitatem significant, gradus tamen conlationis non recipiunt, ut rudis, sobrius, mediocris, grandis; non enim fit rudior, sobrior, mediocrior, grandior.

Ch.130. 38. Quaedam sunt quae unum tantum recipiunt conparativum, ut senex, senior; iuvenis, iuvenior; quaedam superlativum tantum, ut pius, piissimus; bellus, bellissimus.

Ch.130. 39. Sunt item nomina superlativa, quae absolutum, id est πρωτότυπον non habent, sed ab adverbio veniunt, ut ulterior, ultimus, ab ultra adverbio; citerior, citimus, a citra; inferior, infimus, ab infra; superior, summus, a supra; prior etiam et primus ab adverbio prius, et peior, pessimus ab adverbio peius.

Ch.130. 40. Aliquando solus superlativus invenitur, ut novissimus, supremus.

Ch.130. 41. Quaedam sunt quae diversis figuris in conlationem veniunt, ut malus, peior, pessimus, bonus, melior, optimus; his enim per omnes tres gradus conparatio processit, nec tamen unam formam nominis tenuit.

Ch.130. 42. Sunt alia absoluta, quae nullo quidem gradu conlationis figurantur, recipiunt tamen conlationem, si illis magis adverbium iungatur et maxime, ut magis rudis et maxime; similiter sicut [54]) e contrario minus et minime adduntur.

Ch.130. 43. Utimur autem gradu conparativorum in uno et altero prope aequalibus ac similibus [55]), nam dissimilium conparatio nulla est, ut hi duo viri fortes, sed hic altero fortior.

Ch.131. 44. Item conparativus gradus et [56]) his qui sui generis sunt, et his qui alterius sunt, conparatur, ut equus velocior equo dicitur, qui eiusdem generis est, item velocior cane, qui alterius [57]) generis est.

Ch.131. 45. Superlativus vero his tantum qui sui generis sunt praeponitur, nam velocissimus equus non dicitur, nisi equis conparatus.

Ch.131. 46. Itaque superlativus gradus aut omnibus sui generis praeponitur, ut — Danaum fortissime gentis Tydide [a]) — aut nullis.

Ch.131. 47. Scito autem conparativum gradum casum ablativum trahere, tam numeri singularis quam pluralis, ut doctior illo, doctior illis dicitur.

Ch.131. 48. Superlativus vero casum genetivum trahit et tantum plurali iungitur numero, ut omnium iustissimus dicitur.

---

52) non — N *Cod.* 53) conlationem — N conlationem *Cod.* 54) sicut *Cod.* — si et *Charis. l. c.* 55) similibus *Cod. ex em. pr. m.* similibum *Cod. a pr. m.* 56) et — ex *Cod.* 57) alterius — alteris *Cod.*

a) Virg. Aen. I. 100, 101.

DE DECLINATIONE NOMINUM [a]).

49. Omnium nominum quattuor sunt declinationes; praeter ea quae non declinantur, quia tam per singularem quam per pluralem numerum eadem permanent, ut frugi, nugas, nihili.

50. Omnis autem declinatio a genetivo casu cognoscitur; nam qui nominativum servant, inepte faciunt, cum quidam casus non sunt nominativi; praeterea multa sunt nomina similia primae positionis declinationis primae et tertiae, ut Aeneas, Maecenas, de quibus quid dici potest, nisi quod genetivus sit [58]) arbiter discernens utriusque declinationis nomina.

51. Declinatur igitur [59]) primae declinationis genetivus in ·AE·, secundae in ·I· [60]), tertiae in ·IS·, quartae aut in ·US· aut in ·U·

52. Sed hi fere sunt nominativi in prima declinatione, * quorum genetivi in ·AE· terminantur. F. 144 r. Ch. 8.

In ·AS·, ut Aeneas, Lysias.

In ·A·, ut Seneca, Agrippa, auriga; item feminina, ut fortuna, colonia.

In ·ES·, ut Orontes, Achates.

53. Quare ergo Maecenas, Maecenatis; Aeneas vero Aeneae [b])? Ch. 8.
Quia nomina graeca in ·AS· [61]) productam terminata vel disyllaba flexu, cum apud eos per genetivum ·OY· habent in extremitate [62]) syllabam, apud nos primae sunt declinationis, velut: Λυσίας, Λυσίου; Ἀμύντας, Ἀμύντου, Lysias, Lysiae, Amyntás, Amyntae [63]), et disyllaba flexu: Antas, Antae; Menas, Menae, quia et apud Graecos [64]) Ἀντᾶς, Ἀντᾶ; Μηνᾶς, Μηνᾶ. Nam Dryas, Dryantis et Thoas, Thoantis, quia nec flectuntur, et omnia quae vel in ·ΤΟΣ· vel in ·ΔΟΣ· apud Graecos exeunt per genetivum, eodem casu apud nos ·O· in ·I· mutato efferuntur, velut Δρύας, Δρύαντος, nos Dryas, Dryantis; Thoas, Thoantis. Similiter et in femininis. Item Orontes, Achates, Orontae et Achatae facit, quoniam et apud Graecos per ·OY· efferuntur.

54. Quae autem conposita sunt, et genetivo apud Graecos ·ΟΥΣ· extremam syllabam habent, tertiae sunt apud nos declinationis, ut: Diogenes, Diogenis, apud illos Διογένης, Διογένους; Ἀριστοτέλης, Ἀριστοτέλους, Aristoteles, Aristotelis. Ch. 8.

55. Huius tamen primae declinationis nomina masculina tantum sunt et feminina, neutralia non sunt. Itaque si qua neutralia inveniuntur, haec graeca et tertii ordinis sunt, ratione qua diximus, ut poema, poematis. Ch. 8.

56. Incusativus autem primae declinationis aut per ·AM· exit [65]), aut per ·AN·. Per ·AN· erit ex nominibus graecis, velut hic Callias, hunc Callian; per ·AM· ex latinis quae aut in ·A·, aut in ·ES· exeunt, ut hic Se-

---

58) sit — fit *Cod.* sit *habet Charis. l. c* 59) declinatur igitur — declinaturi igitur *Cod.* 60) ·I· — ·S· *Cod. manifesto sphalmate.* 61) ·AS· — ·US· *Cod.* 62) extremitate *Cod. ex em. pr. m.* extremitatem *Cod. a pr. m.* 63) Amyntae — Amynte *Cod.* 64) Graecos — grecos *Cod.* 65) ·AM· exit — um exim *Cod.*

a) Deest h. l. in Cod. titulus: *de declinatione nominum.* b) *faciet* addit Charis. l. c.

neca, hunc Senecam. Hic Oronta, cum latine reformatur, hunc Orontam dicimus, nam si non reformetur Oronten [66]) poterimus dicere, ut Vergilius — Fidumque vehebat [67]) Oronten [a]). —

Ch. 8. 57. Exempla primae declinationis masculini generis in ·AS·; hic Aeneas, huius Aeneae, similiter in ·A·; hic poeta, huius poetae. Hoc nomen pariter declinatur cum [68]) supra declinato nomine, praeter nominativum, hic vero Anchises, ut Orontes, duplicem dicitur habere [69]) nominativum hic Anchisa et hic Anchises, et si quidem erit nominativus hic Anchisa, declinatur ut hic poeta; si vero hic Anchises habebit nominativum et [b]) aliter declinatur quam duo nomina suprascripta [70]). Illa enim aut in ·AS· vel in ·A· efferuntur, hoc autem in ·ES·. At [71]) hoc si sic declinatur hic Anchises inmutat quattuor casus singulares, dativum, incusativum, vocativum ablativumque, velut — huic Anchisi [72]) — hunc Anchisen — o Anchise — ab hoc Anchise — ut tantummodo genetivum singularem nominativumque suprascriptis similem habeat.

Ch. 9. 58. Femininorum nominum nominativus [73]), ut supra diximus, in ·A· effertur.

F. 144. v. Exempla feminini generis in ·A· *; haec fortuna, huius fortunae.

Ch. 9. 59. Sunt quaedam nomina feminina primi ordinis, quae in dativo plurali per ·BUS· syllabam efferuntur, hae deae et his deabus, hae libertae, his libertabus [74]) et his similia.

60. Dicunt quidam, veteres in prima declinatione solitos nomina genetivo casu per ·AS· proferre, item dativo per ·I·, veluti haec aula, huius aulas, huic aulai, similiter et cetera, haec terra, huius terras, huic terrai; aqua, aquas, aquai, etiam inde perseverasse paterfamilias, item adhuc [75]) esse morem [76]) poetis in dativo aulai medio [c]) dicere, et intus aquai frugiferai, Ennius in annalibus [d]).

61. Prima declinatio, ut supra diximus, neutrum nomen non habet.

DE SECUNDA DECLINATIONE.

Ch. 9. 62. Secundae declinationis nominativi sunt hi: in ·US· in ·ER· in ·IR· in ·UM· in ·US· masculina et feminina, in ·ER·, in ·IR· item masculina, in ·UM· neutra, nam neutralia in ·US· terminata omnia tertiae declinationis

---

66) oronten — ορουτεν *Cod.* 67) vehebat — vehevat *Cod.* 68) cum *Charis. l. c.* = *Cod.* 69) habere — havere *Cod.* 70) suprascripta — ss *Cod. ita etiam mox infra.* 71) At — ad *Cod.* 72) Anchisi — Anchisae *Cod.* 73) nominativus — nominativos *Cod.* 74) hae libertae — libertabus — hae libertates ab his livertatibus *Cod.* 75) adhuc — aduc *Cod.* 76) morem — moremorem *Cod.*

a) Virg. Aen. I. 117. *b*) τὸ et abundare videtur. *c*) Virg. Aen. III. 354. Et hoc loco: *aulai medio* (= *in*) ut apud Incert. de nom. §. 1. et Pomp. 448. L. *d*) Enn. Annal. libr. XVIII. v. 6. ed. Lips. Cfr. Hieronym. Columnam ad Ennium p. 203. ed. Neap. qui se hoc hemistichium e Cl. Sacerdotis libro I. sumpsisse testatur, *aquai frugiferai* edens. Ceterum τὸ *aquai* nequaquam in *terrai* mutandum est, ut vult Columna, siquidem de Nili *frugiferis aquis* sermo est.

sunt, velut pecus, pecoris; nemus, nemoris; exceptis his tribus: pelagus, virus, vulgus, quae corrupta sunt et singulariter tantum declinantur ut secundae declinationis, velut hoc pelagus, huius pelagi, et virus, viri, et vulgus, vulgi; quamquam multi extulerunt vulgus masculine, ut Vergilius — in vulgum ambiguas [a]).

63. Masculina vero haec propria nomina sunt eiusdem secundae declinationis: Marcus, Antonius. Item illa appellativa, quae feminina in ·A· faciunt, velut superbus, superba [77]); celsus, celsa; item illa, quae ex participiis veniunt, hic tractus, huius tracti; hic pressus, huius pressi; item et quae nominativo corripiuntur, velut locus, mundus, excepto portus, portus, quia quartae declinationis est.

64. Longe autem solent errare, qui secundae declinationis feminina ne- Ch. 9. 10
gant esse, cum plura inveniuntur, ut haec colus et haec humus, item pleraque civitatium nomina: Damascus, Berytus [78]), Tyrus; item arborum, velut laurus, ulmus, taxus, buxus [79]), cerasus, fagus. Plures autem ut quartae declinationis extulerunt haec nomina arborum, ut Vergilius — Qui tripodas Clari laurus [b]).

65. Si qua autem masculina nominativo producuntur, haec omnia quartae sunt declinationis, ut hic senatus, huius senatus; quamquam veteres omnia quartae declinationis ut secundae extulerunt, ut Sallustius — nam duobus senati decretis [c]) — et Terentius — quaesti gratia [d]) — et — nihil tumulti [e]).

Excipiuntur haec sola, quae sunt declinationis tertiae, quoniam et crescunt genetivo et sola inveniuntur in tertia declinatione, in ·US· terminata; masculina quidem: hic Ligus, Liguris; lepus, leporis; mus, muris; vetus, veteris, quod est trium generum; feminina autem: haec iuventus, servitus, senectus, salus, virtus, Venus, tellus, palus.

66. Item secundi sunt ordinis, quae in ·ΕΥΣ· [80]) apud Graecos proferuntur, Ch. 10
velut Tydeus; hic enim Tydeus, huius Tydei.

67. Et ea nomina secundo ordini attribuunt, quae apud Graecos genetivo casu πλεονοσυλλαβὰ [81]) velut Ἀχιλλεὺς, Ἀχιλλέως; Ὀδυσσεὺς, Ὀδυσσέως, hic Achilles, huius Achilli; hic Ulixes, huius [82]) Ulixi. Sed quidam dicunt hic Achilles, huius Achillei; Ulixes, Ulixei; alii vero tertii ordinis: Achilles, Achillis; Ulixes, Ulixis.

68. Nomen masculinum proprium singulare, simplex, declinationis se- Ch. 10.
cundae ita utroque declinatur numero: hic Marcus, huius Marci et sequenter.

69. Item quae ante ·US· syllabam habent ·I· sic declinantur, ut hic Ch. 10.
Concordius, huius Concordii.

---

77) superbus, superba — supervus, superva *Cod.* 78) Berytus — verytus *Cod.* 79) buxus — puxus *Cod. Cfr. Schneid. Gramm. lat. I.* 224. 80) ·ΕΥΣ· — πευς *Cod.* 81) πλεονοσυλλαβὰ — πλεονοσυλλαβι *Cod.* 82) huius — uius *Cod.*

a) Virg. Aen. II. 99. b) Virg. Aen. III. 360. c) Sallust. Catil. 36. Cfr. supra. d) Terent. Hec. V. 3, 38. e) Terent. Andr. II. 2, 28. Cfr. etiam Hec. III. 2, 1.

Ch. 10. 70. Item feminina: haec laurus, huius lauri.

71. Neutrum nomen in ·US· correptum [83]), quod singulariter tantum F. 145 r. declinatur: hoc virus, huius viri, huic viro, * hoc virus, o virus, ab hoc viro.

Ch. 10. 72. In ·UM· neutra: hoc bellum. Item quae ante ·UM· habent ·I·, similiter declinantur, ut hoc studium, huius studii.

Ch. 10. 73. Illud memineris, quod omnia nomina masculina, quae ante ·US· syllabam [84]) ·I· habent, haec genetivo singulari eandem litteram geminatam recipiunt, velut hic Concordius, huius Concordii; Marius, Marii; Thracius, Thracii [85]); in dativo vero et ablativo plurali eandem ·I· litteram geminatam accipiunt, velut his et ab his Concordiis; nam de vocativo plurali nihil dicendum est, cum scimus omnium nominum vocativum pluralem similem esse nominativo plurali.

Ch. 10. 74. In ·ER· vero tantum masculina inveniuntur in hac declinatione. Nam quae feminina et neutralia, sine dubio tertiae declinationis sunt, velut haec mater, huius matris; hoc papaver, huius papaveris; cadaver, cadaveris.

Ch. 10. 11. 75. Masculina autem haec, quae a Graecis proficiscuntur; omnia enim quae apud Graecos aut per *ΓΡΟΣ*, aut per *ΤΡΟΣ* [86]) aut per *ΔΡΟΣ* efferuntur, haec omnia ·*ΟΣ*· amittunt et per ·ER· elata declinantur, ut secundae declinationis, velut *ἀγρὸς*, ager; *Ἀντίπατρος*, Antipater; *Τεῦκρος*, Teucer; *Μένανδρος*, Menander; quamvis Vergilius dixerit — Teucrus [a]) et Evandrus [b]).— Duo autem nomina suo statu permanent, Codrus et Gongrus, non enim dicitur Coder nec Gonger [c]).

Ch. 11. 76. Item ea nomina, quae per ·FER· aut per ·GER· conponuntur, genetivum faciunt per ·I· litteram, ut Lucifer, armiger.

77. Item ea, quae femininum in ·A· faciunt et neutrum in ·UM·, sine dubio secundae sunt declinationis, velut piger, pigra, pigrum, hic enim piger, huius pigri. Reliqua vero masculina, quae neque a graecis proficiscuntur, neque ex [87]) conpositione veniunt, neque femininum faciunt in ·A·, haec omnia tertiae sunt declinationis, ut pater, patris; exceptis his solis: cancer, socer, liber [88]), auster, gener, puer, arbiter, raster, uter *γαστὴρ* [d]), aper, quae genetivum in ·I· faciunt.

78. Exempla declinationis secundae in ·ER·: hic piger, huius pigri.

Ch. 11. 79. In ·IR· [89]) vero tria sunt tantummodo quae inveniuntur, et haec masculina: vir, levir *ἀνδρὸς ἀδελφὸς*, ir *θέναρ*; et ir quidem indeclinabile, levir autem leviri facit et vir, viri, et quae ab eo conponuntur, velut duumvir, duumviri et similia.

---

83) correptum — corruptum *Cod.* 84) syllabam — syllam *Cod.* 85) Thracius, Thracii — Tracius, Tracii *Cod.* 86) per ΤΡΟΣ — περτρος *Cod.* 87) ex = *Cod. Addimus e Charisii l. c.* 88) liber — liver *Cod.* 89) in ·IR· — in hir *Cod.*

a) Virg. Aen. III. 108. b) Virg. Aen. VIII. 100. et saep. c) *Gongrus* a graeco γόγγρος nemo praeter nostrum et Charis. l. c. novit, quamvis *conger* et *gonger* satis vulgatae sint formae. Cfr. Non. Marc. nov. vet. 188. Merc.

80. Graeca vero, quae genetivo graeco aut crescunt, aut per ·ΟΣ· efferuntur, haec ·O· litteram in ·I· commutant et declinantur ut tertiae declinationis: Melampus, Melampodis.

81. Scito autem in hac declinatione vocativum singularem quadrifariam Ch. 12.
efferri: per ·E· per ·ER· per ·IR· per ·I·. Per ·E· eorum quae in ·US· terminantur, velut Marcus, o Marce; per ·ER· eorum, quorum nominativus per easdem litteras profertur, hic niger, o niger; per ·IR· eorum quorum similiter nominativus in ·IR· terminatur, hic vir, o vir; per ·I· eorum, quorum nominativo ante ·US· syllabam ·I· littera interposita est, velut hic Caelius, o Caeli; hic Concordius, o Concordi.

82. Tertiae declinationis nominativi sunt hi: in ·AL· in ·AN· in ·AR· in Ch. 12.
·AS· in ·AX· in ·EL· in ·EN· in ·ER· in ·ES· correptam, in ·ES· productam, in ·EX· in ·IL· in ·IN· in ·IS· in ·IX· in ·O· in ·OL· in ·ON· in ·OR· in ·OS· in ·OX· in ·UL· in ·UR· in ·US· in ·UX·

83. In ·AL· neutralia tantum inveniuntur, velut hoc animal, huius Ch. 13.
animalis; tribunal, tribunalis; bidental, bidentalis [90]). Horum ablativus per ·I· effertur, velut ab hoc animali, tribunali. Multi autem voluerunt nominativum per ·E· efferre, * ut hoc animale, hoc tribu- F.145.v.
nale. Si qua autem masculina inveniuntur haec barbara sunt, ut Hannibal, Adherbal [91]), et si qua alia sunt.

Exempla tertiae declinationis neutri generis in ·AL·: hoc animal, huius animalis. Item barbara masculina: hic Hannibal, huius Hannibalis [92]).

84. In ·AN· nulla latina, sed omnia graeca et haec omnia masculina, Ch. 14.
velut hic Titan, huius Titanis, huic Titani, hunc Titanem et Titana, o Titan, ab hoc Titane. Pluralis: hi Titanes, horum Titanum, his Titanibus, hos Titanes et Titanas, o Titanes, ab his Titanibus.

85. In ·AR· masculina tantum et neutralia. Masculina: Caesar, Caesa- Ch. 14.
ris; lar, laris; neutralia lucar, lucaris; torcular, torcularis.

Inveniuntur autem communia trium generum: par, inpar; faciunt enim hic et haec et hoc par; horum autem duorum paris et inparis ablativus dupliciter effertur, ab hoc [93]) pare et pari.

Praecipue autem hic quaeritur in neutralibus *cur* [94]) torcular, torcularis [95]) et pulvinar, pulvinaris producta ·A· littera, et lucar correpta ·A· littera effertur; scilicet torcular [a]) ideo producta, quia quibusdam placuit hoc torculare dici, non torcular, et hoc pulvinare, non pulvinar.

Exempla masculini generis in ·AR·: hic Caesar, huius Caesaris.

---

[90]) bidental, bidentalis — vidental, videntalis *Cod.* [91]) Adherbal — Aderbal *Cod.* [92]) Hannibal.. Hannibalis — Annibal... Annibalis *Cod.* [93]) hoc — oc *Cod.* [94]) hic quaeritur in neutralibus cur — invenitur in neutralibus *Cod.* *Cfr. Charis. l. c.* [95]) torcular, torcularis — torqular, torqularis *Cod.*

[a]) Supple: *et pulvinar.*

Commune trium generum in ·AR·: hic et haec et hoc par, huius paris.

Item neutralia: hoc torcular, huius torcularis.

Ch. 15. 86. In ·AS· masculina tantum et feminina, velut Maecenas, Maecenatis; dignitas, dignitatis; item graeca quae genetivum per ·ΤΟΣ· faciunt, velut Thoas, Thoantis, gigas[96]), gigantis.

Cum ergo omnia genetivum faciunt per ·TIS·, haec sola disyllaba diverse efferuntur, vas, vadis; mas, maris; as, assis.

Inveniuntur alia tria, neutralia quidem duo sed indeclinabilia, fas et nefas. — Nugas autem tametsi indeclinabile est, tamen commune trium generum est, hic enim et haec et hoc nugas dicimus.

Exempla masculini generis in ·AS·: hic Maecenas, huius Maecenatis, huic Maecenati, et sequenter.

Item feminina: haec dignitas, huius dignitatis et sequenter.

Neutra non inveniuntur, nisi illa, quae indeclinabilia sunt: nefas et fas.

Ch. 16. 87. In ·AX· masculina tantum et feminina, neutralia propria nulla, nisi ea, quae ex communione veniunt, velut masculina: hic Aiax, huius Aiacis; feminina: fax, facis; communia hic et haec et hoc audax. Sed horum communium ablativus dupliciter effertur, per ·E· et per ·I·, velut ab hoc audace et audaci.

Ch. 16. 88. In ·EL· neutralia: hoc mel, hoc fel.

Ch. 16. 89. In ·EN· masculina tantum et neutralia. Masculina quidem haec sola: hic rien, rienis νεφρὸς, lien, lienis σπλὴν, flumen, pecten, fidicen, tibicen, tubicen, cornicen, liticen (ex lituo, genere tubae minoris [a]); cetera vero [97]) neutralia sunt, *ut*[98]) certamen, certaminis.

Declinatio masculini generis in ·EN·: hic rien, huius rienis, et sequenter.

Item neutrum: hoc certamen, huius certaminis, et sequenter.

Ch. 16. 90. In ·ER· omnium generum sunt. Masculini: hic pater; feminini: mater; neutri: tuber. Unum autem invenitur, quod genetivo crescit dua-
F.146.r. bus syllabis: iter, itineris; apud veteres autem * invenimus hoc itiner.

Ch. 16. 91. In ·ES· correpta masculina et feminina; neutralia nulla per se, nisi quae per communionem veniunt, velut hic et haec et hoc teres, masculina vero miles, feminina seges.

Ch. 16. 92. Quattuor autem inveniuntur quae genetivum diversum faciunt; nam cum omnia efferuntur per ·TIS·, velut comes, comitis; miles, militis; haec sola genetivum per ·DIS· *faciunt*[99]): praeses [100]), reses, deses, obses [b]).

---

96) gigas — γιγας *Cod.* 97) cetera vero — et cetera vero *Cod.* 98) ut = *Cod.* 99) faciunt = *Cod. Additum a nobis e Charisii l. c.* 100) praeses — preses *Cod.*

a) *ex lituo, genere tubae minoris.* Ita legendum pro eo quod Cod. habet: *ex lituo generis tubae minoris*, nisi cum Charisio l. c. malis: *ex lituo, quod est genus tubae minoris.* b) Huc referenda nota in summa folii ora scripta: «*obses* ὅμηρος, *reses* νωχελής; *deses* ῥᾴθυμος.»

93. In ·ES· producta masculina tantum et feminina. Masculina: hic Ch. 16
Hercules, huius Herculis; Ulixes, Ulixis; feminina: caedes, caedis; nubes, nubis. Sunt et graeca, quae genetivum faciunt per ·ΟΥΣ· aut per ·ΟΣ· [1]) Σωκράτης, Σωκράτους, Socrates, Socratis, Χρέμης, Χρέμητος, Chremes, Chremetis. Terentius Chremi declinavit ut Sallustius Persi [2]) [a]) — etiam puerum inde abiens conveni Chremi [b]) — item accusativo Chremem pro Chremetem [c]), et Vergilius, Daren, pro Daretem — praecipitemque Daren ardens agit [d]).

Si qua autem flexo [3]) accentu reperiuntur, haec in suo remanent statu, et graecam declinationem secuntur, velut hic Eumenes, huius Eumenûs, Euprepes, Euprepûs, quamquam quidam dicant Euprepes, Euprepetis; *et* [4]) Eumenes, Eumenetis declinari voluerunt.

Excipiuntur haec, a masculinis quidem: locuples et heres, crescunt enim genetivo; item a femininis pubes, fides, pleps, Ceres [5]), quamquam fides et pubes duplicem significationem habent, et idcirco diversum genetivum faciunt, est enim fides πίστις καὶ λύρα, et ideo cum λύραν significat suam formam servat et declinatur fides, fidis, ut caedes, caedis, cum vero πίστιν fides, fidei facit.

Simili ratione pubes duas habet significationes, est enim ἥβη καὶ ἡβάζων cum ergo ἥβην significat declinatur pubes, pubis, ut nubes, nubis, cum vero ἡβάζοντα pubes, puberis.

94. In ·EX· masculina et feminina inveniuntur, neutrum nullum, nisi Ch. 17.
ex communione; velut masculina: hic vertex, huius verticis, feminina silex, silicis, ex communione hic et haec et hoc simplex.

Horum nominum ablativi diverse efferuntur, namque per ·E· efferuntur, ut ab hoc vertice, et per ·I· ut ab hoc simplici.

Excipiuntur senex et supellex ideo; facit enim supellectilis et senis, item excipiuntur haec quae genetivum per ·*GIS*· non per ·*CIS*· faciunt, velut grex [6]), rex, remex.

95. In ·IL· masculina tantum, velut vigil, vigilis; pugil, pugi- Ch. 17.
lis, femininum unum Tanaquil, Tanaquilis, neutrale nullum.

96. In ·IN· latina nulla, graeca autem Delphin, Delphinis [7]); Tel- Ch. 17.
chin, Telchinis. Horum incusativus secundum graecam declinationem terminatur, ut apud Vergilium — Orpheus [8]) in silvis, inter Delphinas [9]) Arion [e]).

---

[1]) per ·ΟΥΣ· aut per ·ΟΣ· — πιρους aut πιρος *Cod.* [2]) Persi — spersi *Cod.* τῷ s *e praecedenti vocabulo prave repetito.* [3]) flexo — flexu *Cod.* [4]) et = *Cod. Omnino addendum, nis in priore membro* τὸ dicant *delere velis.* [5]) Ceres — caeres *Cod.* [6]) grex — graex *Cod.* [7]) Delphin, Delphinis — delfin, delfinis *Cod.* [8]) Orpheus — orfeus Cod. [9]) Delphinas — delfinas *Cod.*

a) Sallust hist. I. 6. p. 213. Gerl. *bellum Persi macedonicum.* *b*) Terent. Andr. II. 2. 31. ubi vulgo editur: *Chremis*, sic etiam Probum legisse infra Excerpt. Prob. § 76. patebit. Cum Nostro facit Donatus ad h. l, cum Probo Charis. 51. P. *c*) *Chremem* Terent. Andr. III. 2, 46. Eunuch. IV. 4, 56. V. 2, 70. Phorm. I. 2, 13. V. 6, 25. *Chremetem* Andr. II. 1, 14. 3, 11. *d*) Virg. Aen. V. 456. *e*) Virg. Aen. VIII. 55. 56.

Ch. 17. 97. In ·IS· masculina et feminina, hic funis et haec puppis, communia duorum generum, hic et haec suavis.

Horum ablativus dupliciter effertur, et per ·E· et per ·I·, velut ab hac puppe et puppi, item accusativus duplex hanc puppem et puppim, turrem et turrim.

F. 146. v. Utique eiusmodi nominum * pluralis genetivus ante ·UM· syllabam ·I· habet [10]), velut harum puppium, harum turrium.

Excipiuntur haec tria, quae omnino ·I· litteram neque genetivo plurali [11]), neque incusativo, neque ablativo singulari admittunt, sunt autem haec: panis, canis, iuvenis.

Excipiuntur et haec, quae genetivo crescunt, velut cinis, lapis, pulvis, sanguis, vomis, cuspis, cucumis, pollis, lis, vis, glis [12]), Dis.

Graeca vero dupliciter declinantur; aut enim crescunt genetivo, ut Thetis, Thetidis, aut eundem servant genetivum, quem et nominativum ut hic Zeuxis, huius Zeuxis, hic Alexis, huius Alexis. Vis vero singulariter tantum declinatur, velut haec vis, huius vis.

Ch. 17. 98. In ·IX· masculina et feminina, neutrale per se nullum, nisi per communionem. Masculina: hic calix, huius calicis; feminina: salix, salicis, communia: hic et haec et hoc pernix, pernicis. Genetivus [13]) autem singularis ·I· litteram et corripit et producit, et in communibus quidem producit, in ceteris autem fere corripit; ceterum in pix, picis; et nix, nivis.

Ch. 17. 99. In ·O· masculina et feminina, neutralia nulla, nisi quae ex communione veniunt. Masculina: hic Cato, Catonis; feminina: Iuno, Iunonis. Sunt autem quattuor tantummodo, quae ut neutralia esse possunt, quorum pars dimidia declinationem patitur, duo et ambo; pondo autem et octo monoptota sunt, et tantum pluraliter efferuntur, velut haec pondo, horum pondo [14]). Duo autem et ambo etsi correptae esse videntur, tamen accusativo dupliciter efferuntur, namque hos duos et hos duo dicimus; item ambos et ambo apud auctores invenimus.

100. Cum ergo omnia propria genetivo per ·O· efferantur, Apollo et Carthago per ·I·: Apollinis, Carthaginis. Constat autem appellativa per ·I· efferri, velut ordo, ordinis; caligo, caliginis; margo, marginis; lolligo, lolliginis τευθὶς, exceptis his: mucro, mucronis; praeco, praeconis [15]); latro, latronis. Quae autem nominativo ante ·O· ·I· habent litteram, haec et in genetivo servant eandem, velut seditio, seditionis; emptio, emptionis; excipitur unum, Anio, Anienis enim facit.

Invenitur et aliud unum quod neque per ·O· neque per ·I· effertur, velut caro, carnis. Graeca vero in suo statu remanent, namque Erato, Manto,

---

10) habet — habent *Cod.* 11) plurali — pluri *Cod.* 12) glis *Cod. ex em. pr. m.* gliris *Cod. a pr. m.* 13) genetivus — genetivos *Cod.* 14) horum pondo — horum pondorum *Cod.* 15) praeco, praeconis — preco, preconis *Cod.*

Dido, Theano, Allecto, graecam servabunt formam, neque enim possunt declinari ut Iuno, Iunonis, quia latina gravi accentu efferuntur, graeca autem flexo, Mantò, Mantûs, non Mantonis, et apud Vergilium — fatidicae Mantûs[a]) — et idem erit ablativus qui et dativus, dicimus enim ab hac Mantoe, sicut huic Mantoe, et declinamus: haec Dido, huius Didus, huic Didoe, hanc Dido, o Dido, ab hac Didoe.

101. In ·OL· masculinum unum: sol, solis; hic sol, huius solis, Ch. 17.
soli, solem, sol, ab hoc sole.

102. In ·ON· nulla latina, sed graeca tantum et haec masculina. Horum Ch. 17.
genetivus corripitur: Memnon, Memnonis; aut crescit ut: Hippocoon, Hippocoontis[16]).

103. In ·OR· masculina omnia sunt, exceptis his tribus femininis: uxor, Ch. 17.
soror, arbor, atque[17]) sex neutralibus: cor, aequor, marmor, ador, robor, ebor. Et masculina quidem et feminina genetivo ·O· litteram producunt, velut orator, oratoris, feminina: uxor, uxoris. Excipiuntur haec, quae ·O· corripiunt, memor, memoris, arbor. Namque neutralia utique ·O· corripiunt, velut aequor, aequoris. Item graeca ·OR· corripiunt, Hector, Hectoris, Castor, Castoris.

* Omnia autem nomina quae in ·OR· terminantur, feminina ex se fa- F. 147. r.
ciunt in ·TRIX·[b]), velut venator, venatrix, victor, victrix, orator, oratrix, actor, actrix, accusator, accusatrix, et similia. Excipitur auctor, non enim facit auctrix sed auctor. Vergilius — Auctor ego audendi[c]).

104. In ·OS· omnium generum sunt, masculina ut nepos, nepotis, Ch. 17.
feminina ut dos, dotis, neutra ut os, oris. Omnia igitur paene masculina sunt, et genetivum faciunt per ·TIS· ut sacerdos, sacerdotis; exceptis his: custos, custodis, ideo quod ex verbo trahitur; item lepos, mos, flos, ros.

105. In ·OX· communia trium generum, hic et haec et hoc ferox, Ch. 17.
item velox, quae genetivum faciunt per ·CIS· et ablativum faciunt per ·I· Feminina nox et vox; sed nox secundum Graecos declinatur noctis, νυκτός.

106. In ·UL· consul, praesul, ὁ προηγούμενος τοῦ ἱεροῦ, exul et Ch. 17.
unum barbarum: Suthul[d]). Horum genetivus per ·LIS· ut consulis.

107. In ·UR· masculina, hic turtur, huius turturis; commune fur, Ch. 17
hic et haec fur[18]), huius furis; neutrum iecur, iecoris.

108. In ·US· masculina tria: Ligus, lepus, mus; commune unum Ch. 17
trium generum: vetus; feminina XI: salus, servitus, senectus, virtus, Venus, tellus, palus, iuventus, fraus, laus, sus.

---

16) Hippocoon, Hippocoontis — Ippocoon, Ippocoontis *Cod.* 17) atque — adque *Cod.*
18) hic et haec fur — hic et haec et hoc fur *Cod. male, generis enim communis dixit, non omnis.*

a) Virg. Aen. X. 199. *b*) Cfr. Prob. art. min. *c*) Virg. Aen. XII. 159. *d*) Sallust. Iugurth. 37.

Ch. 12. 109. In ·UX· masculina Pollux; feminina tria: lux, crux, nux; commune unum: trux.

Ch. 25. 110. Omnia nomina tertiae declinationis accusativum faciunt per ·EM· exceptis his: puppis, puppim facit, sitis, sitim (pluralem numerum sitis non habet), securis, securim; turris, turrim (et turrem habemus aput Vergilium — turrem in praecipiti stantem [a]) —), pelvis, pelvim λεκάνη, febris, febrim; item civitatium nomina eiusmodi, Neapolis, Neapolim.

Ablativus horum per ·I· effertur.

Ch. 126. 111. Graeca nomina, sicut supra diximus, quae in ·ES· terminantur, in genetivo faciunt ·IS·, si in genetivo ·ΟΥΣ· habuerint [19]), velut Demosthenes, Demosthenis. Sin autem in graeco genetivo ·ΟΥ· habuerint [20]) ut Πηλείδης, Πηλείδου [21]) faciunt Pelides, Pelidae. Possunt tamen et nominativum habere latinum: Pelida, Atrida, Acesta, Achata, Pylada, Oresta [22]). Haec nonnunquam apud auctores sine observatione efferuntur, nam et Aristidis et Aristidae dixerunt magis regulariter, et per hoc pluralem dativum tam ex tertio quam ex primo ordine faciunt, his Aristidis et Aristidibus.

Ch. 21. 112. Dierum sacrorum ac sollemnium appellationes genetivum pluralem duplicem habent, tam ex secundo quam ex tertio ordine, velut Saturnalia, Saturnalium et Saturnaliorum et cetera similiter, Terminalia ὅταν ἐν τοῖς ὁρίοις θύωσιν, Conpitalia ἐπὶ τῶν ἀτραπιτῶν [23]) αἱ θυσίαι, Carmentalia, matri Evandri sacrificia constituta.

Ch. 114. 113. Item illae appellationes, quae etiam latine cum dicantur, natura sunt graeca et [24]) duplicem genetivum pluralem habent, tam ex secundo quam ex tertio ordine, velut poema, diadema, toreuma. Sed sunt qui distinguunt [25]) haec, et errorem esse quemdam ostendunt [26]) differentiam ignorantibus et non esse unam appellationem ex qua elationem genetivus [27]) pluralis duplicem habet, sed duas appellationes idem significantes, alteram secundi, alteram tertii ordinis; sed secundi haec est quae antiquitati datur. Nam antiqui hoc poematum, huius poemati, huic [28]) poemato, ut merito pluralem poemata poematorum dicerent et poematis, hoc diadematum, huius diademati; toreumatum, toreumati et cetera. Tertii autem ordinis haec est quam in consuetudine observabimus [b]), poema, poematis, plurali: poemata, poematum, poematibus; toreuma similiter.

F. 157. v. Ch. 25. 114. * Omnia nomina, quae in ·O· terminantur masculini generis, si tamen recipiant et femininam naturam, erunt communia, velut hic et haec latro,

---

[19]) habuerint — habuerit *Cod.* [20]) habuerint — abuerint *Cod.* [21]) Pelides, Pelidu, *ita Cod. melius tamen haec graecis literis scribuntur.* [22]) Oresta — Ορεστα *Cod.* [23]) ἀτραπιτῶν — ατραιτων *Cod.* [24]) τὸ *et abundare videtur* [25]) distinguunt — distingunt *Cod.* [26]) ostendunt — hostendum *Cod.* [27]) genetivus — genetivos *Cod.* [28]) huic — uic *Cod.*

a) Virg. Aen. II. 460. *b*) *observabimus*, melius apud Charis. l. c. *observamus*.

hic et haec nebulo, hic et haec homo, exceptis his: hic leno, haec lena, hic leo, haec lea [29]), et si qua alia sunt.

115. Omnia nomina, quae singulari ablativo in ·I· litteram [30]) cadunt, Ch. 32.
haec addita ·UM· syllaba faciunt genetivum pluralem, velut ab hoc omni horum omnium, ablativo autem singulari ea demum in ·I· litteram cadunt, quae communia sunt trium generum, ut felix, felici, felicium, et vehemens, vehementi, vehementium, constans, constanti, constantium, atrox, prudens et similia.

116. Etiam alia trium generum nomina sunt, quae, quamvis in masculino Ch. 32.
et feminino ·IS· litteris nominativo [31]) terminantur, tamen in neutrali in ·E· nominativum faciunt, ut hic salutaris, haec salutaris, hoc salutare, hic gracilis, haec gracilis, hoc gracile et similia. In his tamen omnibus observabimus [32]), appellationes dumtaxat si fuerint, tunc ablativum in ·I· litteram facere; nam si propria nomina fuerint, tunc ablativum in ·E· litteram habere debere, ut Felice, Vehemente, Salutare [a]). Nihilominus tamen pluralem genetivum eundem scribunt; tantum ablativum singularem variant in differentia proprii nominis et appellativi.

117. Aeque illa quoque ablativum per ·I· litteram habent, quae nomina- Ch. 32.
tivo in ·E· correpta terminantur, quae sunt utique neutralia, ut mare, sedile, manuale, monile, rete et similia.

118. Item illa per ·I· litteram ablativum habent, quae accusativum per Ch. 33.
·IM· et sunt tertii ordinis, ut puppis, sitis, securis et cetera, quae hoc libro excepimus.

119. Illa quoque, quae similem genetivum nominativo habent [b]), per ·I· Ch. 33.
litteram ablativum habent, et per ·E· ut haec navis, huius navis, ab hac navi et nave, duplicem enim haec regula habet [c]) ablativum, et ignis similiter et turris et ratis.

120. Item illa per ·I· ablativum habent, quae in ·L· litteram nominati- Ch. 33.
vum habent et sunt neutralia: tribunal, vectigal.

121. Item illa ablativum [33]) per ·I· faciunt, quae genetivo plus quam una Ch. 33.
syllaba crescunt: supellex, supellectilis, praeceps, praecipitis [34]).

122. Omnia nomina, quae in ·NS· terminantur, si modo non sunt parti- Ch. 33.
cipia, possunt et [35]) plurali neutraliter intellegi et singulariter feminine [36]) derivari ad appellationem, velut hic vehemens, neutraliter plurali haec vehementia τὰ σφοδρὰ, feminine singulariter: haec vehementia ἡ σφοδρότης, item prudens, prudentia et similia. Unde igitur dinoscitur et discernitur nomen a participio? quod nomen recipit conparationem et

---

29) lea *Cod. ex em. pr. m.* laea *Cod. a pr. m.* 30) litteram — littera *Cod.* 31) nominativo — nominatio *Cod.* 32) observabimus *Cod. ex em. pr. m.* observamus *Cod. a pr. m.* 33) ablativum — ablativo *Cod.* 34) praeceps, praecipitis — preceps, precepitis *Cod.* 35) possunt et — possun ex *Cod.* 36) feminine — femine *Cod.*

a) Iupiter Salutaris Cic. de fin. III. 20. Leg. X. Salutaris Grut. DXCVIII. 5. b) *habent* melius apud Charis. l. c. *habebunt.* c) *haec regula habet,* nonne legendum: *haec regulá habent.*

superlationem, unde etiam appellatio derivatur [a]); participium autem non recipit.

Ch. 33. 123. Sed evenit saepenumero ut ex ipsis participiis nomen sive appellatio similis participio derivetur, velut ex eo quod est patior [37]) participium facimus patiens *ὁ ὑπομένων*, fit et nomen patiens *ὁ ἀνεξίκακος καὶ ἡ ἀνεξίκακος*, item ex eo quod est sapio, sapiens *ὁ φρονῶν* fit et nomen sapiens *ὁ φρόνιμος*, hinc [38]) fit ex nomine dumtaxat plurali neutro [39]) sapientia *τὰ φρονοῦντα* et sapientia *ἡ φρόνησις*.

Ch. 34. 124. Sed nonnunquam ex participiis, unde conparatio esse non potest, invenimus derivari ad feminina etiam appellationes [40]), ut audiens, audientia *τὰ ὑπήκοα καὶ ἡ ἀκρόασις*, silens, silentia *τὰ ἥσυχα*, feminine silentia *ἡ σιωπὴ* [b]).

Ch. 34. 125. In omnibus, quae genetivo crescunt, non invenies plus una syllaba crescere, praeter pauca, ex quibus, quae suggesta memoriae [41]) sunt, inseruimus, iecur, iecineris (quidam dicunt et hoc iocinus, iocinoris); suppellex, suppellectilis (quamquam alii dicant in nominativo haec suppellectilis); et hic praeceps [42]), huius praecipitis.

F.148.r. * In his quaedam ablativum per ·I· litteram *facere* [43]) observavimus [44]), quae etiam, cum de ablativo adnotaremus, ibi quae ·I· litteram habent, excepimus.

Ch. 34. 126. Sunt quaedam nomina nominativo duplicia, sed quae non ex utroque nominativo declinationem accipiant, sed ex altero, velut satias et satietas; verumtamen non ex eo quod est satias, sed ex eo quod est satietas, satietatis facit [45]); item iter et itiner, verumtamen ex eo quod est itiner, itineris, itineri facit. Et alia sunt, verum sufficiunt haec exempli causa.

127. Omnia nomina monosyllaba trium generum tertii ordinis sunt, excepto uno masculino et duobus femininis, hic enim vir, huius viri facit secundi ordinis; et spes et res, quinti ordinis, velut haec spes, spei; res, rei.

Ch. 27. 128. NOMINA MONOSYLLABA MASCULINI GENERIS.

As, assis *ἀσσάριον* — bos, bovis — dux, ducis — dens, dentis — flos, floris — fons, fontis — fur, furis — grex [46]), gregis, — glis, gliris *μυοξός* — Mars, Martis — mons, montis — mas, maris — mos, moris — mus, muris *μῦς* — pes, pedis — praes, praedis *ἔγγυος* [47]) — par, paris *ἴσος* — pons, pontis — rex, regis —

---

37) patior — patio *Cod.* 38) hinc — hic *Cod.* 39) neutro — neutra *Cod.* 40) appellationes — appelationes *Cod.* 41) memoriae — memoria *Cod.* 42) praeceps — precipes *Cod.* 43) facere = *Cod.* 44) observavimus — observabimus *Cod.* 45) facit — faciat *Cod.* 46) grex — graex *Cod.* 47) ἔγγυος — ιυγος *Cod. a pr. m. et* ιυγυος *ex em. pr. m.*

a) *unde* (e comparativis et superlativis scilicet, ut melioratio, Clarissimatus) *etiam appellatio derivatur.* Haec διὰ μέσου summi debent. *b*) *silentia* addit bene Charis. l. c. *non dicitur.*

ros, roris — sal, salis — sol, solis — trux, trucis ἀντὶ ἀληκτικός — vir, viris [48]) — vas, vadis. —

129. FEMININI GENERIS.

Ch. 27.

arx, arcis — ars, artis — calx, calcis — cos, cotis — crux, crucis σταυρός — dos, dotis — fax, facis — frux, frugis — falx, falcis — faex, faecis — frons, frontis — fraus, fraudis — fors, fortis — glans, glandis — gens, gentis — glos, gloris γάλως ἀδελφὴ ἀνδρός [49]) — lanx, lancis — lens, lentis — lis, litis — laus, laudis — lux, lucis — mens, mentis — merx, mercis — mors, mortis — nix, nivis — nox, noctis — nex, necis — nar, naris — nux, nucis — ops, opis — pax, pacis — pars, partis — prex, [50]), precis — plebs, plebis — pix, picis — res, rei — spes, spei — stips, stipis — stirps, stirpis — sors, sortis — sus, suis — lis, litis — trabs, trabis — vox, vocis — vix, vicis — urbs, urbis — vis, vis et cetera [51]) — et haec omnia crescunt genetivo, exceptis his duobus vis et sus, (Vergilius — setigerumque fetum suis [a]), dixit.)

130. NEUTRI GENERIS.

Ch. 27.

Aes, aeris — cor, cordis — crus, cruris — fas (ἄκλιτον) θεμιτόν — far, faris — fel, fellis — git μελάνθιον (ἄκλιτον) — ir θέναρ (ἄκλιτον) — ius, iuris — lac, lactis — mel, mellis — os, oris — os, ossis, (sed et ossus, ossi) — par, paris — rus, ruris — tus, turis — vas, vasis — ver, veris — Et haec omnia declinantur, exceptis his duobus fas et ir quae indeclinabilia sunt.

131. Quartae declinationis masculini generis nominativus et genetivus singularis in ·US· terminantur, velut hic senatus, huius senatus, item feminina haec [52]) porticus, huius porticus, item neutra hoc genu, huius genu, huic genu, similiter et cornu singulari non declinatur, quamvis Lucanus cornus genetivum dixit libro VII. — cornus tibi cum sinistri [b]). Ch. 28.

132. Omnis appellatio quae ex verbis proficiscitur et in ·US· terminatur, masculini generis est; velut ex verbo descendo hic descensus. Fit et ex coeo hic coitus, ambio hic ambitus, adficio hic adfectus; et quarti ordinis sunt et genetivo per ·US· efferuntur. Ch. 30

Sed si participium erit, secundi erit ordinis et per ·I· genetivo proferentur, velut: hic habitus [53]), huius habiti, hic morsus, huius morsi.

---

[48]) vir, viris *Cod. Omnino delendum videtur, deest quoque apud Charis. l. c.* [49]) ἀδελφὴ ἀνδρός — αδελφηςανδρες *Cod.* ἀνδροαδελφή Charis. l. c. [50]) prex — precps *Cod.* [51]) vis vis et cetera — vis vis era *Cod.* [52]) haec — haec haec *Cod.* [53]) habitus — abitus *Cod.*

a) Virg. Aen. XII. 170. ubi nunc legitur: *setigeraeque.* *b*) Lucan. Phars. VII. 217. Cfr. Serv. ad Virg. Aen. III. 22. et adi dissertationem de genet. sing. voc. cornu, gelu, a doctiss. Freund. Lex. latino I. 1. p. LXVI. ss. praemissam.

Sed si non fallor, omnium verborum appellationes etiam in ·O· terminantur; quae cum in ·O· terminata fuerint, generis feminini sunt, velut haec coitio, haec ambitio, haec scriptio [54]), haec adfectio, haec descensio, ascensio, morsio, dilectio, amatio et cetera.

Ch. 18. 134. Est et alius ordo declinationis, quem alii ad secundam declinationem pertinere dicunt, quoniam genetivum in ·I· litteram facit, alii [55]) tertiae putaverunt, quoniam accusativum in ·EM·, item dativum et ablativum pluralem in ·BUS· facit, quem ideo nulli parti tribuentes, quintae esse dicendum putaverunt veteres grammatici. Exempla hic dies, haec dies, huius diei, dum tamen sciamus pluralem feminine hae dies et has dies, non oportere nos dicere, quamvis singulariter feminine dicimus. Cetera tamen similia feminino modo proferuntur tantum, ut species, materies, luxuries, inluvies, macies; quare [56]) specieum pluralem genetivum non similiter observabis, sicut in die et meridie per ·RUM· sed per ·UM· syllabam, ut specieum, materieum, luxurieum.

F.148.v. Ch. 18. 52. 135. Sed veteres in hac specie declinationis * genetivum singularem similem nominativo dicebant, in quibus Cicero pernicies [a]) casu genetivo dixit, ratione illa, quod cum nominativus pluralis a genetivo singulari proficiscatur, sitque aut idem, aut earumdem syllabarum velut: huius scholae, hae scholae, et huius Marci, hi Marci, item genetivus sequi debet nominativum pluralem, et ideo Cicero pernicies casum genetivum extulit.

136. Huius tamen quintae declinationis nomina quae ante ·ES· productam et puram habent ·I· litteram, haec omnia et feminina sunt et correpta, velut: dies, materies, luxuries. Excipitur autem quies, quod genetivo casu crescit, quietis enim facit et fit tertii ordinis, quanquam conpositum ex eo requies servat suam regulam, et requiei facit, sicut Vergilius — requiem spatiumque furoris [b]). — Si autem non [57]) adiecta fuerit littera ·I·, ·IS· [58]) facit genetivum, et fit tertiae declinationis, velut: nubes, nubis, caedes, caedis. Corrumpuntur autem haec tria, spes, res, fides, quae faciunt spei, rei, fidei. De fame ambigitur; quidam enim haec fames, huius famis, quidam huius famei ut fidei declinaverunt.

Ch. 19. 137. Sunt quaedam nomina quae singulariter tantum efferuntur; sunt quae pluraliter tantum; haec paene maiore ex parte collecta, suo quaeque ordine subicimus.

---

[54]) scriptio — scrihtio *Cod.* [55]) alii — aliae *Cod.* [56]) quare — quarum *Cod.* [57]) Si autem non — sin autem *Cod.* [58]) ·IS· — ·NIS· *Cod.*

a) Genetivus *pernicies*, quem etiam Diomed. 282. P. in quibusdam auctoribus inveniri ait, in Cicerone qualem hodie habemus nuspiam legitur. Fortassis respexerunt Noster et Charisius locum ex oratione pro Rosc. Amer. 45. *quorum nihil pernicii causa factum putamus*, ubi Non. 486. Merc. *pernici* legit. Ceterum pro eo quod Noster habet: *pernicies, casu genetivo dixit*, Charisius 53. P. habet: *pernicies causa genetivo extulit*. *b*) Virg. Aen. IV. 433. ubi nunc legitur: *furori*.

138. MASCULINA SEMPER SINGULARIA.

Hic clavus[59]) ὁ ἧλος — **cruor**, (Vergilius **cruores**[a]) dixit) — **hic** Ch. 19.
fumus — **hic fimus** ὄνθος — **hic genius** ἡ τύχη — **hic muscus**, (herba) — **hic pulvis**.

139. FEMININA SINGULARIA.

Haec barba (Vergilius [b]) pluraliter dixit) — **haec culpa** — **haec** Ch. 19.
eloquentia — **haec fames** — **haec Graecia** — **haec galla** κηκίς — **haec clavus**[60]) (purpura vestis) — **haec hara** συφεών — **haec lux** — **haec labes**[61]) ὄλισθος — **haec memoria** — **haec malitia** — **haec pax** (Sallustius pluraliter dixit — **Iudicia, bella atque**[62]) **paces**) [c]) — **haec prosapia**, ἡ ἐκ προγόνων εὐγένεια[63]) — **haec rabies**[64]) — **haec supellex** — **haec sanies** — **socordia** ἠλιθιότης — **haec sitis** — **haec tabes** — **haec vecordia** — **haec vis**.

140. NEUTRALIA SEMPER SINGULARIA.

Hoc allex ἄλληξ [d]) ἰχθὺς τεταριχευμένος — **hoc barathrum** — **cal-** Ch. 19.
lum τύλωμα[65]) — **coenum**[66]) — **crocum** (Vergilius masculine dixit: — **crocumque rubentem** [e]) — **hoc foenum**[67]) — **hoc fel** — **hoc genium** [f]) — **hoc ius** ὁ ζωμός [g]) — **hoc iustitium** (luctus publicus) — **hoc letum**[68]) — **hoc murmur** — **hoc pelagus** — **hoc par** — **hoc pus** πῦον[69]), ἄκλιτον [h]) — **hoc sulphur**[70]) — **hoc rudus** γῆς σωρός — **hoc robor** — **hoc rus** — **hoc scrupulum** σκινδάλαμος[71]) — **hoc sinape** — **hoc siler** λύγος — **hoc vulgus** (Vergilius masculine dixit — **In vulgum ambiguas**[72]) [i]) — **hoc**[73]) **virus** ἰὸς ἐχίδνης — **hoc viscum** ἰξός (sed Plautus **viscus** dixit)[74]) [k]).

141. MASCULINA SEMPER PLURALIA.

Hi antes ὄρχατοι, οἱ στοῖχοι τῶν ἀμπέλων, λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ ἱππικῶν τα- Ch. 19.
ξείων [l]) — **hi carceres**, αἱ ἀφετηρίαι ἀπὸ τοῦ συνέχειν[75]) [m]) (sed Vergilius

---

[59]) clavus — clavos *Cod.* [60]) clavus — clavos *Cod.* [61]) labes — laves *Cod.* [62]) atque — adque *Cod.* [63]) εὐγένεια — ευγενια *Cod.* [64]) rabies — ravies *Cod.* [65]) τύλωμα — τυλωνια *Cod.* [66]) coenum — caenum *Cod.* [67]) foenum — faenum *Cod.* [68]) letum — lecum *Cod.* [69]) πῦον — ποιον *Cod.* [70]) sulphur — sulpur *Cod.* [71]) σκινδάλαμος *ita Cod. pro vulgato* σκινδαλμός [72]) ambiguas — ambigus *Cod.* [73]) hoc — ho *Cod.* [74]) dixit — d. *Cod.* [75]) συνέχειν — συνεχιν *Cod.*

a) Virg. Aen. IV. 627. b) Virg. Georg. III. 386. c) Sallust. Iug. 31. d) *Allex* ita Cod. pro vulgato *alec* Cfr. Prisc. VI. 4, 20. 21. e) Virg. Georg. IV. 182. f) *hoc genium* ita Cod. luculentis litteris, Charis. l. c. habet: *hoc genu.* g) ὁ ζωμός, addit Charis. l. c. τὸ δίκαιον *et iura et iuribus legimus.* h) *pus* ἄκλιτον Cfr. Charis. 23. P. Diomed. 314. P. Phoc. 1690. P. i) Virg. Aen. II. 99. k) Plaut. Bacch. I. 1, 16. Poen. II. 33. l) Cfr. Serv. ad Virg. Georg. II. 412. m) *carceres a coercendo* Varro de LL. V. 153. Charis. l. c. hinc Noster ἀπὸ τοῦ συνέχειν.

— ruuntque effusi carcere currus [a]) — singulariter dixit.) — **hi cani** *πολιαί* — **hi casses** [76]) *ὑφάσματα ἀραχνῶν* — **hi casses** *τὰ δίκτυα* — **hi cancelli** — **hi caelestes** — **hi foci**, (pro sedibus, pro penatibus) — **hi furfures** *πίτυρα* — **hi fori**, (loca spectaculorum, item fori sunt in navibus, ubi nautae sedentes remigant) — **hi freni** *χαλινοί* (sed et **frena** et **frenum** invenimus); *λέγεται* [77]) *δὲ καὶ σειρὰ* [78]) *φύσεως* **freni** [b]) — **hi inferi** — **hi grumi** *οἱ διορίζοντες τοὺς ὅρους λίθοι* — **hi inferni** *ὑπόγειοι* [79]) **hi liberi** *τὰ τέκνα* — **hi lendes** *κόνιδες* — **hi lares** *θεοὶ κατοικίδιοι* [80]) et larem legimus et las et lar) — **hi loci**, *τῆς μήτρας οἱ τόποι* — **hi lemures** [81]) *νυκτερινοὶ δαίμονες* — **hi mores** — **hi manes** — **hi maiores** *πρόγονοι* — **hi minores** *μεταγενέστεροι* — **hi nostrates**, *ἡμέτεροι*, (sed huic singulare quidam dant **nostras**, **nostratis**, ut **potestas**, **potestatis**, et **magistras**, **magistratis** invenimus) [c]) — **hi optumates**, (sed invenimus **optumas**, et **infimates** legimus) — **hi pugillares** [82]) *πινακί-*
F. 149. r. *δες* [83]) — **hi primores** — * **hi proceres** — **posteri** — **Quirites** (et **Quiritem** invenimus) — **hi quinquatrus** [d]) *παναθήναια* — **hi sentes** — **hi sales**, (cum religionis causa [e]) dicimus) — **hi vepres** *ἄκανθαι, θάμνοι, βοτανώδης τόπος.* —

142. FEMININA SEMPER PLURALIA.

Ch. 20. **Hae argutiae** [84]) *φλυαρίαι* [85]) — **hae angustiae** — **hae arae** — **hae alpes** — **hae aedes**, (domus, sed **aedis**, si dixeris, templum significas) — **hae antiae** [f]) *κόμαι αἱ διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι* — **hae Antemnae** — **hae blanditiae** — **hae bigae**, **trigae**, **quadrigae** — **hae conpedes** — **hae caulae** [g]) *μάνδραι* — **hae caerimoniae** *θρησκεῖαι, θυσίαι* — **hae cunae** *βαυβαλιστήριον* [h]) — **hae crates** *πλέγματα* [86]) *ῥάβδων* (et **cratem** dixerunt) — **hae copiae** *ἐπιτήδεια* [87]) — **hae divitiae** — **hae deliciae** — **hae dapes** (et **dapis** dixerunt) [88]) — **hae dirae**, *κατάραι* — **hae exuviae** [89]) — **hae exequiae** *ἐκκομιδαί* — **hae Esquiliae** (locus Romae) — **hae fauces**, (et **faux** invenimus) — **hae fruges** *καρποὶ οἱ*

---

76) casses — caces *Cod.* 77) λέγεται — κιγιται *Cod.* 78) σειρὰ — σιρα *Cod.* 79) ὑπόγειοι — επιγιοι *Cod.* 80) κατοικίδιοι — κατειχιδιο *Cod.* 81) lemures — lemores *Cod.* 82) pugillares — pugillare *Cod.* 83) πινακιδες — πιναχίδες *Cod.* 84) argutiae — arcutiae *Cod.* 85) φλυαρίαι — φλοιαριαι *Cod.* 86) πλέγματα — ποεγματα *Cod.* 87) ἐπιτήδεια — επιτιδια *Cod.* 88) dixerunt — d *Cod.* 89) exuviae — exubiae *Cod.*

a) Virg. Georg. III. 104. b) Cfr. Cels. VII. 25. n. 2. c) *et magistras — invenimus.* Apud Charis. l. c. «*magistrates et magistratus invenimus*». d) *hi quinquatrus*, apud Charisium l. c. *quinquatres*, recte, nam *quinquatrus*, feminini generis sunt Vid. Gell. N. A. II. 21. e) «*quum iuramus per hos sales dicimus.*» Charis. 27. P. Cfr. Fest. sub v. mola. p. 168. L. f) *Antiae muliebres capilli demissi in frontem appellati ex graeco videntur; quod enim nos contra illi ἀντίων dicunt.* Fest. Pauli Diaconi p. 15. L. Cfr. gloss. graecas a Scaligero et Dacierio ad h. l. (p. 324) L. notatas. g) *cum fremit ad caulas* Virg. Aen. IX. 60. h) βαυβαλιστήριον dedimus pro βαβαλιστεριο (sic) Codicis. Derivatur haec vox a βαυβαλίζω Cfr. Steph. thes. gr. s. v. βαυβᾶν.

χαμόθεν, οὐχ οἱ κρεμάμενοι, (et frugem et fruge dixerunt) — hae fores αἱ θύραι (et foris invenimus singulariter) — hae fasces (et fascem invenimus masculino genere) — hae fortunae, ὑπάρχοντα — hae feriae — hae falerae ἱπποκόσμια — hae facetiae, εὐομιλίαι — hae foveae [90]) (fossae et insidiae venatorum) βόθυνοι — hae genae παρειαί [91]) — hae grates (quas agimus ob merita) — hae Gratiae (deae) — hae gingivae τὰ οὖλα τῶν ὀδόντων — hae gerrae, πλεκτά τινά ἐστιν τοῖς τείχεσιν [92]) προσφερόμενα [a]) — hae induciae [93]) — hae inferiae — hae insidiae — hae inimicitiae — hae inertiae (et inertia dicitur) — [hae Idus εἶδοι [94]) — hae indiciae [95]) ἔλεγχοι — hae ianitrices εἰνάτερες [96]) [b]) — hae inlecebrae, (et inlecebra invenimus) — hae Kalendae [97]) — hae lactes, λοβοὶ τῶν σπλάγχνων, λεπτὰ ἔντερα — hae litterae — hae lutinae, πηγηματα [c]) — hae lautumiae λατομία [d]) — hae latebrae — hae minae — hae manubiae — hae nuptiae — hae Nonae — hae nares — hae nundinae — hae nugae — hae neniae ἐπιτάφιοι — hae leriae [e]) φλυαρίαι [98]) — hae opes (accusativum et genetivum et ablativum singularem huius nominis invenimus, hanc opem, — opem ferre — et huius opis, — vide si quid opis adferre huic Terentius [f]), et — ab hac ope — Salustius in II. — cum egens alienae opis plura mala ex spectarem — in oratione Cottae [g]), Cicero in pro Milone — ut omnem semper vim quacumque ope possent a corpore, *a capite, a vita sua propulsarent* [h]) — hae plagae δίκτυα — hae preces (Vergilius — prece numen adora [i]) — singulariter dixit) — hae primitiae ἀπαρχαί —

[90]) foveae — fuvae *Cod.* [91]) παρειαί — παρειαι *Cod.* [92]) τείχεσιν — τιχεσιν *Cod.* [93]) induciae — indutiae *Cod.* [94]) εἶδοι — ἰδει *Cod. ex em. pr. m.* ἰδες *a pr. m.* [95]) indiciae *ita Cod.* [96]) ianitrices. εἰνάτερες — inatrices, ιαντηρες *Cod.* [97]) Kalendae — Kalandae *Cod.* [98]) φλυαρίαι — φλειαριαι *Cod.*

[a]) Cf. Festum Pauli Diaconi s. v. Gerrae p. 70. L. et Cfr. Gothofredum et Lindem. ad h. l. p. 436. L. Non. p. 118. Merc. *b*) Cfr. Isid. Origg. p. 316. L. *c*) *Lutinae*, h. v. nuspiam invenimus, fortassis legendum: *lutrinae*, certe in Gloss. H. Stephani legitur, *luto, as*, πλύνω, item *lutor* πλύτης. Pro graeco codicis πιγματα dubitanter πηγηματα (τὰ) scripsimus; habetur in Gloss. laudato: πηγηματον *fontanum*; ceterum in Cod. nostro η et ι saepius inter se permutantur, sic e. g. ριματικα pro ῥηματικά scribitur etc. *d*) Cfr. Varr. de LL. V. 151. *e*) *leriae*, a graeco λῆρει Cfr. not. Dac. ad Paul. Diac. p. 471. L. *f*) Terent. Phorm. III. 3, 20. *g*) Duo hic videntur citari loci Sallustiani, ab aliis grammaticis non memorati, prior: *ab hac ope*, ex historiarum libro II., alter ex oratione Cottae, in ea quam circumferunt huius orationis recensione haud superstes; nisi locum mutilatum, et secundo historiarum Sallustianarum libro a Nostro adscribi malis Cottae orationem, quam utique huius libri partem constituisse vix dubitari potest. De C. Aurelii Cottae alia oratione haud est cogitandum, cum oratorem hunc nihil scripti reliquisse Cicero Orator. 38. innuat. Certe apud Charisium 195. P. pro: *C. Cotta pro Veterio*, legendum est: *Cato pro Veturio* Cfr. Meyer Orator. Rom. Fragm. p. 163. s. *h*) Cicero pro Milone XI. 30. Ceterum totus hic de voce *opes* locus imae folii orae a prima manu est adscriptus, ultima autem linea quam ex editis Ciceronis libris suppletam inclinatis literis expressimus bibliopegi cultro ita est abscissa, ut nonnisi aliquot apicum vestigia supersint. *i*) Virg. Aen. III. 437.

hae quisquiliae φρυγάνων χάρτη — hae reliquiae — hae retes δίκτυα (et in consuetudine dicitur in retes meas incidisti, retia enim plurali nominativo ex rete, quod est neutrale, nominativum facit) — hae sarcinae σκεύη — hae sortes — hae sordes ῥύποι (et sordem invenimus) — hae scopae σαρός — hae scalae — hae salinae ἁλοθήκια — hae tenebrae — hae tendiculae σαγῆναι — hae vires — hae vindiciae καρπίστεια [99]), ἐλευθερία, ἐκδικία.

143. NEUTRALIA SEMPER PLURALIA.

Ch. 20. Haec arma — haec avia, (loca longe secreta) — haec arbitria, (cum potestates officia dividunt) — haec battualia αἱ γυμνασίαι τῶν μονομάχων — haec bona, τὰ ὑπάρχοντα — haec Bacchanalia βακχεῖα [100]) — haec brevia βράχη — haec castra, (et castrum dixerunt) — haec cibaria [1]), σιτομέτρια — haec crepundia ἀναγνωρίσματα [a]) — haec cete τὰ κήτη — haec compitalia, τὰ ἄμφοδα — haec Carmentalia, (matri Evandri sacrificia) — haec Cerealia — haec cunabula — haec comitia ἀρχαιρέσια [2]) — haec diaria — haec exta [3]) σπλάγχνα — haec Genialia [4]) τύχαια — haec gaesa, ἀκόντια — haec Heraclia [5]) — haec iuga ἀκρωτήρια [b]) (iugum enim ἵππου ζυγός, sed Vergilius — hoc superate iugum — dixit) [c]) — haec iusta ἔθιμα [6]) — haec intestina [7]) ἔγκατα — haec iugera πλέθρα [8]) (et iugerum dicimus) — haec incunabula βαυβάλια [9]) — haec Liberalia ἑορτὴ Διονύσου — haec lautia ἀνδομενία — haec lumina (Vergilius — cui lumen ademptum [d]) singulariter) — haec praestigia [10]) ἀμαύρωσις, (unde praestigiatores [11]) ψηφοκαίκται [12]) — haec Lupercalia Πανεῖα [13]) — haec moenia — haec

F.149.v. magalia [e]) — * haec mapalia [f]) — Neptunalia — orgia [g]) — Palaria (cum milites ad palos exercentur) — Procastria (quae ante castra sunt) — Parentalia νεκύσια [14]) — praecordia [15]) σπλάγχνα, τὰ ὑποχόνδρια — rostra (ubi concionantur) [16]) — repotia λυσικόδια — spectacula — spolia (et spolium invenitur) — sponsalia — Saturnalia — serta (et sertum invenimus) — Terminalia ὁροθέσια οἷς ἑορτάζοντες Ῥωμαῖοι θύουσιν — Tempora κρόταφοι — verbera μάστιγες (sed Vergilius — et

---

99) καρπίστεια — χαρπιστια *Cod.* 100) βακχεῖα — βαχχια *Cod.* 1) cibaria — civaria *Cod.* 2) ἀρχαιρεσία — αρχιερισια *Cod.* 3) exta — exsta *Cod.* 4) genialia — genealia *Cod.* 5) Heraclia — eraclia *Cod.* 6) ἔθιμα — αιθιμα *Cod.* 7) intestina *Cod. ex em. pr. m.* intentina *Cod. a pr. m.* 8) πλέθρα — πλθρα *Cod.* 9) βαυβάλια — βαβαλια *Cod.* 10) praestigia — prestrigia *Cod.* 11) praestigiatores — prestigiatores *Cod.* 12) ψηφοπαῖκται — ψηφοπικται *Cod.* 13) Πανεῖα — πανια *Cod.* 14) νεκύσια — νεκυτια *Cod.* 15) praecordia — precordia *Cod.* 16) concionantur — contionantur *Cod.*

a) Vid. Rhunk. dictat. in Terent. (Eunuch. IV. 6. 15.) ed. Schopen. p. 127. *b*) ἀκρωτήρια, rectius Charis. l. c. ἀκρώρεια. *c*) Virg. Aen. VI. 676. *d*) Virg. Aen. III. 658. *e*) Additur apud Charis. l. c. καλύβαι Ἀφρῶν. *f*) *mappalia*, addit Charis. l. c. καλύβαι ἀγρῶν. *g*) *orgia*, addit Charis. l. c. Διονύσου μυστήρια.

torto volitans sub verbere turbo [17]) [a]) — singulariter) — viscera (Ovidius singulariter — viscere diviso) [b]) — vada (et vadum dixerunt) — Volcanalia.

Quae semper pluralia sunt, si plus quam una significare velimus: masculinis binos ternosque locos, femininis binas ternasque scalas, neutris bina ternaque spectacula [c]).

144. Elementa semper singularia sunt, aether, caelum, aer, ver, sol, iubar [18]), autumnus, terra, mare, quamvis maria dicitur, nec marium, nec maribus, et terras pro terrae regionibus accipimus. Ch. 21.

145. Item metallica semper singularia sunt, aurum, argentum, ferrum, aes, plumbum, cassiterum, orichalcum, aurichalcum, et quamvis aera dicimus, tamen ceteris casibus non utimur [19]). Ch. 21.

146. Item quae mensura constant, arida dumtaxat, quae numerari non possunt, semper singularia sunt, ut triticum, frumentum, quamvis et frumenta dicimus: far ζέα, ador ζεία, hordeum, (serit hordea Vergilius) [d]), faba [20]), lenticula [21]), lens, cicer, milium κέγχρος, paniceum [22]) [e]) μελινεως κέγχρος, [f]) oryza [23]). Ch. 21.

147. Item liquida semper singularia, mel (et mella legimus,) oleum, vinum (et vina legimus), mulsum οἰνόμελι, defrutum ἕψημα [24]) acetum, lac, muria γάρον, liquamen, et si quid horum nominativo plurali efferatur, ceteris casibus cessabunt. Ch. 22.

148. Item nomina montium, fluminum, civitatium semper singularia sunt, nisi quae natura pluraliter enuntiantur, ut Athenae, Thebae, Puteoli [25]), Ostia. Ch. 22.

149. Item singularia semper sunt, quae nec videri nec tangi possunt, verum ab his in alterutram partem, doloris aut [26]) gaudii adficimur, ut gaudium (et gaudia dixerunt) [g]), vigor (et vigores dixerunt), metus (et metus pluraliter), letum, fuga, pallor (pallores diciiur) [27]), Ch. 22.

---

[17]) verbere turbo — ververe turvo *Cod.* [18]) iubar — iuvar *Cod.* [19]) utimur — utimus *Cod.* [20]) faba — *fava Cod.* [21]) lenticula — lenticla *Cod.* [22]) — paniceum sic *Cod.* [23]) oryza — oriza *Cod.* [24]) ἕψημα — εψεμα *Cod.* [25]) Puteoli — poteoli *Cod.* [26]) aut — au *Cod.* [27]) dicitur — d. *Cod. Ita et mox infra.*

a) Virg. Aen. VII. 378. b) *Viscere diviso*, apud Ovidium non invenimus, habet autem: *viscere humano*, in Ibin. v. 404. *viscere inconsumto* Ibid. v. 196. coelesti viscere Fast. IV. 205. et *viscere tela haerentia*, Metamorph. VI. 290. cuius postremi loci lectio Prisciani (VI.) auctoritate confirmatur. Ceterum apud Charisium hoc de singulari *viscere* additamentum non habetur. c) *Quae semper pluralia — spectacula.* Haec misere apud nostrum truncata, ita apud Charis. l. c. leguntur: *Quae semper pluralia sunt, si plusquam unum significare velimus, si quidem masculina sint, ut puta hi loculi, ita dicemus: binos trinosque loculos. Si vero feminina, ut puta hae scalae, ita dicemus, binas ternasque scalas, et neutralia similiter, ut puta haec spectacula.* d) Virg. Georg. I. 210, ubi nunc legitur *serite.* e) *paniceum* sic Cod. pro vulgato *panicum.* In Cangii Lex. med. et inf. Lat. legitur *panicium.* f) Fortassis legendum μέλινος, κέγχρος. De forma μέλινος pro vulgato μελίνη adi Schneideri Lex. graec. sub h. v. g) Charis l. c. *quamvis Vergilius et gaudia dixerit: Latonae tacitum pertentant gaudia pectus.* (Aen. I. 506.) Cfr. etiam Aen. V. 828. VI. 279. 513, X. 325. 652. XI. 180.

timor, terrór, (terrores dicitur), insania, sopor, (sopores dicitur), furor, (pluraliter dicitur), ius, (pluraliter iura tantum), iustitia, moestitia [28]), senium μέριμνα ψυχική [a]), maeror, λύπη. (Cicero pluraliter extulit in pro Cluentio — sed multorum medicamentum maerorum) — scrupulum, sapientia, salus, fides, perfidia, macies, maciei, inertia, misericordia, segnitia, pigritia, velocitas, (pluraliter dicitur), sed auctores non usquequaque hoc observaverunt [29]).

DE MONOPTOTIS.

Ch. 22. 150. Sunt quaedam nomina tota in declinatione et singularia et pluralia monoptota, in quibus et communia trium generum [30]) sunt, ut nequam, frugi, nugas, pondo, quamquam unum pondo non dici sciamus, sed in libram referri, duo enim pondo et tria pondo et deinceps observamus.

Ch. 22. 151. Id quoque observabimus ut quotiens de neutro loquamur, correpte dicamus duo milia παρὰ τὸ [31]) δύο in accentu enim longo, duo homines, ambo homines, ambae mulieres dicitur [32]), nihili, hoc subus τὸ συοβόσκιον unde subulcus, συοβόσκος, bubus βουκόλιον, bubulcus βουκόλος [b]).

Ch. 23. 152. Sunt quaedam singularia nomina tantum monoptota, quae pluralia non habent; sunt autem neutralia, git μελάνθιον, fas, pus, instar et similia.

Ch. 23. 153. Sunt quaedam singulariter tantum monoptota, quae pluralibus casibus admittunt naturalem declinationem velut: genu, gelu, testu et similia.

Ch. 23. 154. Sunt quaedam plurali tantum monoptota communia in numeris posita, tot, quot, aliquot. Haec alii inter pronomina posuerunt, alii inter adverbia.

Ch. 23. 155. Sunt quaedam quae singulariter non in omnibus casibus cadunt, at [33]) pluralem declinationem sollemnem admittunt, frondem et fronde, frugem et fruge, vicem et vice [34]).

Ch. 23. 156. Sunt quaedam quae declinationem non admittunt, in quibusdam

---

28) moestitia — mestitia *Cod.* 29) observaverunt — observaberunt *Cod.* 30) generum *Cod. ex em. pr. m.* genera *Cod. a pr. m.* 31) Ita *Cod.* 32) dicitur — d *Cod.* 33) at — ad *Cod.* 34) vicem et vice — vigem et vige *Cod.*

a) μέριμνα ψυχική omnino post *moestitia* scribendum fuisset, noluimus tamen loco movere, ob illam Nonii Marcelli p. 1. Merc. interpretationem: *Senium est taedium et odium* Ceterum apud Charisium l. c. *Senium, senilis morbus.* b) *Hoc subus,* et *bubus*, nisi sint corrupta, novae erunt formae lexicis addendae. Ceterum totum hoc additamentum a voce *nihili* ad finem paragraphi Charisius non agnoscit.

casibus tamen inveniuntur, et dicuntur ἄπτωτα, ut dicimus [a]) sponte; et hic declinatio nulla praeter [35]) ablativum.

157. * Sunt quaedam quae singulariter cum declinantur, in plurali mutant genera, velut hic locus, pluraliter haec loca; hoc porrum, pluraliter hi porri; hoc frenum, pluraliter hi freni; hic iocus [36]), pluraliter hi ioci et haec ioca. F. 150. r. Ch. 23.

158. Numeri declinantur: unus et duo tres [37]); a quarto usque ad centum indeclinabiles sunt; a centesimo [38]) item declinantur. Et elementa litterarum indeclinabilia sunt. Ch. 23.

159. QUAE NOMINA ΥΠΟΚΟΡΙΣΜΑΤΑ NON RECIPIUNT.

Inprimis monoptota ὑποκορίσματα non recipiunt; item haec quae natura singularia sunt; item elementa, item fluminum et montium et civitatium nomina, item Deorum et hominum propria nomina; item dies festi, litterarum elementa et numeri. Semper ὑποκορίσματα generibus suis unde oriuntur consonant [39]); pauca dissonant, ut haec rana, ranunculus; unguis, ungula; beta, betaceus; malva, malvaceus; pistrinum, pistrilla; ensis, ensicula [b]). Ch. 24.

160. NOMINA QUAE APUD ROMANOS MASCULINA, APUD GRAECOS FEMININA.

Hic actus ἡ πρᾶξις — hic affectus — hic accentus — angulus γωνία — ascensus — aditus — adventus — anus ἡ ἕδρα — acus — apex κεραία [40]) — clamor — conplexus — casus — clipeus — conspectus — coetus — coitus — calx, πτέρνα, λάκτισμα, ἄσβεστος — carcer — conatus — census ἀπογραφή — cibus — coactus ἡ ἀνάγκη — canus πολιά — concursus — cantus — concentus, συνῳδή — collis ἀκρώρεια [41]) — cultus — calix, κύλιξ — comitatus συνεκδημία — clivus [42]) ἀνάβασις — calor — calculus ψῆφος — callis ἀτραπός — culmus, καλάμη — consulatus — carduus [43]) κινάρα — cippus, στήλη — descensus [44]) — dies — ductus χαραγμή — eventus — exitus — error — fons — fragor — focus ἑστία — faecor [45]) [c]) τρύγιας τοῦ οἴνου ὀδμή — furor — fascis δέσμη — fornix ἀψίς — forfex ψαλίς — faex [46])

---

[35]) praeter — preter *Cod.* [36]) hic iocus — hoc iocum *Cod. manifesto sphalmate.* [37]) tres *Cod. ex em. pr. m.* tes *Cod. a pr. m.* [38]) centesimo — centensimo *Cod.* [39]) consonant — consonam *Cod.* [40]) κεραία — κερεα *Cod.* [41]) ἀκρώρεια — ακρωρια *Cod.* [42]) clivus — clius *Cod.* [43]) carduus — cardus *Cod.* [44]) descensus — discensus *Cod.* [45]) faecor — fecor *Cod.* [46]) faex — fex *Cod.*

a) Charis. 23 P. *Sunt quaedam quae declinationem non admittunt, et in quibusdam casibus tantum inveniuntur, et dicuntur* ἄπτωτα *ut: dicis causa hic tantum genetivus est, verum plurali numero deficiunt. Septimus casus est sponte* et huic declinatio nulla praeter ablativum etc. Haec corrupta sunt; et a nostro misere truncata. Nonne τὸ *dicimus e dicis causa* ortum est? *b*) Vid. supra §. 21. *c*) *Faecor* vox lexicis addenda.

τρυγία — fulgor — honor — gremius [a]) ἀγκάλη — hortatus προτροπή ingressus εἴσβασις — ictus, πληγή — iuncus ὀξύσχοινος — incessus ἐπίβασις — iussus, κέλευσις — inpulsus, ἡ μετοχὴ τοῦ [b]) ἀναγκάζειν, πείθω [47]) — interitus — introitus — inpetus — luxus ἀσωτεία [48]) — languor [49]) νωθρία [50]) — lectus — later, πλίνθος — luscinius [51]) ἀηδὼν (et luscinia [52]) ut Horatius [53]) dicit) [c]) — limus ἰλύς — moeror [54]) λύπη — monitus [55]) — mador ὑγρασία (ut Sallustius in historiis) [d]) — mergus αἴθυια — magistratus, ἀρχή — mercatus ἐμπορία — morbus — mullus — nuncius [56]) ἀγγελία — nidor κνίσσα [57]) — nidus καλιά — ordo [58]) τάξις — odor, ὀδμή — obiectus προβολή — ortus, ἀνατολή — occasus — ornatus κόσμησις — pons — pumex — profectus προκοπή — poples ἀγκύλη — pellicatus [59]) ζηλοτυπία — pallor — pavor — postis φλιά — ros — remus — reditus — raster — radius — rogus — sermo ὁμιλία — solius [e]) ἔμβασις — successus διαδοχή — pulpitus [f]) θυμέλη — pudor — pilus θρίξ — septentrio — splendor — senatus — sensus αἴσθησις [60]) — status — situs θέσις — secessus ὑποχώρησις — torus — turbo θύελλα — turtur τρυγών — turdus κίχλα [g]) — terror — vertex κορυφή — visus — usus — venter — vortex ἴλιγξ [61]) — vomis ὕνις — vicus κώμη — vapor ἀτμίς.

161. NOMINA APUD ROMANOS MASCULINA, APUD GRAECOS NEUTRA.

Arcus τόξον — agger — agnus ἀρνίον — as ἀσσάριον — autumnus — artus ἄρθρον — anhelitus [62]) ἄσθμα — aestus — campus — amictus — currus — cruor — culter — calix — conpitus ἄμφοδον — consessus [63]) συνέδριον — denarius — exercitus — ensis — fluctus — flos — finis — furunculus κλεπτάριον [64]) — flatus — fomis φρύγανον — fornax χόανον — fluvius ῥεῖθρον [65]) — follis θυλάκιον — fustis — gustus γεῦμα — gladius — habitus σχῆμα — ignis — infans — liber βιβλίον — luctus — lucus — murus — mons — mos — modus ἅμμα — morsus — nervus — ornatus κόσμημα — puteus — pecten

---

[47]) πείθω — πιθω *Cod.* [48]) ἀσωτεία — ασωτια *Cod.* [49]) languor — langor *Cod.* [50]) νωθρεία — νωθρια *Cod.* [51]) luscinius — luscinus *Cod.* [52]) luscinia — luscina *Cod.* [53]) Horatius — oratius *Cod.* [54]) moeror — maeror *Cod.* [55]) monitus *Cod. ex em. pr. m.* momtus *Cod. a pr. m.* [56]) nuncius — nuntius *Cod.* [57]) κνίσσα — κνισα *Cod.* [58]) ordo — hordo *Cod.* [59]) pellicatus — pelicatus *Cod.* [60]) αἴσθησις — εσθησις *Cod.* [61]) ἴλιγξ — ιλινξ *Cod.* [62]) anhelitus — anelitus *Cod.* [63]) consessus — concessus *Cod.* [64]) κλεπτάριον *Cod. ex em. pr. m.* κλεπταλιον *Cod. a pr. m.* [65]) ῥεῖθρον — ρεθρον *Cod.*

a) *gremius* Vid. Labb. gloss. *b*) ἡ μετοχὴ τοῦ legimus pro eo quod Cod. exhibet ημετα του; scilicet μετ. compendium vocis μετοχή a librario non intellectum et in μετα conversum est. *c*) *Luscinia* legitur apud Horat. Sat. II. 3, 245; *luscinius* habetur apud Phaedr. III. 18, 2 et 12. Senec. epist. 76. *d*) Sallust. Hist. III. 6. p. 230. Gerl. *e*) *solius*, ita Cod. pro vulgato *solium*. *f*) *pulpitus*, ita Cod. pro vulgato *pulpitum*. Ita quoque gloss. Labb. *g*) κίχλα, ita Cod. pro vulgato κίχλη; sic etiam Gloss. Labb.

κτενίον — pulvinus [66]) — penus κελλάριον — palmes [67]) βλάστημα — punctus κέντημα — sanguis [68]) — surcus [a]) κάρφος — spiritus πνεῦμα — serpens ἑρπετὸν — sal — serpens (perniciosa, feminine) — stimulus κέντρον — sal ἅλς — terminus — tumor — hic udo udonis τὸ ἐμπίλιον, τὸ οὐδωνάριον. —

162. NOMINA QUAE APUD ROMANOS FEMININA, APUD GRAECOS MASCULINA.

Haec ara βωμός — aedis ναός — arista ἀνθέριξ — arrha [69]) ἀρραβών — authepsa κάκκαβος — aquila — barba — cudis ἄκμων — columna — corona — crista λόφος — cervix — crux σταυρός — coclea κοχλιος [b]) — * haec cirra ὁ μαλλός — coniunctio σύνδεσμος — cicada — classis — domus — deprecatio [70]) ἀποιωνισμός — disputatio διαλογισμός [71]) — forma ὁ τύπος — frugis καρπός — faba ὁ ἐρεγμός — formido — febris — formica — ferula — fiscella ὁ κάρταλλος — fistula — fibra — hiemps — habena — harundo — hara συφεών — hedera — invidia — ianua — laus — lucerna — lex — labes [72]) ὄλισθος — lanterna φανός — lanugo χνοῦς — lanna λοβός [73]) ὠτίου — laudatio — licitatio ὑπερθεματισμός — latebra — libra ζυγός — messis θερισμός — mors — merces — mamma — macula — medulla — micatio λαχμός — norma διαβήτης — haec natis γλουτός — nar [74]) ῥώθων — oratio λόγος — plebs — palma — pestilentia — pruna ἄνθραξ — prosa πεζός ἐπὶ λόγου — pruina κρύσταλλος — penula [75]) — rota — rupes κρημνός — rana — regula — redactio εἰσοδιασμός [76]) — silex ὁ πυρώδης λίθος — sors — spuma ἀφρός — sarra [c]) μοχλός — statua — superaria [d]) σουβρικος, ἐσθῆτος [77]) εἶδος [78]) — spica στάχυς — sitla [e]) — saliva σιελος [79]) [f]) — securis — sponsio ἀνθορισμός [g]) — scopa — scintilla — series ὁρμαθός — tela — tempestas — turba — tunica — tibia tinea [80]) [h]) — turma — vindemia [81]) — usura τόκος — verbena θαλλός — unda. F.150.v.

---

66) pulvinus — polvinus *Cod.* 67) palmes — palpes *Cod.* 68) sanguis — ganguis *Cod.* 69) arrha — arra *Cod. ex em. pr. m.* ara *Cod. a pr. m.* 70) deprecatio — depraecatio *Cod.* 71) διαλογισμές — *Cod. ex em. pr. m.* διαλολισμος *Cod. a pr. m.* 72) labes — laves *Cod.* 73) λεβός *Cod. ex em. pr. m.* λωβος *Cod. a pr. m.* 74) nar *Cod. ex em. pr. m.* nam *Cod. a pr. m.* 75) penula — penola *Cod.* 76) εἰσοδιασμός — ισοδιασμος *Cod.* 77) εἶδος — ἶδος *Cod.* 78) *Voc.* ἐσθῆτος *superscribitur a pr. m.* ζωστῆρος. 79) σιελός — σιιλος *Cod.* 80) tinea — tinia *Cod.* 81) vindemia — vendemia *Cod.*

a) *surcus* Vid. Labb. gloss. sub v. κάρφος. b) κοχλιος, ita Cod. Nonne scribendum κοχλίας. Cfr. Labb. s. h. v. c) *sarra* pro *serra* Vid. Cang. Gloss. med. et inf. Lat sub utraque voce. d) Cfr. Cang. s. h. v. et auct. ibi cit. e) *Sitla* fortassis pro *situla* (κάδος) ut infra *novacla* pro *novacula*. f) ἀνθορισμός, apud Labb. Gloss. s. h. v. redditur: *restipulatio*. g) Ita etiam gloss. Labb. pro vulgato σιαλός. h) In gloss. Labb. utraque forma, *tinea* et *tinia* occurrit.

163. NOMINA QUAE APUD ROMANOS FEMININA, APUD GRAECOS NEUTRA.

Haec armilla *τό ψέλιον* — aqua — arbor — auris — auricula — ales — ascia *σκέπαρνον* — area *τὸ ἀλώνιον* — alga *βρύον* [82]) — amphora [83]) *τὸ κεράμιον* — beta *σεῦτλον* — caro *κρέας* — coena [84]) — cucumis *σικύδιν* [a]) — cloaca [85]) *ἀποχυτήριον* — cutis *τὸ δέρμα τοῦ ἀνθρώπου* — calvaria *κρανίον* — cepa *κρόμυον* [86]) — creta *κρητάριν* [87]) [b]) *λευκόγειον* [88]) [c]) — culina *μαγειρεῖον* [89]) — calliga [d]) *τὸ σανδάλιν* [e]) — calda — frons — figura — ficus — fera — foris — fabula — farina *ἄλευρον* — faecula [90]) — frigida — gens — hasta — lacrima — lux — lima *τὸ ῥινίον* — moles *μεγέθος* — magnitudo — indicina [91]) *μήνυτρον* — indoles *λῆμα, εὐγένεια* [92]) — merx *φορτίον* — mandela [f]) *τὸ μάκκιον* — haec menta *ἡδύοσμον* — mensura *τὸ μέτρον* — mica *ψιχίον* — natio — novacla [g]) *ξυράφιον* — ovis *πρόβατον* — pinna — palus *τὸ ἕλος* — palea *ἄχυρον* — pistrilla [93]) *ἀρτοκόπιον* — papula *ψυδράκιον* — polenta *ἄλφιτα* — planta — pituita *φλέγμα* — palpebra *βλέφαρον* — res — restis — rosa — ruta *πήγανον* — sagitta — sponda *ἐνήλατον* — senectus — terebra *τρύπανον* — taberna — unda *νᾶμα* — viriola *κλανίον* — villula [94]) *ἐκοίκιον* — vitta — verbella [h]) *τὸ προβάτιον* et hic vervex — haec penis *τὸ αἰδοῖον*. Sallustius — manu pene bona patriae laceraverant. [95]) [i]) —

164. NOMINA QUAE APUD ROMANOS NEUTRA, APUD GRAECOS MASCULINA.

Hoc aurum [96]) *ὁ χρυσός* — alligamentum *δεσμός* — argentum *ἄσημος* — aes *χαλκός* — aevum — armarium — altum *βυθός* — bellum — caelum — certamen — culmen *ὄροφος* — cerebrum — caementum *ὁ χάλιξ* — culleus *ὁ ταύρειος* [97]) [k]) — caenum *βόρβορος* —

---

[82]) *βρύον Cod. a pr. m. sed male mutatum in βρειον.* [83]) amphora — amfora *Cod.* [84]) coena — cena *Cod.* [85]) cloaca — coacla *Cod.* [86]) κρόμυον — κρομοιον *Cod.* [87]) κρηταριν *Cod. ex em. pr. m.* κρυταριν *Cod. a pr. m.* [88]) λευκογειον — λευκογιον *Cod.* [89]) μαγειρεῖον — μαγιριον *Cod.* [90]) faecula — facula *Cod.* [91]) indicina — indiciva *Cod.* [92]) εὐγένεια — ευγενια *Cod.* [93]) pistrilla — pistilla *Cod.* [94]) villula — villi *Cod.* [95]) laceraverunt — laceraberunt *Cod.* [96]) aurum *Cod. ex em. pr. m.* aurus *Cod. a pr. m.* [97]) ταύρειος — ταυριος *Cod.*

a) σικυδιν. De hac forma ὑποκοριστικῶν Cfr. Korai ἄτακτ. I. 49. s. *b*) κρητάριν Vid. not. praec. *c*) λευκόγειον, apud Labb. λευκόγειος, sed cfr. Cang. Gloss. gr. s. v. λεπτόγαιον. *d*) *Calliga*, ita Cod. scribendum sine dubio *gallica* sc. solea. Cfr. Cic. Philipp. II. 30. Gell. XII. 21. *e*) Cfr. supr. not. a. *f*) *mandela*, nova forma, idem significans ac *matta*, vid. Labb. s. v. μαππίον. *g*) *novacla*, sic noster pro *novacula*, sicut superius *sitla* pro *situla*. *h*) *verbella* sic Cod. et Gloss. Labb. scribendum vero haud dubie *vervella*. *i*) *haec penis*, ita librario, a quo additamentum hoc loco male intrusum esse apparet, feminine profertur *hominum sator atque deorum*, e male intellecto loco Sallustii Cat. 14. qui hodie sic legitur: *manu, ventre, pene, bona patria laceraverant*. *k*) ὁ ταύρειος, subintellige ἀσκός.

dumetum ὁ ἀκανθών — fundamentum — fulmen — flumen — fretum πορθμός — femur — ferrum — frenum — frumentum — fenum — ficetum ὁ συκών — ius ὁ ζωμός — iugum ζυγός — inguen [98]) βουβών — incendium — iusiurandum ὅρκος — litus — limen — lorum — labrum λουτήρ — lutum — licium μίτος — lustrum φωλεός [99]) — latibulum [100]) — murmur — myrtetum μυρσεών [1]) — matrimonium — monile ὅρμος — nemus δρυμών — omen — onus γόμος — olivetum ἐλαιών [2]) — oraculum — pratum — patibulum σταυρός — palatum οὐρανίσκος — periculum — plumbum [3]) — rus — stannum [4]) κασσίτερος — sertum — stamen στήμων — sepulchrum saeculum — solium ὁ βασιλικὸς θρόνος — scutum θυρέος [5]) — tergum νῶτος [6]) — templum — tribulum ὁ σταχυοτόμος — tempus — tus ὁ λιβανωτός — vinculum — uber ὁ μαστός — vinum — veru ὀβελός — viscum — vinetum ὁ ἀμπελών — veratrum ἐλλέβορος — vadum ὁ πορεύσιμος τόπος. —

165. * NOMINA QUAE APUD ROMANOS NEUTRALIA, APUD GRAECOS FEMININA. F.151.r.

Hoc auxilium — arvum ἄρουρα — adiutorium — augurium — aedificium — arbitrium μεσιτεία [7]) — beneficium — bitumen — connubium [8]) ἐπιγαμία — caput — cor — consilium — hoc coagulum πυτία — candelabrum — corium — commercium — crepusculum ὀψινὴ ὥρα — compendium — discrimen διαφορά — decus — dispendium — experimentum — epulum διανομή — excidium — emolumentum ὠφέλεια [9]) — effugium — forum ἀγορά — foramen τρώγλη [10]) — far ζέα — floccus κροκύς — fel — fermentum ζύμη — flagellum μάστιξ — furtum — gaudium — gallicinium — gelu πάχνη — genium τύχη τόπου ἢ ἀνδρός — gramen — gluten — guttur — hospitium — hordeum [11]) — iter — imperium προσταγή — ieiunium — ingenium — interdictum — infundibulum χώνη — ilium λαγών — lustrum πενταετηρίς — latrocinium — mare — meritum εὐποιία [12]) mendicabulum ἐπαιτοσύνη [13]) [a]) — medicamentum θεραπεία — ministerium — negotium πραγματεία [14]) — ostium — otium — ostium ἐκβολή — officium — foedus σπονδή — pabulum πόα, νομή — proelium συμβολή — praesepe φάτνη — patrocinium — puerperium ἡ λοχεία [15]) — participium — parri-

---

98) inguen — inguem *Cod.* 99) φωλεός — φωλαιος *Cod.* 100) latibulum — lativulum *Cod.* 1) myrtetum, μυρσεών — murtetum, μυρσων *Cod.* 2) ἐλαιών — ελεων *Cod.* 3) plumbum — plunbum *Cod.* 4) stannum — stagnum *Cod.* 5) θυρέος — θυραιος *Cod.* 6) νῶτος — νοτος *Cod.* 7) μεσιτεία — μεσιτια *Cod.* 8) connubium — conubium *Cod.* 9) ὠφέλεια — ωφελια *Cod.* 10) τρώγλη — τρωγλα *Cod.* 11) hordeum — ordeum *Cod.* 12) εὐποιία — ευποιια *Cod.* 13) ἐπαιτοσύνη — επετοσυνη *Cod.* 14) πραγματεία — πραγματια *Cod.* 15) λοχεία — λογια *Cod.*

a) ἐπαιτοσύνη, non est *mendicabulum* sed *mendicitas* ut vertit Gloss. Labb,

cidium πατροκτονία — posticium [a]) παράθυρος — pervigilium παννυχίς — principium — praeceptum παραίνεσις — pronomen — pactum συνθήκη — praeconium ἡ κήρυξις — proverbium παροιμία — pretium τιμὴ τῆς καταβολῆς — pomum ὀπώρα — promissum ὑπόσχεσις — pondus ὁλκή — praesidium [16]) φρουρά — remigium — rastrum [17]) ἡ ἄμη [18]) — responsum — sacerdotium ἱερωσύνη — scutum — studium — stratum κατάστρωσις — saxum — servitium — silentium — solatium [19]) — scalprum σμίλη [20]) — sacrilegium — subtemen ῥοδάνη — supplicium — stercus — scortum χαμαιτύπη — supercilium ὀφρύς — suspendium ἡ ἀγχόνη [21]) — signum σφραγίς — tectum στέγη — territorium τοπαρχία — tormentum βάσανος — torculare ληνός — tonitru βροντή — testimonium — testamentum — tegmen δορά — tranquillum γαλήνη (et haec tranquillitas) — votum εὐχή — vadimonium ἐγγύη [22]) — ventrale φοῦνδα — hoc vitrum [23]) ὕελος — virgultum ἡ παραφυάς.

Ch. 120. 166. Omnia nomina omnium generum et omnium ordinum quinque vocalibus litteris ablativo casu, singulari numero terminantur ·A· ·E· ·I· ·O· ·U·; exceptis monoptotis, quae per necessitatem in consonanti littera terminantur, velut hic nequam et ab hoc nequam, hic nugas et ab hoc nugas, hoc git et ab hoc git, hoc fas et ab hoc fas et similia.

Ch. 120. 167. Quae in ·A· exeunt ablativo casu singulari, haec genetivo singulari ·AE·, plurali ·A· litteram servant et ·RUM· syllabam recipiunt [24]), hic Aeneas, huius Aeneae, ab hoc Aenea, horum Aenearum, Musa, Musae, a Musa, Musarum. Dativo et ablativo plurali ·IS·, ut his et ab his Aeneis, Musis.

Ch. 120. 168. Quae in ·E· exeunt ablativo casu singulari, haec si correptam ·E· habuerint [25]), genetivo casu singulari ·IS·, plurali autem ·UM· litteris terminabuntur, velut hic aries, huius arietis, ab hoc ariete, horum arietum; paries, parietis, pariete, parietum et similia: pectore, nomine, pecore, nemine, numine, statione, regione, possessione, lepore, femore.

Ch. 120. 169. Si vero ·E· productam habuerint ablativo casu singulari, genetivo casu singulari ·EI·, plurali autem ·EUM· [26]) et ·RUM· syllabis terminabuntur, ut haec dies, huius diei, ab hac die, harum dierum; spes, spei, speum [b]); faciei, facie, facierum. Dativo et ablativo plurali utraque

---

[16]) praesidium — presidium *Cod.* [17]) rastrum — ratrum *Cod.* [18]) ἄμη — αμμη *Cod.* [19]) solatium — solacium *Cod.* [20]) σμίλη — smila *Cod.* [21]) ἀγχόνη — ανχονη *Cod.* [22]) ἐγγύη — ενγυη *Cod.* [23]) vitrum — bitrum *Cod.* [24]) recipiunt — recipium *Cod.* [25]) habuerint, *huic vocabulo in Cod.* haec *superscribitur, quod vel h. l. vel paulo ante delendum est.* [26]) ·EUM· — ·E· *Cod.*

a) Cfr. Cangium Lex. med. et inf. lat. s. h. v. *b*) *spes, spei, speum,* sic Cod. τῷ speum a pr. m. ·*R*· suprascripto; scribere voluit: *species, speciei, specierum.* Cfr. Charis. 25. et Pomp.

·BUS· syllaba finientur ut his et ab his parietibus, diebus, speciebus.

170. Quae in ·I· exeunt ablativo casu singulari, haec genetivo casu singulari ·IS·, plurali ·IUM·, et accusativo ·IS·, dativo vero et ablativo ·BUS· litteris terminabuntur, velut ab hoc et ab hac [27]) docili, huius docilis, horum et harum docilium, hos et has docilis, ab his docilibus. Ch. 120.

171. *Quae in ·O· exeunt ablativo casu singulari, haec genetivo singulari in ·I· litteram exeunt, plurali vero ·O· litteram servant et ·RUM· syllabam recipiunt, velut ab hoc docto, huius [28]) docti, horum doctorum, magni, magno, magnorum. F. 151. v. Ch. 120.

172. Quae in ·O· exeunt ablativo casu singulari, haec genetivo casu singulari ·US· litteris terminantur, plurali autem ·U· geminatam litteram recipiunt, velut ab hoc fluctu, huius fluctus, horum fluctuum; portu, portus, portuum; dativo et ablativo in ·BUS· ut his et ab his fluctibus, portubus. Ch. 120

173. Quae monoptota per necessitatem ablativo casu ·M· aut ·S· terminantur, haec plurali quoque ut monoptota perseverabunt, ut ab hoc nequam et ab hoc nugas, et ab his nequam, et ab his nugas.. Ch. 120.

174. Omnia nomina inanimalia romana simplicia ·NIS· syllaba terminata masculini generis sunt, ut amnis, finis, panis, cinis, funis, quamvis Vergilius finem masculino et feminino genere dixit, masculino ut — Hic finis fandi [a]) — et — quem das finem rex magne laborum [b]) — feminino ut — Haec finis Priami fatorum [c]) — et — quae finis standi [d]). Ch. 78.

DE GRADIBUS CONPARATIONUM.

175. Hic quoque de gradibus dicamus conparationum. Sunt [e]) ordines duo, secundus et tertius, dividuntur autem singuli in tres gradus. Et est primus absolutus quem [f]) primitivum dixerunt [29]), secundus conparativus, tertius superlativus, et declinantur hoc modo. Ch. 87.

Secundi ordinis masculinum, doctus, doctior, doctissimus; plurali: docti, doctiores, doctissimi.

Femininum: docta, doctior, doctissima; plurali: doctae, doctiores, doctissimae.

Neutri generis: doctum, doctius, doctissimum; plurali: docta, doctiora, doctissima.

Adverbialiter docte, comparative: doctius, superlative: doctissime. Appellatio: haec doctrina.

---

[27]) hac — ac *Cod.* [28]) huius — huus *Cod.* [29]) dixerunt *Cod. ex em. pr. m.* — dixerumt *Cod. a pr. m.*

a) Virg. Aen. X. 116. *b*) Virg Aen. I. 241. *c*) Virg. Aen. II. 554. *d*) Virg. Aen. V. 384. *e*) *Sunt*, scribendum videtur: *Comparationum sunt* Vid. Charis. l. c. *f*) *quem — quem* et Charis. l. c.

Tertii ordinis masculini generis, felix, felicior, felicissimus; pluralis: felices, feliciores, felicissimi.

Feminini: felix, felicior, felicissima; pluralis: felices, feliciores, felicissimae.

Neutraliter: felix, felicius, felicissimum; pluralis: felicia, feliciora, felicissima.

Adverbialiter: feliciter, felicius, felicissime.

Appellatio: haec felicitas.

Ch. 88. 176. Quaedam, ut supra diximus, primum et secundum gradum recipiunt tantum, ut iuvenis, iunior; senex, senior; quaedam secundum et tertium, ut ulterior, ultimus; potior, potissimus; interior, intimus; quaedam primum et tertium ut bellus, bellissimus; fidus, fidissimus; pius, piissimus; cuius secunda declinatio magis: magis bellus, magis pius.

177. Quaedam autem nulla declinatione in collationem veniunt, quibus accidit magis et maxime, item minus et minime, velut rudis, proprius [30]), sobrius, dicimus enim: magis rudis, magis proprius [31]), magis sobrius, maxime rudis, sic et e contrario minus rudis, item minime rudis dicemus.

Illa autem, quamvis diversa sunt [a]), gradus tamen inter se fecerunt, ut bonus, melior, optimus; malus, peior, pessimus; magnus, maior, maximus.

Observabimus [32]) tamen, quod ipsum iam adnotavimus, nomina in conparationibus versari tantum, non participia.

Ch. 88. 178. In his conparationibus secundi ordinis in adverbiis primi gradus, quae in ·E· proferuntur, sunt quattuor [b]) haec excepta, quae proferuntur contra regulam per ·TER·, ut naviter, ignaviter, humaniter, duriter, largiter, quae, quamvis antiquitati adsignant grammatici, tamen dicunt etiam secundum suam rectam analogiam proferri posse, ut nave et ignave large, dure, humane. Sed ex his quae ·E· ante ·US· aut ·I· habent [c]) conparationes fieri non possunt, neque enim ab idoneo, idoneor, fieri potest, neque a necessario, necessarior et similibus.

F 152.r. Ch. 88. 179. * Non sunt quattuor tantum sed et alia plura, quae ex secundo ordine ad tertium derivantur [33]), ex tertio non derivantur. Velius Longus de hac regula disputavit [34]) in V. ea parte [d]) — Ergo alacris cunctosque pu-

---

[30]) proprius — propius *Cod.* [31]) proprius — propius *Cod.* [32]) observabimus — observavimus *Cod.* [33]) derivantur — deribantur *Cod. ita et mox infra.* [34]) disputavit — disputabit *Cod.*

a) *sunt*, ita Cod. rectius scriberetur *sint*, ut est apud Charis. l. c. b) *quattuor* dicit, quamvis in sequentibus quinque enumeret, nempe Charisius τὸ *ignaviter* non habet. c) Concinnius haec apud Charisium l. c. *Sed et ex iis, quae ·E· aut ·I· ante ·US· habent.* d) *in V. ea parte* sic Cod. videtur legendum: *in Vergilium ea parte*. Cfr. Serv. ad Virg. l. c. Apud Charis. l. c. legitur *in ·E· quinto ex parte*, ubi editorum vel librariorum oscitantia *Velius Longus* in *Virgilium* est mutatus. Fortassis tamen erit legendum: *Velius Longus ... in arte, et Vergilius in V.*

tans [35]) excedere palma [a]). — Sed et omnia nomina quae per ·ER· terminantur in superlationibus sic proferuntur, velut pulcher, pulcherrimus non pulcherrissimus, acer, acerrimus non acerrissimus.

180. Item quae per ·IS· terminantur, haec dumtaxat quae subiecimus, in Ch. 89.
superlationibus similiter proferuntur, similis, simillimus; facilis, facillimus; humilis, humillimus; agilis, agillimus; gracilis, gracillimus; reliqua nomina per ·ISSIMUS· faciunt. Aeque adverbia horum omnium quae adnotavimus [36]) similia sunt, ut pulcerrime, acerrime, simillime, facillime. Invenimus tamen apud auctores maturrime tantum adverbialiter cum debeat maturissime. Observabimus [37]) in declinatione conparationum adverbium hoc quod venit ab eo quod est facilis et difficilis, dicimus enim non faciliter nec difficiliter, tametsi veteres dixerunt; sed facile, facilius, facillime; difficile [38]), difficilius, difficillime. Sic etiam ex eo quod est repens, repenter debuit dici ut recens, recenter, sed dicimus repente, repentius, repentissime. Sed ex eo quod est recens, quia malum est dicere recente vel recenter, utimur sic recens fecit [b]), quod est pro adverbio nomen, ut libens dixit, nec enim dicimus: libenter dixit.

Omnia quae per ·OR· terminantur in comparationem non veniunt, memoriter ex eo fit quod [39]) est memor, memoriose non dicimus, nec memoriosius, non enim habent conparationem. Videtur conparationem facere dictio ista, satis, satius.

FELICITER DE PRONOMINE.

181. Pronomen est pars [40]) orationis quae pro ipso posita nomine, minus Ch. 131
quidem plene, idem tamen significat, ut ego, tu, hic, ille.

Pronomini accidunt: qualitas, genus, figura, numerus, casus, persona.

Qualitas pronominum aut finita est aut infinita. Finita est quae notat certam personam ut ego, tu, ille. Infinita est, quae cuilibet personae potest accommodari, quis, quae.

Genera pronominum sunt quattuor, masculinum ut hic, femininum ut haec, neutrum ut hoc, commune ut ego, tu.

Figura pronominum duplex est, aut enim simplicia sunt, ut quis, ego, aut composita, ut quisquis, egomet.

Numeri sunt duo, singularis et pluralis; singularis ut hic, pluralis ut

---

[35]) putans — potans *Cod.* [36]) adnotavimus — adnotabimus *Cod.* [37]) observabimus — observavimus *Cod.* [38]) difficile — difficule *Cod.* [39]) quod — qud. *Cod.* [40]) pars — — par *Cod.*

a) Virg. Aen. V. 380. b) *quia malum est dicere — fecit.* sic fortassis erunt mutanda: *quia malum est dicere recente reccenter dicimus, aut utimur sic; recens fecit.* Cfr. Charis. 192. P.

hi. Communis quoque numerus invenitur, dicimus enim qui vir, qui viri.

Casus, quo declinantur, totidem quot [41]) et nominum, ut hic, huius, huic, hunc, o, ab hoc.

Personae pronominum sunt tres, ut ego, tu, ille.

182. Sunt et pronomina ad aliquid, ut meus, tuus; nam et haec sine altero non possunt intelligi.

Ego, mei vel mis, mihi, me, o, a me. Sed vocativum habere non potest, quia nemo dicit o ego, nisi ·O· exclamatio sit, ut apud Horatium [42]) — o ego infelix. [a]) — Pluralis: nos, nostrum, nobis, nos, o, a nobis; ut cum dicimus — o nos felices. [b]) — Pronomen hoc trium generum est commune.

Tu, tui, tibi, te, o, a te. Pluralis: vos, vestrum, vobis, vos, o, a vobis.

Ch.132. 183. Hoc quoque pronomen omnium generum est commune. Non est re-
F.152.v. futanda * eorum sententia, qui dixerunt in quibusdam pronominibus vocativum non posse cadere, cum etiam paene in omnibus pronominibus non debeat esse vocativus, sed nos non, quoniam refragamur [43]) rationi, vocativum adiecimus, sed quoniam contextum declinationis habere voluimus, inseruimus, quamquam non solum vocativum non invenimus, verum etiam in quibusdam casus deficere videmus.

Ch.132. 184. Hic, huius, huic, hunc, o tu, ab hoc. Pluralis: hi, horum, his, hos, o vos, ab his.

Feminine: Haec, huius, huic, hanc, o tu, ab hac. Pluralis: hae, harum, his, has, o vos, ab his.

Neutraliter: Hoc, huius, huic, hoc, o tu, ab hoc. Pluralis: haec, horum, his, haec, o haec, ab his.

Generis masculini: Is, eius, ei, eum, o is, ab eo. Pluralis: ii, eorum, iis, eos, o ii, ab iis.

Feminine: Ea, eius, ei, eam, o tu, ab ea. Pluralis: eae, earum, eis, eas, o eae, ab iis.

Neutraliter: id, eius, ei, id, o, ab eo. Pluralis: ea, eorum, eis, ea, ab eis.

Item masculine: Iste, istius, isti, istunc, o iste, ab isto. Pluralis: isti, istorum, istis, istos, o isti, ab istis.

Feminine: Ista, istaec, istius, isti, istam, istanc, o ista, ab ista. Pluralis: istae, istarum, istis, istas [44]), o istae, ab istis.

---

41) quot — quod *Cod.* 42) Horatium — oratium *Cod.* 43) quoniam refragamur — refragnam *Cod.* = quoniam, *quod e Charis. l. c. supplevimus.* 44) istas *Cod. ex em. pr. m.* — istis *Cod. a pr. m.*

a) Horat. Epod. 12, 25. ubi tamen: *non felix* legitur. b) Haec truncata sunt, legendum ut apud Charisium l. c. *nec pluralem habet vocativum, nisi si atque exclamatio sit ut* etc.

Neutraliter: Istud, istuc, istius, isti, istud, istuc, o istud, istuc, ab isto, istoc. Pluralis: istae, istorum, istis, ista, o ista, ab istis.

185. Item masculine: Ipse, ipsius, ipsi, ipsum, o ipse, ab ipso. Ch. 132.
Pluralis: ipsi, ipsorum, ipsis, ipsos, o ipsi, ab ipsis.

Feminine: Ipsa, ipsius, ipsi, ipsam, o ipsa, ab ipsa. Pluralis: ipsae, ipsarum, ipsis, ipsas, o ipsae, ab ipsis.

Neutraliter: Ipsum, ipsius, ipsi, ipsum, o ipsum, ab ipso. Pluralis: ipsa, ipsorum, ipsis, ipsa, o ipsa, ab ipsis.

Quare non ipsud[45], ut illud et istud? Quoniam veteres nominativum masculinum non ipse dicebant, sed ipsus, quod etiam in comoediis veteribus invenimus[46].

186. Generis masculini: Ille, illius, illi, illum, o ille, ab illo. Ch. 132.
Pluralis: illi, illorum, illis, illos, o illi, ab illis.

Feminine: Illa, illaec, illius, illi, illam, o illa, ab illa, illac. Pluralis: illae, illarum, illis, illas, o illae, ab illis.

Neutraliter: Illud, illuc, illius, illi, illud, illuc, o illud, illuc, ab illo. Pluralis: illa, illorum, illis, illa, o illa, ab illis.

187. Infinitum masculini: Quis et qui, cuius, cui, quem, o quis, Ch. 132.
a quo. Pluralis: qui, quorum, quibus, quos, o qui, a quibus.

Feminini: Quae, cuius, cui, quam, o quae, a qua. Pluralis: quae, quarum, quibus, quas, o quae, a quibus.

Neutri: Quod, cuius, cui, quod, o quod, a quo. Pluralis: Quae, quorum, quibus, quae, o quae, a quibus.

Sed veteres nominativo plurali quis dixerunt, regulam secuti, unde etiam dativus mansit in consuetudine, nam dicimus quibus pro quis, et pro quibus nonnunquam dicimus [a]).

188. Masculini: Quisque, cuiusque, cuique, quemque, o quisque, Ch. 132.
a quoque. Pluralis: Quique, quorumque, quibusque, quosque, o quique, a quibusque.

Feminini: Quaeque, cuiusque[47], cuique, quamque, o quaeque, a quaque. Pluralis: quaeque, quarumque, quibusque, quasque, o quaeque, a quibusque.

Generis neutri: Quodque, cuiusque, cuique, quodque, o quodque, a quoque. Pluralis: quaeque, quorumque, quibusque, quaeque, o quaeque, a quibusque.

189. Item masculini: quiscumque, cuiuscumque, cuicumque, Ch. 132.
quemcumque, o quiscumque, a quocumque. Pluralis: quicumque, quorumcumque, quibuscumque, quoscumque, o quicumque, a quibuscumque.

Feminini: Quaecumque, cuiuscumque, cuicumque, quam-

---

45) ipsud — ipsu *Cod.* 46) invenimus — invenibus *Cod.* 47) cuiusque — coiusque *Cod*

a) Legendum videtur: *Et nunc pro quibus nonnunquam dicimus quis.*

8

cumque, o quaecumque, a quacumque. Pluralis: quaecumque, quarumcumque, quibuscumque, quascumque, o quaecumque, a quibuscumque.

F.153.r. * Neutri: Quodcumque, cuiuscumque, cuicumque, quodcumque, o quodcumque, a quocumque. Pluralis: quaecumque, quorumcumque, quibuscumque, quaecumque, o quaecumque, a quibuscumque. Cumque in omnibus casibus indeclinabile manet.

Ch.132. 190. Masculine: Alius, alius, alii [48]), alium, o alius, ab alio. Pluralis: alii, aliorum, aliis, alios, o alii, ab aliis.

Feminine: Alia, alius, aliae, alii, aliae veteres, aliam, o alia, ab alia. Pluralis: aliae, aliarum, aliis, alias, o aliae, ab aliis.

Neutraliter: Aliud [49]), alius, alii, aliud, o aliud, ab alio. Pluralis: alia, aliorum, aliis, alia, o alia, ab aliis.

Ch.132. 191. Masculine: Alter, alterius, alteri, alterum, o alter, ab altero. Pluralis: alteri, alterorum, alteris, alteros, o alteri, ab alteris [50]).

Feminine: Altera, alterius, veteres alterae, alteri et alterae veteres, alteram, o altera, ab altera. Pluralis: alterae, alterarum, alteris, alteras, o alterae, ab alteris.

Neutraliter: Alterum, alterius, alteri, alterum, o alterum, ab altero. Pluralis: Altera, alterorum, alteris, altera, o altera, ab alteris.

Ch.132. 192. Masculine: Neuter, neutrius, neutri, neutrum, o neuter, a neutro. Pluralis: neutri, neutrorum, neutris, neutros, o neutri, a neutris.

Feminine: Neutra, neutrius, veteres neutrae, neutri et neutrae, neutrum, o neutra, a neutra. Pluralis: neutrae, neutrarum, neutris, neutras, o neutrae, a neutris.

Neutraliter: Neutrum, neutrius, neutri, neutrum, o neutrum, a neutro. Pluralis: neutra, neutrorum, neutris, neutra, o neutra, a neutris.

Ch.132. 193. Masculine: Uter, utrius, utri, utrum, o uter, ab utro. Pluralis: utri, utrorum, utris, utros, o utri, ab utris.

Feminine: Utra, utrius, utrae, utri, utrae, utram, o utra, ab utra. Pluralis: utrae, utrarum, utris, utras, o utrae, ab utris.

Neutraliter: Utrum, utrius, utri, utrum, o utrum, ab utro. Pluralis: utra, utrorum, utris, utra, o utra, ab utris.

Ch.132. 194. Masculine: Uterque, utriusque, utrique, utrumque, o uterque, ab utroque. Pluralis: utrique, utrorumque, utrisque [51]), utrosque, o utrique, ab utrisque.

Feminine: Utraque, utriusque, utrique, utramque, o utra-

---

48) alii — ali *Cod.* 49) aliud — aliut *Cod. sic etiam mox infra in acc. et voc.* 50) alteris — alteribus *Cod.* 51) utrisque *Cod. ex em. pr. m.* — utrosque *Cod. a pr. m.*

que, ab utraque. Pluralis: utraeque, utrarumque, utrisque [52]), utrasque, o utraeque, ab utrisque.

Neutraliter: Utrumque, utriusque, utrique, utrumque, o utrumque, ab utroque. Pluralis: utraque, utrorumque, utrisque, utraque, o utraque, ab utrisque. Que postremum manet.

195. Masculine: Alteruter, alterutrius, alterutri, alterutrum, o alteruter, ab alterutro. Pluralis: alterutri, alterutrorum, alterutris, alterutros, o alterutri, ab alterutris. Ch.132

Feminine: Alterutra, alterutrius, alterutri, alterutram, o alterutra, ab alterutra. Pluralis: alterutrae, alterutrarum, alterutris, alterutras, o alterutrae, ab alterutris.

Neutraliter: Alterutrum, alterutrius, alterutri, alterutrum, o alterutrum, ab alterutro. Pluralis: alterutra, alterutrorum, alterutris, alterutra, o alterutra, ab alterutris.

196. Masculine: Unus, unius, uni, unum, o une, ab uno. Pluralis: Uni, unorum, unis, unos, o uni, ab unis. Ch.132.

Feminine: Una, unius, uni, unam, o una, ab una. Veteres unae, unae dicebant. Pluralis: unae, unarum, unis, unas, o unae, ab unis.

Neutraliter: Unum, unius, uni, unum, o unum, ab uno. Pluralis: una, unorum, unis, una, o una, ab unis.

197. Masculine: Unusquisque, uniuscuiusque, unicuique, unumquemque, o unusquisque, ab unoquoque. Pluralis: uniquique, unorumquorumque, unisquibusque, unosquosque, o uniquique, ab unisquibusque. Ch.132.

Feminine: Unaquaeque [53]), uniuscuiusque, unicuique, unamquamque, o unaquaeque, ab unaquaque. Pluralis: unaequaeque, unarumquarumque, unisquibusque, unasquasque, o unaequaeque, ab unisquibusque.

Neutraliter: Unumquodque, uniuscuiusque, unicuique, unumquodque, o unumquodque, ab unoquoque. Pluralis: Unaquaeque [54]), unorumquorumque, unisquibusque, unaquaeque, o unaquaeque, ab unisquibusque.

198. Masculine: Quidam, cuiusdam [55]), cuidam, quemdam, o quidam, a quodam. Pluralis: quidam, quorumdam, quibusdam, quosdam, o quidam, a quibusdam. Ch.132.

Feminine: Quaedam, cuiusdam, cuidam, quandam, o quaedam, a quadam. Pluralis: quaedam, quarumdam, quibusdam, quasdam, o quaedam, a quibusdam.

Neutraliter: Quoddam, cuiusdam, cuidam, quoddam, o quoddam, a quodam. Pluralis: Quaedam, quorumdam, quibusdam, quaedam, o quaedam, a quibusdam.

---

52) utrisque — *Cod. ex em. pr. m.* utrasque *Cod. a pr. m.* 53) unaquaeque — unaquaque *Cod. sic etiam mox infra.* 54) unaquaeque — unaquaque *Cod. sic etiam mox infra.* 55) cuiusdam — cuusdam *Cod.*

Ch.133. 199. Masculine: Aliquis, alicuius [56], alicui, aliquem, o aliquis, ab aliquo. Pluralis: Aliqui, aliquorum, aliquibus [57], aliquos, o aliqui, ab aliquibus. Antiqui aliquis dicebant, unde mansit aliquibus.

Feminine: Aliqua, alicuius, aliquae veteres, alicui, aliquam, o aliqua, ab aliqua. Pluralis: aliquae, aliquarum, aliquibus [58], aliquas, o aliquae, ab aliquibus.

Neutraliter: Aliquod, alicuius, alicui, aliquod, o aliquod, ab aliquo. Pluralis: aliqua, aliquorum, aliquibus, aliqua, o aliqua, ab aliquibus.

Ch.133. 200. Masculine: Ullus, ullius, ulli, ullum, o ullus, ab ullo. Pluralis: ulli, ullorum, ullis, ullos, o ulli, ab ullis.

Feminine: Ulla, ullius, ulli, ullam, o ulla, ab ulla. Pluralis: ullae, ullarum, ullis, ullas, o ullae, ab ullis.

Neutraliter: Ullum, ullius, ulli, ullum, o ullum, ab ullo. Pluralis: ulla, ullorum, ullis, ulla, o ulla, ab ullis.

Nullus, nullius, similiter per tria genera.

Ch.133. 201. Masculine: Totus, totius, toti, totum, o totus, a toto. Pluralis: toti, totorum, totis, totos, o toti, a totis.

Feminine: Tota, totius, toti, totam, o tota, a tota. Pluralis: totae, totarum, totis, totas, o totae, a totis.

Neutraliter: Totum, totius, toti, totum, o totum, a toto. Pluralis: tota, totorum, totis, tota, o tota, a totis.

Ch.133. 202. Qualis, qualis, quali, qualem, o qualis, a quali. Pluralis: quales, qualium, qualibus, quales, a qualibus.

Neutraliter: Quale, qualis, quali, quale, o quale, a quali. Pluralis: qualia, qualium, qualibus, qualia, o qualia, a qualibus.

Hoc pronomen quod est qualis, item quod sequitur talis communia sunt masculini et feminini.

F.153.v. Ch.133. 203. * Talis, talis [59], tali, talem, o talis, a tali. Pluralis: tales, talium, talibus, tales, o tales, a talibus.

Neutraliter: Tale, talis, tali, tale, o tale, a tali. Pluralis: talia, talium, talibus, talia, o talia, a talibus.

Ch.133. 204. Masculine: Quantus, quanti, quanto, quantum, o quantus, a quanto. Pluralis: quanti, quantorum, quantis, quantos, o quanti, a quantis.

Feminine: Quanta, quantae, quantae, quantam, o quanta, a quanta. Pluralis: quantae, quantarum, quantis, quantas, o quantae, a quantis.

Neutraliter: Quantum, quanti, quanto, quantum, o quantum, a quanto. Pluralis: quanta, quantorum, quantis, quanta, o quanta, a quantis.

Ch.133. 205. Masculine: Tantus, tanti, tanto, tantum, o tantus, a tanto. Pluralis: tanti, tantorum, tantis, tantos, o tanti, a tantis.

---

56) alicuius *Cod. ex em. pr. m.* alicuis *Cod. a pr. m.* 57) aliquibus — aliqus *Cod.* 58) aliquibus — aliqus *Cod.* 59) talis = *Cod.*

Feminine: Tanta, tantae, tantae, tantam, o tanta, a tanta. Pluralis: tantae, tantarum, tantis, tantas, o tantae, a tantis.

Neutraliter: Tantum, tanti, tanto, tantum, o tantum, a tanto. Pluralis: tanta, tantorum, tantis, tanta, o tanta, a tantis.

206. Masculine: Quotus, quoti, quoto, quotum, o quotus, a quoto. Ch.133.
Pluralis: quoti, quotorum, quotis, quotos, o quoti, a quotis.

Feminine: Quota, quotae, quotae, quotam, o quota, a quota. Pluralis: quotae, quotarum, quotis, quotas, o quotae, a quotis.

Neutraliter: Quotum, quoti, quoto, quotum, o quotum, a quoto. Pluralis: quota, quotorum, quotis, quota, o quota, a quotis.

207. POSSESSIVA [60]). Meus, mei, meo, meum, o meus, a Ch.133.
meo. Pluralis: mei, meorum, meis, meos, o mei, a meis.

Feminine: Mea, meae, meae, meam, o mea, a mea. Pluralis: meae, mearum, meis, meas, o meae, a meis.

Neutraliter: Meum, mei, meo, meum, o meum, a meo. Pluralis: mea, meorum, meis, mea, o mea, a meis.

208. Masculine: Tuus, tui, tuo, tuum, o tuus, a tuo. Pluralis: Ch.133.
tui, tuorum, tuis, tuos, o tui [61]), a tuis.

Feminine: Tua, tuae, tuae, tuam, o tua, a tua. Pluralis: tuae, tuarum, tuis, tuas, o tuae, a tuis.

Neutraliter: Tuum, tui, tuo, tuum, o tuum, a tuo. Pluralis: tua, tuorum, tuis, tua, o tua, a tuis.

209. Idem, eiusdem, eidem, eundem, o idem, ab eodem. Plu- Ch.133.
ralis: iidem, eorundem, iisdem, eosdem, o iidem, ab isdem.

Eadem, eiusdem, eidem, eandem [62]), o eadem, ab eadem. Pluralis: eaedem, earundem, iisdem, easdem, o eaedem, ab isdem.

Idem, eiusdem, eidem, idem, o idem, ab eodem. Pluralis: eadem, eorumdem, isdem, eadem, o eadem, ab isdem.

210. Quispiam, quaepiam, quodpiam; quias, nostras, vestras. Ch.133.
Sed veteres mius dicebant, ut merito et vocativus secundum regulam manserit, ut sit o mi; nam omnia nomina, quae nominativo ante ·US· novissimam syllabam ·I· habent, vocativo ·I· terminantur, velut Sallustius, o Sallusti; Horatius, Horati [63]), sic et mius [a]), o mi, et iam ordine suo hanc regulam notavimus.

211. Ex his pronominibus aliquot [64]) sunt, quae adverbialiter quodam- Ch.133.
modo intelleguntur, sed et si qua alia [65]) pronomina inciderint [66]), adnotare non pigebit.

---

60) Possessiva — possessima *Cod.* 61) o tui — o tuos *Cod.* 62) eandem — andem *Cod.* 63) Horatius, Horati — oratius, orati *Cod.* 64) aliquot — aliquod *Cod.* 65) alia — aliqua *Cod.* 66) inciderint — inciderit *Cod.*

a) *sic et mius, o mi,* ita cum Charisio l. c. scribimus, pro eo quod Cod. exhibet: *sic Ennius o mi.* Vocativus *o mi,* in iis quae supersunt Ennii non reperitur.

Ch.133. 212. Nemo pronomen non habet genetivum, ut dicamus neminis, ut quibusdam videtur, sicut et alius pronomen aeque genetivum non habet, ut dicamus alius, tametsi antiqui genetivum alius producta [a]) dixerunt, quorum auctoritatem secuti, et nos adiecerimus. Huius [67]) nominativum veteres non tantum alius dixerunt, sed etiam alis, sicut et Sallustius — alis alibi stantes ceciderunt, omnes tamen adversis vulneribus [b]). — Convincitur [68]) vero haec opinio auctoritate Plauti, qui ita dixit in Captivis — neminis misereri certum est, quia [69]) mei miseret neminem [c]).

---

213. Formae verborum sunt quattuor: perfecta, meditativa, inchoativa, saepius agendi, quae et frequentativa.

Perfectae qualitatis verba sunt, ut amo, caleo, lego, scribo; meditativae sunt, ut amaturio, parturio; inchoativae, ut calesco, fervesco; saepius agendi, ut lectito, scriptito.

DE VERBO PERFECTAE FORMAE.

Ch.138. 214. Verbum est pars orationis pertinens ad id, quod facere quis aut quo fungi [70]) potest, ut credo, duco, sequor. Verbo accidunt qualitas, genus, figura, numerus, modus, tempus, persona.

Ch.138. 215. Qualitas verborum aut finita est, aut infinita. Finita est, quae notat certum tempus, certum numerum, certam personam, ut lego, scribo; infi-
P.154.r. nita, quae nihil certi habet, ut legere, scribere. * Haec enim omnibus personis, numeris, temporibus accidunt; possunt enim et a me, et a te, et ab illo, et tempore incerto, id est, et heri, et hodie, et cras, et quandocumque, et a quocumque dici. Ceterum legisse et scribsisse [71]) dicuntur [72]) quidem finita [73]), sed tempore solo finita sunt.

216. Genera verborum sunt ·VI·: activum, passivum, neutrum, commune, deponens, inpersonale.

Ch.138. 217. Omnia verba quinque litteris finiuntur ·O· ·I· ·M· ·R· ·T·

Quae in ·O· litteram indicativo modo finiuntur, aut activa sunt aut neutralia. Activa [74]) recepta ·R· littera possunt ex se facere passiva, ut lego, scribo, haec enim recepta ·R· littera faciunt passiva: legor, scribor. Neutra sunt, quae indicativo modo ·O· littera terminantur, et recipere ·R· litteram non possunt, ut faciant passivum, ut sto, ambulo, sedeo, non enim faciunt stor, aut ambulor.

218. Quae ·I· littera terminantur haec III. sola inveniuntur: odi, novi, memini, et sunt neutralia, et a quibusdam defectiva dicuntur.

---

67) Huius — cuius *Cod.* 68) convincitur — coniungitur *Cod.* 69) quia — qui *Cod.* 70) aut quo fungi — aufungi *Cod.* 71) scribsisse — scribsissed *Cod.* 72) dicuntur — dicitur *Cod.* 73) finita — infinita *Cod.* 74) activa — activa sunt *Cod.*

a) *producta* ·*US*· scribitur apud Charis. l. c. b) Idem Sallustii locus apud Charisium l. c., paullo tamen aliter legitur: *alis alibi stantes, omnes tamen adversis vulneribus conciderunt.* Nisi haec sint e corruptela Sallustiani Cat. 61: *pauci autem quos cohors praetoria disiecerat, paullo diversius, sed omnes tamen advorsis vulneribus conciderant,* historiarum fragmentis erunt accensenda. Ceterum cfr. Prisc. XIII. 3, 12. c) Plaut. Capt. III. 5, 106.

219. Quae ·M· littera terminantur, neutra sunt [75]), ut sum, prosum, possum, adsum, ea quoque a quibusdam defectiva dicuntur.

220. Quae vero ·R· littera terminantur, aut passiva sunt, ut doceor, moneor, et deponunt ·R. litteram, cum activum significant, ut doceo, moneo, aut deponentia. Deponentia autem simplicia verba sunt, quae ·R· littera terminantur [a]), et eandem nunquam amittunt, et in unam cadunt potestatem agentis, velut luctor, irascor, morior; non enim facit lucto, irasco, morio. Item e contrario, quod forma agendi significat patientiam, ut veneo, vapulo [76]), ardeo, pendeo, flagro, quae verba in neutrorum specie quidam posuerunt, alii supina dixerunt [b]). Ch. 139.

221. Item communia ·R· littera terminantur; communia autem sunt, quae et agentis et patientis personam recipiunt, velut consolor, criminor; dicimus enim consolor te, et consolor a te, et similia, osculor, ludificor, depopulor, hortor, venor, blandior.

222. Quae in ·T· litteram indicativo modo efferuntur, inpersonalia sunt, ut pudet, piget, poenitet [77]), decet, taedet, miseret, oportet, refert, interest. Haec quoque idcirco inpersonalia dicuntur, quia non ut cetera verborum genera proprias figurationes singulis personis accomodant; neque enim aliter declinari possunt, quam decet me, decet te, decet illum, et pluraliter: decet nos, vos, illos.

223. Figura verborum duplex est, aut enim [78]) simplicia sunt, ut scribo, aut conposita ut inscribo.

224. Numeri sunt duo, singularis et pluralis, ut scribo, scribimus.

225. Modi verborum sunt VII. Indicativus, ut amo, facio. Hic multifariam interpretatur [79]); nam et fatendi ex prima persona dicimus, ut amo, quia de se quisque profitetur, non de altero, et arguendi ex secunda persona; nemo enim non alterum arguit dicendo: amas. Quidam hanc personam in loco percunctandi posuerunt, adiecta ne syllaba, ut amasne? et nunciandi [80]) ex persona tertia; unusquisque enim, id quod alter facit, nunciat [81]) dicendo: amat. Etiam haec species prima sensum habet interrogandi, ut amo? amas? amat? quodque actu orationis dividitur [c]), utrum interrogativum sit an pronunciativum.

226. Secundus modus est, qui vim habet imperandi secundae et tertiae personae, ut ama, amat, numeri singularis; plurali autem recipitur etiam prima persona, ut amemus, ametis, ament.

---

75) sunt *Cod. ex em. pr. m.* sum *Cod. a pr. m.* 76) vapulo — bapulo *Cod.* 77) poenitet — paenitet *Cod.* 78) aut enim — aut enim aut enim *Cod.* 79) interpretatur — interpraetatur *Cod.* 80) nunciandi — nuntiandi *Cod.* 81) nunciat — nuntiat *Cod.*

a) *Deponentia autem simplicia verba sunt, quae ·R· littera terminantur* sic Cod. *Simplex aut deponens verbum intelligitur quod ·R· littera terminatur* Charis. 139. P. Videtur ergo et apud nostrum scribendum: *Deponentia aut simplicia.* Deponentia vero simplicia nemo grammaticorum praeter nostros dixerit. *b*) *Item — dixerunt.* Haec totidem verbis apud Charisium l. c. leguntur, sed corrupta sunt, ita fortassis restituenda: *Item e contrario, quae forma agendi significant patientiam, ut: veneo .... in neutrorum speciem quidam posuerunt.* *c*) *dividitur.* ita Cod. nonne legendum *discernitur?*

227. Tertius est, qui vim habet promittendi, ut legam, scribam.

Quartus est, qui vim habet optandi, qui etiam adverbium recipit, utinam amarem, amares, amaret.

Quintus modus est, qui intellegitur adiungendi subiungendique, qui etiam [82]) recipit coniunctionem, velut si amem, ames, amet.

Sextus modus est, qui infinitivus dicitur, de quo satis supra dixi.

Septimus modus est, qui inpersonalis appellatur, velut scribendi, scribendo.

228. Tempora sunt tria: praeteritum, praesens, futurum; praeteritum, ut legi, praesens, ut lego, futurum, ut legam.

229. Praeteriti temporis in activis quidem species sunt tres; nam aut inperfecta est, ut legebam, aut perfecta et absoluta, ut legi, aut plusquamperfecta vel recordativa, ut legeram.

F.154.v. * In passivis autem V. inperfecti: faciebar, perfecti: factus sum, superlativi [83]): factus fui, plusquamperfecti: factus eram, superlativi: factus fueram.

230. Personae sunt tres: prima ex qua sermo est, ut scribo; secunda ad quam sermo est, ut scribis; tertia de qua sermo est, ut scribit.

231. Quaedam verba semel quid facti significant, ut lego; quaedam saepius, ut lecto [84]); quaedam semper, ut lectito, curro, curso, cursito.

DE OBSERVATIONE VERBORUM.

Ch. 43. 232. Verborum ordines sive coniugationes sunt IV, et primus ordo facit secundam personam instantis temporis per ·AS·, velut amo, amas; secundus per ·ES·, velut doceo, doces; tertius autem per ·IS·, quae corripitur, velut scribo, scribis; quartus per ·IS·, quae extenditur, velut munio, munis.

Sed et hoc modo accipiuntur ab imperativis. Omnia verba imperativo modo his litteris terminantur ·A·, ·E· [85]) producta, ·E· correpta; ·I· ·O· ·C· ·R· ·S·.

233. ·A· littera finiuntur verba imperativo modo, quae sunt primae coniugationis, ut ex verbo amo, amas, fit imperativus ama.

234. ·E· producta finiuntur verba imperativo modo, quae secundae coniugationis [86]) sunt, ut ex verbo doceo, doces, fit imperativus [87]) doce. ·E· correpta finiuntur verba imperativo modo, quae sunt tertiae coniugationis, ut ex verbo scribo, scribis, fit imperativus [88]) scribe.

235. ·I· littera finiuntur verba imperativo modo, quae sunt quartae coniugationis, ut ex verbo, munio, munis, fit imperativus [89]) muni.

236. Item in ·O· quod solum est, et secundae tantum personae, ut cedo.

---

[82]) subiungendique qui etiam — qui etiam subiungendi quae *Cod.* [83]) superlativi — superbatium *Cod. ultimae syllabae a pr. m.* u *superscripto.* [84]) lecto *Cod. ex em. pr. m.* lectito *Cod. a pr. m.* [85]) ·E· — et *Cod.* [86]) secundae coniugationis — secunda coniugatione *Cod. a pr. m.* secunda coniugationis *Cod. ex em. pr. m.* [87]) imperativus — imperatibus *Cod.* [88]) imperativus — imperativum *Cod.* [89]) imperativus — imperativum *Cod.*

237. ·C· haec tria: dic, duc, fac.

238. Omnia verba tertiae coniugationis, sive declinationis, in secunda persona instantis imperativi [90]) per ·E· litteram terminantur, exceptis his III. dic, duc, fac. Sed facio, si praepositionem acceperit, redit ad regulam, velut inficio, infice; adficio, adfice; conficio, confice. Nec enim dicimus: duce, face, dice, quanquam veteres ita extulerunt.

239. ·R· ex corruptis ex verbo: fero, fers, fer, facit aufer.

240. ·S· item ex corruptis ex verbo adsum, ades.

:: QUAE TEMPORA QUIBUS SUMUNTUR:: [a]).

241. Item ab imperativis [91]) activorum infinitivi [92]) ita recipiuntur; nam unicuique [93]) modo imperativo ·RE· syllaba adiecta facit infinitivum, velut ama, amare, doce, docere; scribe, scribere; muni, munire; fac, facere; fer, ferre; excepto cedo [94]), quod, ut supra diximus, et solum, et secundae tantum personae est, et ades, quod non recipit ·RE· syllabam, sed ·SE·, et facit adesse.

242. Promissivus [95]) modus, quando in ·BO· syllabam, et quando in ·AM·, vel in ·RO· exire debeat, sic ab imperativo modo observabitur [96]).

243. In ·BO· syllabam promissivus exit ab imperativis [97]) in ·A·, vel in ·E· productam, vel in ·I· [98]) litteram terminatis, eius tamen ·I·, cuius verba prima positione ·E· litteram ante ·O· habent, velut eo, et quae ab eo conponuntur, ut redeo, abeo, adeo. Ex ·A· littera, ut ama, amabo; ex ·E· producta, ut doce, docebo; ex ·I· littera [99]), ut ibo, redibo, adibo.

244. In ·AM· syllabam promissivus [100]) exit ab imperativis ·E· correpta terminatis, ut scribe, scribam. Item in ·AM· exit promissivus [1]) ex verbis imperativis [2]) ·I· [b]), veluti muni, muniam, nutri, nutriam; item ·C· [c]), ut duc, ducam; item ·R· [d]), ut fer, feram.

245. In ·RO· syllabam promissivus [3]) exit ab imperativis ·S· littera terminatis, ut ades, adero. Hinc transeamus ad perfectum.

246. In primo ordine verborum perfectum tempus pronunciatur varie, id est, non in omni verbo easdem καταλήξεις [4]) habet, ideoque in quattuor

---

[90]) imperativi — imperatibi *Cod.* [91]) imperativis — infinitivis *Cod.* [92]) infinitivi = *Cod.* [93]) unicuique — unoquoque *Cod.* [94]) cedo — edo *Cod.* [95]) promissivum — promissivus *Cod.* [96]) observabitur — obsebavitur *Cod.* [97]) imperativis — imperatibis *Cod.* [98]) in ·I· — in i ni *Cod.* [99]) ex ·I· littera — ·I· litteram (= ex) *Cod.* [100]) promissivus — promissibus *Cod.* [1]) promissivus — promissibus *Cod.* [2]) imperativis — imperatibis *Cod.* [3]) promissivus — promissibus *Cod.* [4]) καταλήξεις — καταληξεις *Cod.*

a) QUAE TEMPORA QUIBUS SUMUNTUR. Titulus videtur capitis de formatione temporum, quod tamen ipsum in codice deest, nam sequitur doctrina de modorum formatione. Titulus hoc uno cum praecedentibus et subsequentibus tenore scriptus, utrinque quattuor punctis notatus, quibus respondet nota a prima manu margini adscripta: *regula anteposita.* Phrasim omnino similem habes apud Prob. art. min. (188. V.) *qui casus quos casus regere possint* etc. b) *ex verbis imperativis ·I·* supplendum videtur: *litera terminatis.* c) *item ·C·* mira fessi scribae brachylogia, pro: *item ex verbis imperativis. ·C· littera terminatis.* d) *item ·R·*, sic pro: *item ex verbis imperativis ·R· littera terminatis.*

ordinibus hoc ipsum perfectum tempus diversas habet formas, quas omnes suis locis cognoscemus; nunc de primo ordine dicendum est.

247. Igitur primi ordinis formae sunt quattuor: prima illa per quam perfectum tempus per ·AVI· syllabam proferuntur, velut amo, amavi, aro, aravi, probo, probavi [5]), noto, notavi.

248. Secunda per quam [a]) deest ·A· littera in eodem perfecto, qui desinit in ·UI· sono, sonui; tono, tonui; mico, micui; veto, vetui; plico, plicui; replico, replicui; frico, fricui; seco, secui; cubo, cubui; crepo, crepui; increpo, increpui; conplico, conplicui; adplico, adplicui; domo, domui.

249. Tertia forma est, in qua deest ·VA· syllaba, velut lavo [6]), lavi; ablavo, ablavi; adiuvo, adiuvi; no, nas, navi, νήχομαι; tono, tonas, tonui.

250. Quarta forma est, in qua perfectum crescit una syllaba, velut praesto [7]), praestiti; do, dedi; sto, steti; disto, distiti; insto, institi; obsto, obstiti; consto, constiti; prosto, prostiti; resto, restiti.

251. Secundi ordinis [8]) formae sunt quinque: prima cuius perfectum tem-
F.155.r. pus cadit in ·I· * litteram, nulla duce semivocali, velut splendeo, splendes, splendui; noceo, nocui; vigeo, vigui; niteo, nitui; palleo, pallui; teneo, tenui; stupeo, stupui; tepeo, tepui; timeo, timui; calleo, callui; torpeo, torpui; doceo, docui; valeo, valui; habeo, habui; praebeo [9]), praebui; debeo, studeo, rubeo, censeo; item et adiectis praepositionibus [10]), prohibeo, conhibeo.

252. Secunda forma est, cuius prima syllaba ex correpta cadit in productam, velut sedeo, sedi; faveo [11]), favi; foveo, fovi; moveo, movi; paveo, video, caveo; neo, nevi, νήθω, consuetudine autem torqueo linum et torsi.

253. Tertia forma est, qua cadit in ·SI· syllabam [12]) perfectum, velut ardeo, arsi; sorbeo, sorbsi; haereo, haesi; mulceo, mulsi; suadeo; indulgeo, indulsi; urgueo, torqueo, rideo, maneo, iubeo, fulgeo.

254. Quarta forma est, qua extrema syllaba in ·XI· cadit, velut frigeo, frixi; mulgeo, mulxi; luceo, luxi; lugeo [13]), luxi; angeo, alluceo [14]), et quae ex his derivantur [15]), vel fiunt.

255. Quinta forma est, qua [16]) perfectum tempus iteratur per primam syllabam, velut pendeo, pependi; spondeo, spopondi; tondeo,

---

[5]) probo, probavi — provo, provavi *Cod.* [6]) lavo — labo *Cod.* [7]) praesto — presto *Cod.* [8]) ordinis — ordini *Cod.* [9]) praebeo — praeveo *Cod.* [10]) praepositionibus — prepositionibus *Cod.* [11]) faveo — fabeo *Cod.* [12]) syllabam — syllavam *Cod.* [13]) lugeo *Cod. ex em. pr. m.* luteo *Cod. a pr. m.* [14]) alluceo — alliceo *Cod.* [15]) derivantur — deribantur *Cod.* [16]) qua — quae *Cod.*

a) *per quam*, sic pro: *in qua*.

totondi; mordeo, momordi. Sin autem habuerint praepositionem, non sic declinantur, sed inpendeo, inpendes, inpendi. Haec forma secundae declinationis a prima syllaba duplicatur, tertiae ab utraque syllaba.

256. Est et sexta forma, quae habet verbi activi perfectum passivum, velut audeo, ausus sum; soleo, solitus sum; gaudeo, gavisus sum.

257. Tertii ordinis formae decem [17]). Prima cuius perfectum per ·I· effertur, nulla duce consonante, velut colo, colui, alo, statuo; vomo, vomui; tremo et similia; sero, serui, σπείρω [18]).

258. Secunda forma est, quae primam syllabam iterat, ut curro, cucurri; disco, didici; cano, tango, pario, paris, peperi, ἐγέννησα; pello, pepuli; tundo, tutundi; pungo, pupungi [a]); parco, peperci et parsi; posco, poposci. Haec autem, si acceperint praepositionem, mutantur; exceptis his duobus, disco et posco; faciunt enim dedidici et depoposci.

259. Tertia forma est, quae novissimam syllabam perfecti iterat, velut addo, addidi; reddo, reddidi; abdo; perdo; condo; trado; credo; indo, indidi, ἐνδίδωμι, et his similia.

260. Quarta forma est, quae perfectum facit per ·XI· syllabam, velut restinguo, restinxi; distinguo, distinxi; emungo, emunxi; pingo, pinxi; dico, dixi; rego, rexi; affligo, adflixi; pollingo, pollinxi, ταριχεύω, ἐνταφιάζω [19]); pergo, perrexi; porrigo, porrexi; cingo, cinxi; diligo, dilexi; fluo, fluxi; struo, struxi; sugo, suxi, μύζω, θηλάζω; figo, fixi; vivo, vixi.

261. Quinta forma est, cuius perfectum in ·SI· litteras cadit, velut parco, parsi; sumo, sumsi; mitto, laedo, scribo; adlido, adlisi, προσρήσσω; carpo, mergo; plaudo, plausi; concutio et similia.

262. Sexta forma est, cuius prima syllaba instantis temporis corripitur, perfecto producitur, velut fugio, fugi; rumpo, rupi; fundo, fudi [20]); cudo, cudi, ἐλαύνω σίδηρον; vinco, vici; lego, legi; capio, cepi; facio, feci; iacio, ieci ῥίπτω; ago, egi, et his similia; cerno, crevi, ὁρῶ, προσέρχομαι κληρονομίᾳ [b]); decerno, decrevi.

263. Septima forma est, cuius perfectum cadit in ·I· litteram duce ·U·, quae loco consonantis est, velut cupio, cupivi; peto, petivi; quaero, quaesivi; tero, trivi; sino, sivi, et similia.

264. Octava forma est, cuius perfectum effertur per ·AVI· longam, in similitudinem verborum primae coniugationis, pasco, pascis, pavi; sterno, stravi.

265. Nona forma est, cuius perfectum sumitur a secunda persona instantis,

---

[17]) decem — decem X *Cod.* [18]) σπείρω — σπιρω *Cod.* [19]) ἐνταφιάζω — ενταφιευω *Cod.* [20]) fudi — fundi *Cod.*

a) *tundo, tutundi; pungo, pupungi,* sic Cod. pro: *tutudi, pupugi.* Ceterum *tunsi* habetur apud Diomed. *b*) Glossa duplicem verbi *cernere* significationem continet, prima est τοῦ *videre;* alteram illustrant verba Varronis, de L.L. VI. 5. „*heres, cum constituit se heredem esse, dicitur cernere, et, cum id fecit, crevisse.*“

ademptа littera ·S·, velut mando, mandis, mandi, ἐμασήσαμην; pando, pandis, pandi.

266. Decima forma est, cuius perfectum passive effertur, velut fido, fisus sum [21]); confido, confisus sum.

267. Quartus ordo formas habet quinque. Prima forma est, cuius perfectum in ·I· litteram cadit duce ·U·, velut munio, munivi; servio, servivi; lenio, lenivi; ligurrio, ligurrivi.

F.155.v. 268. * Secunda forma est, cuius perfectum in ·I· cadit, nulla duce vocali, nec consonante, velut aperio, aperui; operio, operui.

269. Tertia forma est, qua [22]) perfectum in ·SI· litteram desinit, velut saepio, saepsi; sarcio, sarsi; fulcio, fulsi; farcio [23]), farsi; sentio, sensi.

270. Quarta forma est, qua perfectum cadit in ·XI· litteras, velut sancio, sanxi; vincio, vinxi.

271. Quinta forma est, qua prima persona cadit in similitudinem [24]) verborum secundi ordinis, secunda autem mutatur, et quomodo prima declinatio huius ordinis cadit in ·I·, duce [25]) ·U· littera, sic et hic, velut eo, is, ivi [26]), quorum verborum futurum in ·BO· cadit, ibo, quia ut supra diximus [27]), prima persona similitudinem sequitur secundi ordinis, aliter enim, ut supra diximus, tertii et quarti ordinis futurum tempus in ·AM· litteras terminatur, addam, scribam, muniam, sentiam.

272. Regula: Omnia verba, quae ante ·O·, ·E· litteram habent, haec omnia secundi ordinis sunt, velut doceo, doces; sedeo, sedes; exceptis his: creo, creas; beo, beas [28]); meo, meas; eo, is; quae sunt primi et quarti ordinis.

---

[21]) fisus sum — ficus sursum *Cod.* τῷ *·R· in* sursum *a pr. m. in ·S· mutato.* [22]) qua — quae *Cod.* [23]) farcio — fario *Cod.* [24]) similitudinem — similutudinem *Cod.* [25]) duce — doce *Cod.* [26]) ivi — ibi *Cod.* [27]) supra diximus — s. d. *Cod. idem compendium etiam mox infra.* [28]) beo, beas — beho, behas *Cod.*

INCERTI
FRAGMENTUM GRAMMATICUM
DE
NOMINE ET PRONOMINE.

E Codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi No. 17.

INCERTI

FRAGMENTUM GRAMMATICUM

DE

NOMINE ET PRONOMINE.

DE GENITIVO SINGULARI.

1. . . . . *Nam legimus apud Lucretium et Vergilium — terrai frugiferai [1]) [a]) — pro terrae frugiferae — et — Aulai medio [b]) — pro aulae; atque — aurai simplicis ignem [c]) — pro aurae; item — dives pictai vestis [d]) — pro pictae. Apud Salustium [2]) quoque — duobus Senati consultis [e]) — pro Senatus. Apud Terentium [3]) etiam — nihil ornati, nihil tumulti [f]) — item — eius anuis [4]) causa [g]) — pro ornatus, tumultus, anus. Item aput Vergilium [5]) — Libra die somnique [h]) — pro diei, et apud Salustium — dubitavit acie pars [i]) — pro aciei [6]). Sed haec omnia usurpando vindicavit sibi vetustas, posteritas explosit. F.II.r.

2. Omnis etiam nominativus secundae declinationis ·US· pura terminatus, praecedente ·I· littera, genitivum suum per duas ·I· [7]) proferri faciat necesse est, ne minorem [8]) eum habeat numero syllabarum [9]); cum vel superare genitivus, vel certe debeat adaequare nominativum suum, ut Horatius, Horatii. Similiter et neutra eiusdem declinationis, quae ·I· habuerint ante ·UM·, geminabunt ·I· litteram ob eandem rationem, ut folium, folii; otium, otii; tugurium, tugurii; peculium, peculii; licet haec antiquitas per ἀποκοπὴν [10]), id est, ablata ·I· littera, enuntiaverit, ut ipse de se Horatius — vatis Horati memorem [11]) sepulchro scalpeque-

---

[1]) frugiferai — frugeferai *Cod.* [2]) Salustium, *ita Cod. una l littera.* [3]) Terentium — Terrentium *Cod.* [4]) anuis — anui *Cod.* τῷ *i tribus punctis notato.* [5]) aput Vergilium *Cod. variat scriptura, nam alibi habet* apud *et* Virgilius. [6]) aciei — acei *Cod.* [7]) per duas ·I· — per Ii *Cod.* τῷ duas *inter lineas addito.* [8]) minorem — menorem *Cod.* [9]) numero syllabarum — nomero syllabarum *Cod. ex em. pr. m., quae primum* nomerum elabarum *(sic) scripserat.* [10]) ἀποκοπήν — αποκεπη *Cod.* [11]) memorem — menorem *Cod.*

a) In his quae hodie exstant Lucretii haec non leguntur; eadem Ennii nomine citat Charis. 1. P. Vid. Annall. XVIII. p. 174. ed. Lips. *b*) Virg. Aen. III. 354. ubi hodie legitur: *aulai in medio.* Cum nostro facit etiam Pomp. 448. L. *c*) Virg. Aen. VI. 747. *d*) Virg. Aen. IX. 26. *e*) Nisi sit locus Catil. 36. ubi legitur: *namque duobus senati decretis,* historiarum fragmentis haec erunt accensenda. *f*) Terent. Andr. II. 2, 28. *g*) Terent. Heaut. II. 3, 46. *h*) Virg. Georg. I. 208. Cfr. Gell. N. A. IX. 14, 6. *i*) Sallust. hist. I. 66. p. 225. Gerl. Cfr. Prisc. VII. 19. 93.

rellam [a]) — Vergilius — Pauperis et tuguri congestum est [b]) — item — Nec spes libertatis erat, nec cura peculi [c]) — item — Parthenope studiis florentem ignobilis oti [12]) [d]) — et alibi — Hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit [e]) — pro Horatii [13]) tugurii, peculii [14]), otii, Patavii.

DE VOCATIVO SINGULARI [15]).

3. Per omnes declinationes in latinis nominibus idem erit vocativus, qui et nominativus, praeter graeca, quae et suis regulis serviunt et latinis, et praeter ea, quae et secundae declinationis sunt et ·US· terminantur; ea enim modo ·E· modo ·I· vocativum determinant suum. Tunc ·I·, cum ·US· pura fuerit, antecedente ·I· littera, et propria sint, non appellativa; ablata enim eadem ·US· syllaba faciunt vocativum, ut Vergilius, o Vergili; Terentius, o Terenti. Tunc ·E·, cum ex his tribus vel unum defuerit aut pura ·US·, aut ·I· antecedens, aut ipsa proprietas. Excipitur [16]) unum filius; hoc enim, quamvis non sit proprium, tamen regulae propriorum inrepsit et vocativum suum fecit o fili, sicut Iulius, o Iuli.

DE GENITIVO ET DATIVO PLURALIBUS.

4. Prima declinatio et secunda genitivum pluralem faciunt addita ·RUM· syllaba ablativo casui singulari, ut ab hoc poeta, horum poetarum, ab hoc docto, horum doctorum. Hic tamen aliquotiens ornatus gratia, vel metri necessitate, vel consuetudine [17]) vetustatis per συγκοπὴν [18]) pronuntiatur. In prima quidem declinatione in his quae composita sunt, ut caelicolarum, caelicolum [19]), omnigenarum [20]), omnigenum. Vergilius — superoque nitentem Caelicolum [21]) regi mactabam in litore taurum [f]) — idem — Omnigenumque deum monstra, et latrator Anubis [g]) — amforae etiam non amforarum, sed amforum [h]); ita enim semper esse dicendum iam inde antiquitus obtinuit.

In secunda vero declinatione tantum cum sint generis masculini, ut virorum, virum; —Arma virum, tabulaeque [i]) — modiorum, modium, sicut Tullius ubique [k]); sestertiorum, sestertium. Nam neque femi-

---

[12]) oti — uti *Cod.* [13]) Horatii — oratii *Cod.* [14]) peculi — peculiii *Cod.* [15]) singulari — singulare *Cod. contra auctoris nostri regulam, inferius adferendum.* [16]) excipitur — excepitur *Cod.* [17]) consuetudine — consuitudine *Cod.* [18]) συγκοπὴν — συνκοπην *Cod.* [19]) caelicolum *Cod. ex em. pr. m. quae primum* caelicolorum *scripserat.* [20]) omnigenarum *Cod. ex em. pr. m.* omnigeneris *Cod. a pr. m.* [21]) caelicolum — caeliculum *Cod.*

a) Mirum centonem conflavit Noster e Horat. carm. IV. 6, 14. et III. 11, 51. 52. Voci *scalpe* in Cod. a pr. m. suprascripta est glossa ἐγκόλαψον. De orthographia vocis *querella* Cfr. Forcell. sub h. v., et auctoribus ibi laudatis add. A. Maium ad Cic. de republ. II. 25. *b*) Virg. Eclog. I. 69. τὸ *est* fortassis e compendio vocis *cespite* (cesp.) ortum est. *c*) Virg. Eclog. I. 33. *d*) Virg. Georg. IV. 564. *e*) Virg. Aen. I. 247. *f*) Virg. Aen. III. 20. 21. *g*) Virg. Aen. VIII. 698. *h*) Eandem orthographiam huius vocis habes apud Charis. 41. P. Cfr. Schneid. Gramm. lat. I. 265. *i*) Virg. Aen. I. 119. *k*) Cic. in Verr. I. 36. 46. 87. Ern. et cetera.

nini generis, neque neutri nomina placuit hoc modo enuntiari per genitivum pluralem, ac maxime neutra, ne et hic fierit *συνέμπτωσις* [22]) nominativi singularis, et essent iam non triptota, sed *τετράπτωτα* [23]), ut puta pro templorum, templum, quod est [24]) nominativi, et accusativi, et vocativi.

5. Item utriusque supradictae declinationis dativus et ablativus pluralis ·IS· syllaba terminatur, exceptis, quae ambiguitatis causa discernendae, contra rationem recepta sunt, filiabus, deabus, equabus, mulabus, item ambabus, duabus, domo, domorum, domibus. Idque antiqui paene in omnibus faciebant, quae sub eadem finalitate in utroque genere nunc proferuntur, ut puta magni, magnis, et magnae, magnis, pudici, pudicis, et pudicae, pudicis, liberti, libertis, et libertae, libertis. Haec antiqui, ob discernendum sexum, in femininis magnabus, pudicabus, libertabus dicebant, *sed a posteris illa tantum, quae supe- F. 11. v. rius diximus, in usu retenta sunt, propter iuris necessitatem, quod omnem ambiguitatem auferre voluit ex testamentis atque legatis [a]).

6. Tertiae declinationis ablativus singularis aut ·E·, aut ·I· terminatur. ·I·, si fuerit terminatus, addita ·UM· syllaba, facit genitivum pluralem, ut ab hoc facili, horum facilium, forti, fortium. ·E· vero finito eodem casu, modo ·E· littera [25]) in ·UM· conversa fiet genitivus pluralis, ut ab hoc homine, horum hominum; modo in ·I· commutata et addita ·UM·, ut ab hoc colle, horum collium, ab hoc monte, horum montium. Quando tamen ·E·, quando ·I· terminetur, technici [b]) vix distinxerunt, ideoque ut [26]) ex illorum traditione collegere [27]) potui, quam potero paucis exponam.

7. Neutra omnia, quae nominativo singulari ·A· fuerint terminata, et ablativo singulari ·E· littera finiuntur, eademque in ·UM· syllabam commutata facient genitivum pluralem, ut poema, poemate, poematum; emblema, emblemate, emblematum; plasma, plasmate, plasmatum. Et sunt omnia huiusmodi graeca, nullo alio genere sub hac finalitate in tertiam venientem declinationem [c]). Qui autem poematorum, emblematorum, plasmatorum declinaverunt, vitiose et contra rationem locuti sunt, nec est eorum auctoritas admittenda, licet magni sint nominis [d]).

8. Item omnia neutri generis ·E· terminata, et ablativo singulari ·I· littera finientur, et addita ·UM· syllaba facient genitivum pluralem, ut monile, monili, monilium; sedile, sedili, sedilium; praesepe, praesepi, praesepium.

---

[22]) fieret *συνέμπτωσις — συεμπτωσις Cod.* [23]) *τετράπτωτα Cod. ex em. pr. m., quae primum τετραπτοτα scripserat.* [24]) quod est — quod —· *Cod. ita τὸ* est *nota Tironiana expressum. Vid. Kopp Lexicon Tironianum p.* 114. [25]) littera — litteram *Cod.* [26]) ut — ut quod *Cod. τῷ* quod *punctis undique impositis improbato.* [27]) collegere *ita Cod.*

a) Cfr. Charis. 39. P. Pompeius 210. L. *b*) Technicos dicit, qui alias Artigraphi appellantur. *c*) *graeca, nullo — venientem declinationem.* Locus corruptus, forsitan post *graeca* maiori distinctione interpungendum, et reliqua sic legenda: *Nulla alio genere sub hac finalitate in tertiam venient declinationem.* *d*) Vid. Charis. 114. P.

9. Omnia nomina ·O· terminata, et ablativo singulari ·E· finientur, et eadem in ·U· commutata et adsumta ·M· littera facient genitivum pluralem, ut hic Cato, ab hoc Catone, horum Catonum; haec virgo, ab hac virgine, harum virginum [28]). Nullum excipitur [29]); nam pondo indeclinabile est. Item octo non solum indeclinabile, sed etiam numeri [30]) pluralis, et nunc de singulari loquimur nominativo.

10. ·I· quae terminantur indeclinabilia sive aptota [31]), seu monoptota sunt, eaque omnino duo tantum reperiuntur, frugi et nihili, et sunt generis omnis; hic et haec et hoc frugi, huius frugi, huic frugi, hunc et hanc et hoc frugi, o frugi, ab hoc et ab hac et ab hoc frugi; similiter pluralia; eodemque exemplo hic et haec et hoc nihili [32]).

11. Omnia ·AL· terminata, si peregrina [33]) fuerint, et ablativo casu ·E· finientur, et ea in ·UM· conversa, facient genitivum pluralem, ut hic Annibal, ab hoc Annibale, horum Annibalum; si vero latina et neutri generis, ablativum in ·I· mittent, et addita ·UM· syllaba genitivum facient pluralem, ut hoc vectigal [a]), vectigali, horum vectigalium, bidental [b]), bidentali, bidentalium.

12. Omnia ·EL· terminata, si peregrina fuerint, superiori regulae [34]) servient; si vero latina, neutri generis erunt et tantum numeri singularis, et in obliquis geminabunt ·L· litteram [35]), et ablativo ·E· finientur, ut hic Necamel, ab hoc Necamele, horum Necamelum; hoc vero mel, ab hoc melle; hoc fel, ab hoc felle. Mella tantum triptoton est; vicit [c]) propter auctoritatem Vergilianam — Mellaque decussit foliis [d]) — et alibi — Mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum [e]). —

13. Omnia ·IL· terminata masculina ablativum singularem in ·E· mittunt, eaque mutata in ·UM· syllabam, faciunt genitivum pluralem, ut hic pugil, ab hoc pugile, horum pugilum [36]); vigil, vigile, vigilum [37]).

Feminina, praeter unum Tanaquil, nulla sunt; hoc tamen ipsum eandem regulam servat.

Neutra quoque, praeter unum nihil, nulla sunt, quod tamen ipsum tres solos casus recipit: nominativum hoc nihil, accusativum hoc nihil [38]), vocativum o nihil.

14. ·OL· nulla, praeter unum sol, terminantur, quod tamen ablativo casu singulari ·E· finitur, et ea in ·UM· conversa, genitivum facit pluralem, si tamen in pluralem numerum flectendum hoc nomen est, sicut omnium no-

---

28) virginum — virgenum *Cod.* 29) excipitur — excepitur *Cod.* 30) numeri — nomeri *Cod.* 31) aptota — abtota *Cod.* 32) nihili — nigili *Cod.* 33) peregrina — perigrina *Cod.* *ita etiam paullo inferius.* 34) regulae — regolae *Cod.* 35) litteram — littera *Cod.* 36) pugilum — pugilium *Cod.* 37) vigilum — vigilium *Cod.* 38) nihil — nigil *Cod.*

a) *vectigal.* Gloss. interlin. pr. m. τὸ τέλος. *b*) *bidental.* Gloss. marg. pr. m. *nomen loci bis fulmine tacti.* *c*) *vicit.* Gloss. marg. a pr. m. ἐπικράτησεν. *d*) Virg. Georg. I. 131. *e*) Virg. Eclog. III. 89.

minum [a]), nisi quando pro diebus ponitur, ut — Tres adeo incertos caeca [39]) caligine soles [b]). —

15. * Omnia ·UL· terminata ablativo casu singulari ·E· finiuntur et ea in f. 12. r.
·UM· syllabam conversa, faciant [40]) genitivum pluralem, ut hic consul, ab hoc consule, horum consulum.

16. Omnia ·N· littera terminata ablativum singularem in ·E· mittunt et eadem in ·UM· conversa, faciunt genitivum pluralem, ut hic paean, ab hoc paeane, horum paeanum, fulmine, fulminum [41]), Memnone, Memnonum. Delfin [42]) et Telchin [43]) Latini Delfinus [44]) et Telchinus pronuntiare maluerunt, ne cogerentur Delfinibus et Telchinibus dicere. Nam quod legimus, — Delfinum caudas utero commissa luporum [45]) [c]) — potest συγκοπὴ [46]) esse, pro Delfinorum, sicut — Arma virum [47]), tabulaeque [d]) — pro virorum.

17. Omnia ·AR· terminata, masculina vel feminina, ablativo casu singulari ·E· finiuntur, eaque in ·UM· conversa, faciunt genitivum pluralem, ut hic Caesar, ab hoc Caesare, horum Caesarum. Neutra vero ablativo singulari ·I· finiuntur, et addita ·UM· syllaba, faciunt genitivum pluralem, ut lacunar [48]) [e]), ab hoc lacunari, horum lacunarium; hoc pulvinar, ab hoc pulvinari, horum pulvinarium. Excipiuntur duo, far et lasar [f]), quae masculinorum regulae serviunt.

18. Omnia ·ER· terminata cum, amissa ·E·, sine incremento genitivum singularem per ·RIS· syllabam proferant, in hanc commutata [49]) finali syllaba casus nominativi, ablativum singularem modo ·E· finient, eaque in ·UM· commutata, facient genitivum pluralem, ut hic pater, huius patris, ab hoc patre, horum patrum; haec mater, huius matris, ab hac matre, harum matrum; modo ·I· et adsumta ·UM· syllaba [50]) facient genitivum pluralem, ut hic imber, huius imbris, ab hoc imbri, horum imbrium; hic uter, huius utris, ab hoc utri, horum utrium. Cum vero ·ER· manente finali, ·IS· adsciverint syllabam, ablativum singularem ·E· terminabunt, eaque in ·UM· conversa, facient ge-

---

39) caeca — ceca *Cod.* 40) faciunt — faciant *Cod.* 41) fulmine, fulminum *Cod. ex em. pr. m., quae primum* flumine, fluminum *scripserat.* 42) Delfin, *ita Cod. constanter per* f. *conf. supr. not.* 43) Telchin — Thelchin *Cod.* τῷ h *puncto imposito notato.* 44) Delfinus *Cod. sed* τῷ u *superscribitur* i. 45) luporum — loporum *Cod.* 46) συγκοπὴ — συγκοπη *Cod.* 47) virum — verum *Cod.* 48) lacunar — hacunar *Cod. ex em. voluit* h (*id est* hoc) lacunar. 49) comutata — comotata *Cod.* 50) syllaba — sillaba *Cod.*

a) *omnium nominum.* Haec corrupta sunt, legendum videtur: *omnino nunquam.* b) Virg. Aen. III. 203, c) Virg. Aen. III. 428. d) Virg. Aen. I. 119. e) *lacunar.* Huic voci a pr. m. superscribitur glossa τὸ καλωθων, manifesto corrupta, pro qua scribendum videtur καλάθωμα, quod quidem vocabulum in lexicis non reperitur, attamen in glossariis ab H. Stephano 1537. editis legitur p. 500 καλάθωσις *laquear, lacunar*, quod in Thes. gr. ling. ed. Lond. col. 4716. a verbo καλαθέω, ceterum nulla auctoritate munito, derivatur. f) *lasar* sic Cod. pro vulgari *laser*, (succus laserpitii). Glossar. H. Steph. modo laudatum habet p. 329. Laser sive lasar, ὀπὸς, item p. 353. Lasar, ὀπὸς.

nitivum pluralem, ut passer, passeris, passere, passerum; anser, anseris, ansere, anserum; pauper, pauperis, paupere, pauperum; celer, celeris, celere, celerum; sic et uber [a]), tuber [b]), giber [c]) et acer [d]), quando arborem significat, licet quibusdam haec acerus nominativo dici debere placeat; sic et piper, cicer [e]), aether, siser [51]), aer, et si qua similia.

19. Omnia etiam, quae ex nominibus derivata, ·TER· syllaba terminantur et feminina ex se faciunt ·TRIS· syllaba terminata, ut hic equester, haec equestris; campester, campestris; paluster, palustris; ablativo casu singulari ·I· finiuntur, et addita ·UM· syllaba, faciunt genitivum pluralem, ab hoc equestri, horum equestrium [52]). Acer [53]) et [54]) alacer [f]) ablativo casu [55]) singulari ·I· finiuntur, et addita ·UM· facient genitivum pluralem, ab hoc acri, horum acrium, ab hoc alacri, horum alacrium, licet hic alacris lectum sit. Vergilius — ut videt Aenean, alacris palmas utrasque tetendit [g]) — Sed melius est, immo rectius, hic alacer et haec alacris, ut hic acer et haec acris; inde enim etiam neutra hoc acre et hoc alacre, sicut campester, campestris, campestre, equester, equestris, equestre [56]). Praeterea etiam superlativi gradus regula [57]) hunc [58]) exigit nominativum [59]), qui detractis syllabis ultimis duabus ad positivum redit, ut acerrimus, acer, sicut asperrimus, asper, nigerrimus, niger, pauperrimus, pauper. Iuppiter, cum sit ἑτερόκλιτον [60]), regulae minime [61]) subicietur [62]). Iuppiter, Iovis, Iovi, Iovem, ab hoc Iove.

20. Omnia ·OR· terminata, ablativo singulari ·E· finiuntur, eaque in ·UM· conversa, facient genitivum pluralem, praetor, praetore, praetorum; actor, actore, actorum; Nestor, Nestore, Nestorum; arbor, arbore, arborum; cor, corde, cordum; marmor, marmore, marmorum; aequor, aequore, aequorum. Nihil excipitur.

21. Omnia etiam ·UR· terminata eidem regulae serviunt, ut turtur, turture, turturum; augur, augure, augurum; fur, fure, furum; murmur, murmure, murmurum.

22. Omnia ·AS· terminata, ablativo casu singulari ·E· finiuntur, eaque in ·UM· conversa, faciunt genitivum pluralem, seu graeca [63]) fuerint, seu la-

---

51) siser, *in Cod. punctis impositis damnatur.* 52) equestrium — aequestrium *Cod.* 53) Acer *in Cod. haec vox tribus punctis impositis notatur.* 54) et, *nota Tironiana inter lineas additum.* 55) casu *vox haec in Cod. tribus punctis notatur.* 56) equestre *Cod. ex em. pr. m.* equestrae *Cod. a pr. m.* 57) regula *Cod. ex em. pr. m.* regulam *Cod. a pr. m.* 58) hunc *Cod. ex em. pr. m.* hanc *Cod. a pr. m.* 59) nominativum — mominat. (*sic*) *Cod.* 60) ἑτερόκλιτον — ετεροκαιτον *Cod. errore e similitudine τοῦ* Λ *et* Α *orto.* 61) minime — minimae *Cod.* 62) subicietur *ita Cod. Cfr. Lindem. ad Pomp. p.* 75. 63) graeca — greca *Cod.*

a) *uber.* Gloss. interlin. οὖθαρ. b) *tuber.* Gloss. interlin. ὕδνον. c) *giber.* Gloss. interlin. κύρτωμα. d) *acer.* Gloss. interlin. σφένδαμνος. e) *cicer.* Gloss. marg. ερεβιντες (pro ἐρέβινθος). f) *alacer.* Gloss. interlin. ὁ πρόθυμος. g) Virg. Aen. VI. 684. 685. ubi nunc pro *ut* legitur *ubi,* et *vidit* pro *videt.*

tina, seu masculina, seu feminina, ut Thoas, Thoante, Thoantum; dorcas, dorcade, dorcadum; anas [a]), anate, anatum; mas, mare, marum; as [b]), asse, assum; pubertas, pubertate, pubertatum; Maecenas, Maecenate, Maecenatum. Neutra duo sunt, fas et nefas monoptota; trium casuum tantum. Excipitur unum vas, quod singulari, tertiae declinationis est; plurali vero numero, secundae, hoc vas, huius vasis, huic vasi, hoc vas, o vas, ab hoc vase, haec vasa, horum vasorum, his vasis, haec vasa, o vasa, ab his vasis.

23. Omnia ·ES· terminata, seu graeca [64]), seu latina sint, masculina aut feminina, ablativo casu singulari ·E· finiuntur, * et ea in ·UM· conversa, F. 12. v. faciunt genitivum pluralem, ut paries, pariete, parietum; miles, milite, militum; heres, herede, heredum; Chremes [65]), Chremete, Chremetum; abies, abiete, abietum; sedes, sede, sedum; merces, mercede, mercedum; nubes, nube, nubum; caedes, caede, caedum; rupes, rupe, rupum [c]).

24. Omnia ·IS· terminata latina communia, neutrum in ·E· veniens [d]) ex se generantia, ut hic et haec docilis, hoc docile, ablativo singulari ·I· finiuntur; additaque ·UM· syllaba faciunt genitivum pluralem, quae, si propria fuerint, ablativum singularem in ·E· mittent, ut hic et haec cerealis, et hoc cereale, ab hoc et ab hac cereali [66]), horum et harum cerealium; hic vero Cerealis, ab hoc Cereale; sic et agilis, amabilis, vitalis, et si qua talia. Huic regulae subicientur [67]) et quia quae a masculinis in ·TER· exeuntibus feminini generis [e]) ·TRIS· syllaba terminantur, equester, equestris, paluster, palustris, equestri, equestrium, palustri, palustrium.

25. Omnia ·IS· terminata latina seu communis generis sine neutro, seu cuiuslibet alterius generis [68]) eundem habentia genitivum [69]) nominativo suo, ablativo singulari [70]) modo ·E· littera finiuntur, eaque in ·UM· conversa faciunt genitivum pluralem, ut hic et haec canis, ab hoc et ab hac cane, horum et harum canum; hic et haec iuvenis, ab hoc iuvene, iuvenum [71]); hic panis, ab hoc pane, horum panum; inter quae excipiuntur hic ignis, igne, ignium; navis, nave, navium;

---

64) graeca — greca *Cod.* 65) Chremes — chemes *Cod.* 66) cereali *Cod. ex em. pr. m.* cereale *Cod. a pr. m.* 67) subicientur *Vid. supra not.* 68) generis, *in Cod. h. v. tribus punctis a pr. m. impositis improbatur.* 69) genitivum — genitium *Cod.* 70) singulari — singulare *Cod.* 71) iuvenum — iuvinum *Cod.*

a) *anas.* Gloss. interl. μνησσα, pro ἡ νῆσσα, vitio nato e similitudine τοῦ M et H. *b*) *as.* Gloss. interl. ἡ λίτρα. *c*) *sedum — rupum.* Confirmatur igitur a Nostro monitum Prisciani VII. 16. 77. „*Frequentius tamen in ·ES· venientia absque ·I· inveniuntur, ut: vatum — sedum — mensum.*“ Cfr. tamen Schneid. Gramm. lat. III. 243. *d*) *neutrum in ·E· veniens;* sic scribendum pro eo quod vitiose Cod. habet: *neutra in ·E· venientia;* posset etiam legi: *neutra in ·E· venientia,* quod tamen minus probabile videtur. Ceterum: *venire in,* pro *terminari,* saepius a Nostro usurpatur. *e*) *quia quae — terminantur.* Locus corruptus. Mutandum forsitan *quia in ea,* et pro *feminini generis* scribendum *feminino genere.*

orbis, orbe, orbium; finis, fine, finium; crinis, crine, crinium; modo ·I·, et addita ·UM· faciunt genitivum pluralem, haec puppis, ab hac puppi, harum puppium; turris, ab hac turri, turrium; securis, ab hac securi, securium; hic Liris, ab hoc Liri; Fabaris, ab hoc Fabari [72]); Tiberis, ab hoc Tiberi [73]); et ut dicit Plinius [74]) Secundus in libris dubii sermonis [a]) hic salis, ab hoc sali, quorum etiam accusativi, praeter salis, contra propriam tertiae declinationis finalitatem non in ·EM·, sed in ·IM· syllabam veniunt, hanc puppim, hanc turrim, hanc securim, hanc restim [b]), hunc Lirim, hunc Fabarim, hunc Tiberim [75]); similiter et funis, ab hoc funi, horum funium, accusativo tamen per ·EM·, non, ut supra dictum, per ·IM· elato; attamen et ab hac puppe et ab hac turre, et ab hoc fune, et ab hoc sale dicimus.

26. Omnia ·IS· terminata, quae in genitivo singulari crescunt, ablativo singulari ·E· finiuntur, eaque in ·UM· conversa, faciunt genitivum pluralem, ut hic cinis, cineris, cinere, cinerum; pulvis, pulveris, pulvere, pulverum; cuspis, cuspidis, cuspide, cuspidum; cassis, cassidis [76]), casside, cassidum [77]); Samnis, Samnite, Samnitum, licet Salustius Samnitium [c]) dixerit. Excipitur unum lis, litis, lite, litium, non litum.

27. Omnia ·IS· terminata graeca [78]), seu masculina seu feminina fuerint, ablativo singulari ·E· finiuntur, eaque in ·UM· conversa, reddunt ex se genitivum pluralem, ut Paris, Paride, Paridum; Daphnis, Daphnide, Daphnidum; Lais, Laide, Laidum; Thais, Thaide, Thaidum.

28. Omnia in ·OS· desinentia latina, seu masculina, seu feminina vel communia, ablativo casu singulari ·E· finiuntur, eaque in ·UM· conversa, faciunt genitivum pluralem, ut custos, custode, custodum; flos, flore, florum; nepos, nepote, nepotum. Neutra omnino duo sunt, quae in ·OS· veniant, alterum producte, alterum correpte, ut os, oris, ori, os, ab ore, ora, orum, oribus. Item os, ossis, ossi, os, ab osse, ossa, ossuum [d]), ossibus.

29. In ·OS· desinentia graeca [79]), si crescant in genitivo singulari, supradictae regulae serviunt, ut Eros, Erotis, Erote, Erotum; heros, herois, heroe, heroum; si non crescant, magis propriae regulae, quam latinae subiacebunt, ut Peneleos, Penelei seu Pcneleo; Androgeos,

---

72) Fabari — fabri *Cod.* 73) Tiberi — teberi *Cod.* 74) Plinius — plenius *Cod.* 75) Tiberim — teberim *Cod.* 76) cassidis — casidis *Cod.* 77) cassidum — cassedum *Cod.* 78) gracca — greca *Cod.* 79) graeca — greca *Cod.*

a) Vocabulo *Secundus* a librario puncta imponuntur. De Plinii Secundi libris dubii sermonis alias exponemus. Ceterum locus a Nostro laudatus notatu dignus, tum quod a nemine adhuc grammaticorum sit laudatus, tum quod ex eo novam formam nominativi *hic salis* discimus. b) *restim*. Gloss. interlin. σχεῖνον. c) *Samnitium*, in iis quae supersunt Sallustii nuspiam invenitur. d) *ossuum*, ita Cod. Eadem forma invenitur apud Prudentium in pass. St. Vincentii Martyris V. 111. „*compago donec ossuum*.“

Androgei seu Androgeo. — Primusque Coroebus Penelei dextra[a]) — aut, ut alii tradiderunt[80]), Peneleo. Item — In foribus letum Androgei[b]) — aut, ut aliis[c]) placet, Androgeo; magis tunc secundae, quam tertiae declinationis erunt huiusmodi nomina, cum ad latinam[81]) venerint regulam.

30. Omnia ·US· terminata latina, masculina aut feminina, communia seu neutra, ablativo singulari ·E· finientur, eaque in ·UM· conversa, facient genitivum pluralem, ut mus, mure, murum; palus, palude, paludum; laus, laude, laudum; Venus, Venere, Venerum; crus, crure, crurum; pectus, pectore, pectorum; vellus, vellere, vellerum; grus, grue, gruum; vetus, vetere, veterum. Nullum excipitur[82]) omnino. *Quin immo etiam graeca[83]), cum huius erint[d]) declinationis, eidem regulae subiacebunt, Oedipus, Oedipode[84]), Oedipodum; Melampus, Melampode, Melampodum. F. 13. r.

31. Omnia nomina, quae ·B· consonantem ante ·S· semivocalem habebunt, et monosyllaba erunt, et ablativo ·E· finientur, eaque in ·I· conversa, et addita ·UM· syllaba, facient genitivum pluralem, ut haec trabs, ab hac trabe, harum trabium; haec plebs, ab hac plebe, harum plebium, (si tamen in pluralem[85]) numerum flectitur); haec urbs, ab hac urbe, harum urbium; haec scrobs, ab hac scrobe, harum scrobium; et universa haec quattuor erunt supradicta; quamvis quidam his adnumerent[86]), nubs[e]), corbs[f]), orbs[g]), id est absurde[h]) meo iudiciolo, cum tanta auctorum adversentur exempla, quibus[i]) hic corbis, et hic orbis, et haec nubes legimus. Nam de scobis[k]) nominativo dubitatur, an haec scobs et non magis haec scobis habeat nominativum suum.

32. Item omnia nomina, quae consonantem ante ·S· semivocalem habebunt, nec erunt communia, et ablativo casu singulari ·E· finientur, et ea in ·I· conversa et addita ·UM·, facient genitivum pluralem, ut mens, mente, mentium; dens, dente, dentium; mons, monte, montium; fons, fonte, fontium; frons, fronte, frontium; pons, ponte, pontium.

---

80) tradiderunt — tradederint *Cod.* 81) latinam — latina *Cod.* 82) excipitur — excepitur *Cod.* 83) graeca — greca *Cod.* 84) Oedipus, Oedipode — Oedippus, Oedippode *Cod.* τῷ *p altero puncto notato.* 85) in pluralem — in plurale *Cod.* 86) adnumerent — adnumerens *Cod.*

a) Virg. Aen. II. 424. 425. *b*) Virg. Aen. VI. 20. *c*) E. g. Charisio, Probo, Servio, Prisciano. Cfr. Heyne ad Aen. l. c. *d*) erint, ita Cod. Cfr. quae ad Sacerdotis libr. I. §. 47. notavimus. *e*) *nubs.* Gloss. interlin. νέφος. *f*) *corbs.* Gloss. interlin. κόφινος. *g*) *orbs.* sic Cod. pro *orbis.* Ita etiam Venantius Fort. Carm. VIII. 5. in fin. „*Gaudet et orbs totus, pontus, harena, polus.*" *h*) Cod habet: *id est absorde,* cui superscribitur *non in absorde* τῷ *in* postliminio, a prima tamen manu, addito. Videtur olim in textu fuisse: *non inabsurde meo iudiciolo,* quibus ea, quae nunc in textu leguntur, tamquam glossa adscripta erant. *i*) Ante vocem *quibus,* ad quam pertinet glossa marginalis: *id est auctoribus,* videtur excidisse *in.* *k*) *scobis.* Gloss. interlin. τὸ κρίσμα.

33. Si omnis generis fuerint, ablativo singulari et ·E· et ·I· terminabuntur, et aut ·E· in ·I· conversa, aut ·I· manente, et addita ·UM· syllaba, facient genitivum pluralem duplici modo, ut hic et haec et hoc prudens, ab hoc et ab hac prudente et prudenti, horum et harum prudentum et prudentium, similiter ut participia.

34. Ubi ·P· aut ·M· antecesserit ·S· semivocalem, ablativo singulari ·E· finientur[87]), eaque in ·UM· conversa, genitivus erit pluralis, ut haec daps[88]), ab hac dape, harum dapum; hic adeps, ab hoc adipe, horum adipum[89]); haec ops, ab hac ope, harum opum; haec stips, ab hac stipe, harum stipum; haec stirps, ab hac stirpe, harum stirpum[90]); haec hiems[91]), ab hac hieme, harum hiemum. Excipiemus ea, quae sunt omnis generis, ut hic et haec et hoc praeceps, biceps, triceps; facient enim ab hoc et ab hac praecipiti, bicipiti, tricipiti, horum et harum praecipitium, bicipitium, tricipitium, et ab hoc praecipite, bicipite, tricipite, horum et harum praecipitum, bicipitum, tricipitum. Similiter et hic et haec et hoc particeps, ab hoc participe et ab hoc participi, horum et harum[92]) participum et participium.

35. Ubi ·R· antecesserit, et ablativo ·E· finientur, et ea in ·I· commutata, et addita ·UM·, fiet genitivus pluralis, ut haec ars, ab hac arte, harum artium; pars, parte, partium; sors, sorte, sortium; fors, forte, fortium; Mars, Marte, Martium; si in pluralem numerum, aut hoc, aut illud flectitur.

36. Omnia ·X· littera terminata, quacumque[93]) antecedenti vocali seu consonante, nisi trium generum fuerint, id est eius, quod omne dicitur, ablativum singularem ·E· finient, eaque modo in ·I· et addita ·UM·, facient genitivum pluralem, ut fax, falx[a]), lanx, face, facium; falce, falcium; lance, lancium; nix, nive, nivium; modo in ·UM· tantum conversa, eundem casum creabunt, ut rex, rege, regum; lex, lege, legum; grex, grege, gregum; salix, salice, salicum; cicatrix, cicatrice, cicatricum; calix, calice, calicum.

37. Si vero trium generum fuerint omnimodo et ablativo ·I· finientur[94]), et addita ·UM· syllaba, facient genitivum pluralem, ut hic et haec et hoc fallax, ab hoc et ab hac fallaci, horum et harum fallacium; hic et haec et hoc felix, ab hoc et ab hac felici, horum et harum felicium; velox, veloci, velocium; atrox, atroci, atrocium; trux, truci, trucium. Felix, quando proprium erit, ab hoc Felice, per ·E·, non per ·I· faciet ablativum, sicut et Iuvenalis, Mar-

---

87) ablativo singulari ·E· finientur — ablat. singularem ·E· fenitur *Cod.* 88) daps — dabs *Cod.* 89) adipe, adipum — adepe, adepum *Cod.* 90) stirpum *Cod. ex em. pr. m.* stirpium *Cod. a pr. m.* 91) hiems — iems *Cod.* 92) harum — horum *Cod.* 93) quacumque — quaecumque *Cod.* 94) finientur — fenientur *Cod.*

a) *falx.* Gloss. interlin. τὸ δρέπανον.

tialis, Vitalis, ab hoc Iuvenale, Martiale, Vitale, et si qua similia.

38. Haec fere sunt in ablativo tertiae declinationis, quae ad fixas et certas regulas redigi [95]) possunt; si quid secus repertum fuerit, auctoritati potius et consuetudini vel euphoniae, quam rationi, quae ab illis superatur, adtribues [a]).

39. Quarta declinatio omnimodo addita ·UM· ablativo singulari, faciet genitivum pluralem, ut curru [96]), curruum; manu, manuum; qui et ipse aliquotiens in carmine συγκοπὴν patitur, ut est — Ille, manum patiens [b]) — pro manuum, et illud — quae gratia currum [97]) Armorumque fuit vivis [c]) — pro curruum sine dubio, quia infertur, — armorumque fuit. —

40. * Quinta declinatio et ipsa, addita ·RUM· ablativo singulari, casum faciet saepe dictum, ut ab hac re, harum rerum; ab hac acie, acierum; nisi quod interdum apud antiquos in his, quae ·ES· ultimam nominativi singularis [d]) puram habuerint, ·R· littera ablativo additae syllabae subducitur, et facit genitivum pluralem per ·EUM· syllabas, ut specieum, pro specierum, facieum, pro facierum, sed modo non utimur hac enuntiatione. F. 13. v.

41. Item tertiae, quartae, quintae declinationum dativus pluralis ·BUS· syllaba terminatur, sed in tertia et quarta ·I· littera antecedente, ut patribus, hominibus, legibus, urbibus, praetoribus, fluctibus, curribus, manibus, porticibus, casibus; praeter pauca utriusque tertiae et [98]) quartae declinationis, quae discretionis causa vel archaismi ·I· litteram in ·U· convertunt, ut partubus, arcubus, artubus; nam partes, partibus; partus vero partubus; arces, arcibus; arcus vero arcubus; artes, artibus; artus vero artubus facient. Item τῷ ἀρχαισμῷ lacus, lacubus. Item in tertia declinatione boves, boum, bubus. Item et quae neque ·I·, neque ·U·, sed ·O· praemittunt ·BUS· syllabae, ut duo, duobus; ambo, ambobus, quae tamen et ἀνώμαλα [99]) sunt, ac sola repperiuntur.

42. In quinta vero declinatione ·E· producta semper antecedente, ut rebus, spebus, diebus, aciebus.

---

95) redigi — redegi *Cod.* 96) curru — corru *Cod.* 97) currum — corrum *Cod.* 98) et = *Cod. male, mendum a librario fuisse animadversum tria puncta post vocem* tertiae *posita, ostendere videntur.* 99) *Praecedit in Cod. etiam* anomala, *literis latinis, sed punctis notatur.*

a) *adtribues.* Gloss. interlin. προσνιμοις (pro προσνέμοις). b) Virg. Aen. VII. 490. c) Virg. Aen. VI. 653. 654. d) *Quinta declinatio — nominativi singularis.* Hunc locum, ob pravam Cod. conditionem primo adspectu illegibilem, nonnisi repetito conatu et intenta acie oculorum, integrum exhibere contigit.

EXEMPLA DECLINANDORUM NOMINUM PER SINGULAS FORMAS.

43. Declinationis primae.

Generis masculini. Nom. hic poeta, huius poetae, huic poetae, hunc [100]) poetam, o poeta, ab hoc poeta; et pluraliter nom. hi poetae, horum poetarum, his poetis, hos poetas, o poetae, ab his poetis.

Generis feminini. Numeri singularis haec rosa, huius rosae, huic rosae, hanc rosam, o rosa, ab hac rosa; hae rosae, harum rosarum, his rosis, has rosas, o rosae, ab his rosis.

Generis communis. Hic et haec advena, huius advenae, huic advenae, hunc et hanc advenam, o advena, ab hoc et ab hac advena; et pluraliter hi et hae advenae, horum et harum advenarum, his advenis, hos et has advenas, o advenae, ab his advenis.

44. Formae secundae.

Generis masculini. Nom. hic bonus, huius boni, huic bono, hunc bonum, o bone, ab hoc bono; et pluraliter hi boni, horum bonorum, his bonis, hos bonos, o boni, ab his bonis.

Generis feminini. Numeri singularis haec pinus, huius pini, huic pino, hanc pinum, o pine, ab hac pino; et pluraliter nom. hae pini, harum pinorum, his pinis, has pinos, o pini, ab his pinis.

Generis neutri. Numeri singularis hoc templum, huius templi, huic templo, hoc templum, o templum, ab hoc templo; et pluraliter haec templa, horum templorum, his templis, haec templa, o templa, ab his templis.

45. Formae tertiae.

Generis masculini. Nom. hic [1]) rex, huius regis, huic regi, hunc regem, o rex, ab hoc rege; et pluraliter nom. hi reges, horum regum, his regibus, hos reges, o reges, ab his regibus.

Generis feminini. Numeri singularis haec frux, huius frugis, huic frugi, hanc frugem, o frux, ab hac fruge; et pluraliter hae fruges, harum frugum [2]), his frugibus, has fruges, o fruges, ab his frugibus.

Generis neutri. Numeri [3]) singularis, nom. hoc opus, huius operis, huic operi, hoc opus, o opus, ab hoc opere; et pluraliter haec opera, horum operum, his operibus, haec opera, o opera, ab his operibus.

Generis communis. Hic et haec sacerdos, huius sacerdotis, huic sacerdoti, hunc et hanc sacerdotem, o sacerdos, ab hoc et ab hac sacerdote; et pluraliter hi et hae [4]) sacerdotes, horum et harum sacerdotum, his sacerdotibus, hos et has sacerdotes, o sacerdotes, ab his sacerdotibus.

---

[100]) hunc — hanc *Cod.* [1]) hic — hi *Cod.* [2]) frugum *Cod. ex em. pr. m.* frugium *Cod. a pr. m.* [3]) Numeri — nomeri *Cod.* [4]) hae — haec *Cod.*

Generis omnis. Numeri singularis, nom. hic et haec et hoc felix, huius felicis, huic felici, hunc et hanc [5]) felicem, et hoc felix, vocat. o felix, ablat. ab hoc et ab hac et ab hoc felici; et pluraliter hi et hae felices et haec felicia, horum et harum et horum felicium, his felicibus, hos et has felices, et haec felicia, o felices et o felicia, ablat. ab his felicibus.

46. Formae quartae.

Generis masculini. Nom. hic currus, huius currus, huic currui, hunc currum, o currus, ab hoc curru; et pluraliter hi currus, horum curruum, his curribus [6]), hos currus, o currus, ab his curribus.

Generis feminini. Numeri singularis haec manus, huius manus, huic manui, hanc manum, o manus, ab hac manu; et pluraliter hae manus, harum manuum, his manibus, has manus, o manus, ab his manibus.

Generis neutri. Numeri singularis, nom. hoc genu, huius genu, huic genu, hoc genu, o genu, ab hoc genu; et pluraliter haec genua, horum genuum, his genibus, haec genua, o genua, ab his genibus.

47. Haec antiqui etiam singulari numero [7]), sicut masculina et feminina declinabant, dicentes huius genus et huius cornus, et huic genui, huic cornui. Unde et Lucanus — cornus tibi cura sinistra Lentule cum prima, quae tum fuit optima belli. Et quarta legione datur [a]) — et Livius [8]) ubique in historia; posteritas inter monoclita posuit.

48. *Formae quintae. F.14.r.

Generis masculini. Nom. hic dies, huius diei, huic diei, hunc diem, o dies, ab hoc die [9]); et pluraliter, nom. hi dies, horum dierum, his diebus, hos dies, o dies [10]), ab his diebus.

Generis feminini. Numeri singularis, nom. haec res, huius rei, huic rei, hanc rem, o res, ab hac re; et pluraliter hae res, harum rerum, his rebus, has res, o res, ab his rebus.

Horum nominum genitivus et dativus singularis ·E·, penultimam litteram, modo productam, modo correptam habent; productam, cum ·ES· syllaba nominativi casus singularis pura fuerit, id est non praecedentem habuerit consonantem, ut dies, diei; acies, aciei; correptam [11]), cum praecesserit consonans, ut res, rei; spes, spei.

DE PRONOMINE.

49. Universorum pronominum secundum Latinos generalis trina divisio est. Aut enim finita sunt pronomina, aut minus quam finita, aut in-

---

5) hanc — hanc et hoc *Cod.* 6) curribus — curibus *Cod.* 7) numero — nomero *Cod.* 8) Livius — Libius *Cod.* 9) die — dies *Cod.* 10) dies — dis *Cod.* 11) correptam — correpta *Cod.*

a) Lucan. Phars. VII. 217—219. Ceterum verba: optima — datur, in Cod. literis initialibus ita exprimuntur o. b. e. q. l. d.

finita. Rursus finitorum alia sunt principalia, alia derivativa. Finita principalia tria: ego, tu, ille. Finita derivativa V. Numero singulari meus, tuus, suus; numero [12]) plurali noster, vester, horumque feminina scilicet et neutra.

50. Minus quam finita VI. iste, ipse, hic, is, idem, sui; item cum suis femininis et neutris; ex quibus idem et masculini et neutri generis est, sed in masculino ·I· producitur, in neutro corripitur. Sui casus habet IIII. tantum: genitivum, dativum, accusativum, ablativum; genitivum sui, dativum sibi, accusativum se, ablativum a se; et est omnis generis, numeri utriusque.

51. Infinita VII. quis, qualis, talis, quantus, tantus, quotus, totus, cum suis videlicet [13]) femininis et neutris.

His addunt quidam quot et tot, ex quibus quotus et totus facta sunt, sicut a quis cuias, et a noster nostras, a vester vestras, cuiatis, nostratis, vestratis, quae Graeci [14]) *κοδακὸς*, *ἡμεδακὸς*, *ὑμεδακὸς* dicunt.

52. Quae ex pronominibus casum vocativum recipiunt? Finitum principale secundae personae merito; ad hanc enim a prima dirigitur [15]) sermo profectus Tu; ut — Tu quoque litoribus nostris, Aeneia nutrix, aeternam moriens famam Caieta dedisti [16]) [a]). Item finita derivativa a prima persona venientia, quae quamvis a prima deducantur, secundae tamen obtinent locum, ut ad eas [17]) quoque iure sermo profectus dirigatur [18]) a prima. Nam in his, quae ex secunda nascuntur [19]) . . . . de his sermo non ad eas dirigitur [20]). O mi vel o meus, o mea, o meum, o noster, o nostra, o nostrum. Terentius [21]) — mi Pamphile [b]), mi Phaedria [22]) [c]). — Vergilius — Proice tela manu sanguis meus [d]). — Terentius — mea Glycerium [23]) inquit [24]) cur te is perditum [e]). — Item alibi — Thais mea, meum suavium [25]) [f]) — alibi — o noster Chreme [g]). —

53. Quare, cum ille, illa, illud et iste, ista, istud neutra sua per ·D· litteram faciant, ipse, ipsa, ipsum, non per ·D·, sed per ·M· litteram faciat. Quia apud antiquos [26]) non solum ipse, sed etiam ipsus

---

[12]) numero — A nomero *Cod.* *τὸ a vero puncto imposito improbatur.* [13]) videlicet — vidilicet *Cod.* [14]) Graeci — greci *Cod.* [15]) dirigitur — diregitur *Cod.* [16]) Aeneia nutrix — dedisti — in ea nutrix dedisti a. m. f. c. dedisti *Cod.* [17]) eas, *ita Cod.* [18]) dirigatur — diritur (*sic*) *Cod.* [19]) *Quae post hanc vocem sequuntur adeo evanida, ut amplius legi non possint, ea spatium octo vel novem literarum explent.* [20]) dirigitur — diregitur *Cod.* [21]) Terentius — terenti *Cod.* [22]) Phaedria — fedria *Cod.* [23]) Glycerium — clicerium *Cod.* [24]) inquit — in quid *Cod.* *natum videtur τὸ* inquid *e* quid agis, *verbis a Nostro in citato Terentii loco praetermissis, quod etiam nota (fortassis Tironiana) huic voci imposita indicatur.* [25]) meum suavium — m. s. *Cod.* [26]) antiquos — anticus *Cod.*

a) Virg. Aen. VII. 12. *b*) Terent. Andr. I. 5, 51. *c*) Terent. Eunuch. I. 2. 15. *d*) Virg. Aen. VI. 836. *e*) Terent. Andr. I. 1, 107. *f*) Terent. Eunuch. III. 2, 23. *g*) Terent. Andr. V. 2, 5.

dicebatur, et sicut meus, mea, meum; ita ipsus, ipsa, ipsum fecit, non ipsud.

54. Quare ablativo casu dupliciter a quo vel a qui, et a qua vel a qui, item dativo plurali quis vel quibus, a quis vel a quibus dicimus? quoniam apud antiquos [27]) non solum qui viri, puta [28]) qui iudices, sed etiam ques viri [29]), ques iudices; nec solum quae feminae, sed etiam quaes [a]) feminae dicebatur, ut iuxta regulam secundae et tertiae declinationis a quo quidem quis viris [30]), a qui vero quibus viris [31]) merito fiat. — Quis ante ora patrum [b]) — et — Quis neque mos, neque cultus erat [c]). —

55. Nomina similia pronominibus alius, ullus, nullus, unus, totus, alter, alteruter [32]), uter [33]), uterque, neuter. Horum feminina ac neutra genitivum ac [34]) dativum casus singulares eosdem habent, quos masculina, similiter ut pronomina, unde etiam similia his putantur; alia, alius, alii; ulla, ullius, ulli; nulla, nullius, nulli; una, unius, uni; tota, totius, toti; altera, alterius, alteri; alterutra, alterutrius; alterutri; utra, utrius, utri; utraque, utriusque, utrique; neutra, neutrius, neutri. Similiter aliud, alius, alii; ullum, ullius, ulli; nullum, nullius, nulli; unum, unius, uni; totum, totius, toti; alterum, alterius, alteri; alterutrum, alterutrius, alterutri et cetera.

EXPLICIT DE PRONOMINE FELICITER.
BONO MILICHO ROMALCO [d]).

---

[27]) antiquos — anticus *Cod.* [28]) puta, *tribus punctis in Cod. notatur.* [29]) viri — veri *Cod.* [30]) viris — veris *Cod.* [31]) viris — veris *Cod.* [32]) alteruter — alter uter *Cod. vocabulo priore deleto.* [33]) uter, *vox haec in Cod. perperam expungitur.* [34]) ac — hac *Cod.*

a) *quaes* Cod. Legendum videtur *ques.* Ceterum cfr. ad h. l. Fest. p. 221. et 627. L. b) Virg. Aen. I. 95. c) Virg. Aen. VIII. 316. d) An *Romalcus*, scriptor Codicis, qui se ipsum *bonum* et μείλιχον praedicat?

FRAGMENTUM DE ACCENTIBUS.

E Codice Bobiensi nunc Vindobonensi XVI. Fol. 49. r. col. 2.

DE ACCENTIBUS.

Accentus Graeci προσῳδίαν [1]) appellant. Triplex autem est. Aut enim acutus est, quem ὀξεῖαν [2]) dicunt, aut gravis, quem βαρεῖαν [3]), aut circumflexus, quem περισπωμένην [4]). Omnia igitur nomina, sive verba, sive quae alia pars orationis fuerit, hanc rationem enunciationis [5]) recipient.

Monosyllaba aliquid significantia, si fuerint natura longa, id est, produci potuerint, circumflexa voce efferuntur, ut spes, flos, mos [6]), ros. Si positione longa fuerint aut certe brevia, acuta voce pronunciabuntur [7]), ut non, nec [8]), quis, quid [9]), hic, nux.

In disyllabis autem, si primo [10]) loco producta fuerit syllaba, habebit in se circumflexum accentum [11]): Roma, rhetor, bruma, ita, prima. Si vero prima syllaba positione longa fuerit aut brevis, acutum tonum in prima reperies, ut canto, condo, curro, salto, pinna, secta. Sed ne opponi nobis a nimium diligentibus [12]) illa possint, quae acuta syllaba in novissimo efferuntur, ut Cyclas [13]), Dryas [14]), Thyas [15]); illud est respondendum: omnia verba peregrina [16]) secundum suam positionem, quomodo lecta sunt, ita enunciari [17]) debere; nam cum in nostram consuetudinem transeant, rationi nostrae quoque *inserviant necesse est* [18]). Ceterum nullum est verbum sive disyllabum, sive trium pluriumve syllabarum, quod novissima syllaba acute enuncietur [19]).

Super istud de trisyllabis dicamus, in quibus haec erit observatio: si media syllaba positione longa fuerit, acuto tono enunciabitur [20]), ut Metellus, cancelli, lanistae, fenestrae. Explicit de accentibus.

---

[1]) προσῳδίαν — prosodian *Cod.* [2]) ὀξεῖαν — oxian *Cod.* [3]) βαρεῖαν — barian *Cod.* [4]) περισπωμένην — perispomenon *Cod.* [5]) enunciationis — enuntiationis *Cod.* [6]) mos, *ita Cod. ex em. pr. m. quae primum* mox *scripserat.* [7]) pronunciabuntur — pronuntiabuntur *Cod.* [8]) nec *inter lineas a pr. m.* 9) quid — quia *Cod. perperam.* [10]) primo — prima *Cod.* [11]) accentum — accinctum *Cod.* [12]) a nimium diligentibus — animum diligentioribus *Cod.* [13]) ut Cyclas. *Ita scribimus pro vitioso* et coclis *Cod. mendo ab ipso librario animadverso, qui v.* coclis *tribus punctis notavit.* [14]) Dryas — drias *Cod.* [15]) Thyas. *Ita scribimus pro vitioso* thia *Cod.*; *idem exemplum habet Max. Victorin. p.* 275. *L.* [16]) peregrina — perigrina *Cod.* [17]) enunciari — enuntiari *Cod.* [18]) *In Cod. omissa utcunque supplevimus.* [19]) enuncietur — enuntietur *Cod.* [20]) enunciabitur — enuntiabitur *Cod.*

INCERTI

FRAGMENTUM GRAMMATICUM

DE

VERBO.

E Codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi No. 17.

INCERTI
FRAGMENTUM GRAMMATICUM
DE
VERBO.

INCIPIT DE VERBO.

1. * Saepissime [1] tibi requirenti disertissime [2] studiosorum Severe verbum sermonis *usu an* ratione *alic*uius [a] regulae dirigatur, ac postulanti si quid super eo declinando scriptum vel traditum noverim ut docerem [3], libentissime parui, quo et amicitiae debito officio fungerer et a graeca [4] lingua romanam [5] nullis aut paucis admodum ostenderem discrepantem. Quae igitur vel antiquitas vestigando vel posteritas reperit exsequendo in hunc libellum contuli stricto sermone decerpta; doctissimas enim aures tuas non tam instruendas credidi [6] quam commonendas. F. 14. v. col a.

2. Inprimis igitur coniugationes, quas IV. omnino, nec amplius, recepit [b], ad similitudinem circumflexilium apud Graecos [7] verborum, ex secunda persona [8] primae positionis agnoscimus, cum primam ·A·, secundam ·E·, tertiam ·I· modo producta, modo correpta, vel ante litteram, vel ante syllabam quaeque posita designet. Ante litteram [9] quidem in his, quae ·O·; ante syllabam vero, in his, quae ·OR· terminantur, ut a m o, a m a s, d o c e o, d o c e s, a u d i o, a u d i s, l e g o, l e g i s, a m o r, a m a r i s, d o c e o r, d o c e r i s, a u d i o r, a u d i r i s, l e g o r, l e g e r i s; tertia enim correpta hoc a ceteris distat, quod in his [10], quae ·OR· terminantur, ·I· in ·E· convertit. Ideo autem diximus in his, quae ·O· vel ·OR· terminantur, quoniam universorum, quae apud eos [c] regulariter declinantur, hae duae [11] tantummodo sunt syllabae terminales. Nam ea, quae ·M· [et ·S·] [d] et ·T·

---

[1] Saepissime — SAepissimae *Cod.* [2] disertissime — disertissimae *Cod.* [3] docerem — docerim *Cod.* [4] graeca — greca *Cod.* [5] romanam — romanum *Cod.* [6] credidi — crededi *Cod.* [7] Graecos — grecos *Cod.* [8] secunda persona *Cod. ex em. pr. m.* exsecuta personae *Cod. a pr. m.* [9] litteram — littera *Cod.* [10] in his *Cod. ex em. pr. m.* aliis *Cod. a pr. m.* [11] hae duae — haec duae *Cod.*

a) Quae literis inclinatis expressa sunt, ea in Codice penitus evanida habita spatiorum ratione ex ingenio suppleta fuerunt. *b) recepit* sc. latina lingua. Falcem defloratoris agnoscimus. *c) apud eos*, scilicet Latinos. *d)* et ·S· haec manifesto falsa, uncinis inclusimus. Iure haec omitti probatur etiam ex iis, quae noster infra §. 11. ad hunc locum aperte respiciens, profert, ait enim: *omne igitur indicativum, ut iam superius diximus, quinque his litteris terminatur ·O· ·R· ·M· ·T· ·I·.*

vel ·I· litteris finiuntur solis [12]) auctoritate vel lectionibus, nec ullius normae lege firmantur, ut sum, es, est, quaeque ex eo componuntur, ut adsum, prosum, desum, possum, potes, potest; taedet [13]), pudet, piget, licet, miseret, poenitet [14]); odi, novi, memini, quae etiam defectiva dicuntur, quod plurimis deficiant, ut coniugationibus, generibus, modis, temporibus, participiis, de quibus et ipsis postmodum disseremus [15]).

3. Modos etiam, quos illi [a]) *ἐγκλίσεις* [16]) appellant, eosdem ac paene
col. b. totidem [17]) habere noscuntur [18]), * indicativum, imperativum, optativum, coniunctivum [19]), infinitum, quemadmodum Graeci [20]) *ὁριστικὴν, προστακτικὴν, εὐκτικὴν, ὑποτακτικὴν, ἀπαρέμφατον.* Nam inpersonalis non modus magis est, quam altera declinatio uniuscuiusque verbi sine personis ac numeris per supradictos modos eademque tempora decurrens, quod et ipsum tamen reperies [21]) graeco [22]) ex fonte demanans, ut sunt illa *χρὴ, πρέπει, μέλει; χρὴ πλεῖν, χρὴ παιδεύεσθαι, χρὴ πολεμεῖν, πρέπει σωφρονεῖν, πρέπει νήφειν* [23]); in his enim nec numerus, nec persona significatur, sed res tantummodo declaratur, quam fieri oporteat.

Ad huiusmodi etiam illorum locutiones [b]): *ἐπειδὴ* [24]) *ηὔλητο, ἐπειδὴ ἄριστα* [c]) *παρεσκεύαστο καὶ ἐβεβούλευτο* [25]); nullius hic quoque personae vel numeri, vox ipsa continet [26]) sensum. Hoc tamen solo distant a graecis [27]) inpersonalia Latinorum, quod per modos, ut iam diximus, currunt et tempora, quod apud Graecos [28]) nullatenus [29]) reperitur.

4. In temporibus quoque non dispar observatio est [d]), nisi quod sola deminutione superetur et discrepet eaque habeat pauciora [e]). Nam cum apud illos prope universa duplicia sint, Latii oris [f]) loquella simplicitatis [30]) compendio semel singula proferre contenta nec praeteritum perfectum, nec praeteritum plusquamperfectum, nec futurum secundum aut

---

12) solis — solius *Cod.* τῷ u *puncto superposito improbato.* 13) taedet — tedet *Cod.* 14) poenitet — penitet *Cod.* 15) disseremus — deseremus *Cod.* 16) ἐγκλίσεις — εγκαεσεις *Cod. solenni permutatione* τοῦ Λ et Α. *Ceterum et in hoc fragmento graeca literis uncialibus exarata sunt.* 17) totidem — toti idem *Cod.* 18) noscuntur — nuscuntur *Cod.* 19) coniunctivum *Cod.* τῷ con *a pr. m.* sub *superscribitur, voluit itaque* subiunctivum. 20) graeci — greci *Cod.* 21) reperies — repperies *Cod. const.* 22) graeco — greco *Cod.* 23) νήφειν — νεφειν *Cod.* 24) ἐπειδὴ — επειδε *Cod. ita etiam mox infra.* 25) ἐβεβούλευτο — βεβουλευτο *Cod.* 26) continet — contenet *Cod.* 27) graecis — grecis *Cod.* 28) Graecos — grecos *Cod.* 29) nullatenus — nullatinus *Cod.* 30) simplicitatis — simplicitatis late *Cod.* τῷ *late a pr. m. expuncto.*

a) *Illi,* nempe Graeci. Vid. supra not. *b.* Ceterum Cod. *ipsi*, duobus *l* a prima manu suprascriptis. *b*) *Ad — locutiones.* Fortassis legendum *At*, et post *locutiones* addendum vel subintelligendum: *sunt.* *c*) ἄριςα, adverbialiter sumitur. Vid. Suidam s. h. v. *d*) Id est: Latini fere eadem, quae Graeci, tempora observant. *e*) *nisi — pauciora.* Locus impeditus; videntur plura excidisse, sensus vero in promptu est: latina lingua a graeca diminutione temporum, quae pauciora habet, discrepat, ideoque et simplicitate graecum superat. *f*) *Latii oris,* ita legendum pro eo quod Cod. habet *latoris,* inter *t* et *o* a pr. m. suprascripto *i.*

medium, aut mox futurum admittit [31]); ἀόριστον quin etiam illorum penitus ignorat.

5. His quinque temporibus [a]) modi singuli declinantur aut separatim, unoquoque sonum proprium exprimente [32]); aut iuncti, binis eadem [b]) possidentibus vocem et communem emittentibus sonum. Separatim, indicativus, imperativus, subiunctivus; iunctim optativus [33]) et infinitus, ex quibus indicativus quidem et subiunctivus omnia receperunt: praesens, amo; praeteritum inperfectum, amabam; praeteritum perfectum, amavi; praeteritum plusquamperfectum, amaveram; futurum, amabo. Item subiunctivus cum amem, cum amarem, cum amaverim, cum amavissem, cum amavero. Imperativus vero duo tantummodo, praesens et futurum [34]): ama, amato [c]). * Infinitus tria: F. 15. r.
praesens, ut amare; praeteritum, non trifariam divisum, sed semel pro col. 2.
tribus enuntiamus, ut amavisse; futurum, ut amatum ire [d]).

6. Quaeritur autem cur hic ordo in illis sit, ut primum locum obtineat praesens, secundum, praeteritum inperfectum, tertium, praeteritum perfectum, ac deinceps.

Cuius haec ratio est: natura temporis haec est, ut semper transeat et lapsu celeriore decurrat, ac vix ullo puncti momento possit consistere, ideoque aut iam praeterierit, aut expectetur. Unde quidam haec duo tantummodo tempora esse dixerunt, praeteritum et futurum; praesens enim ne tamdiu quidem manere posse dum dicitur, sed incomprehensibili velocitate transitionis vix dum nominatur elabi; necesse ergo fuerat, ut inde [35]) principium sumeretur unde transitus cepisset [36]) exordium, et gradatim cetera iungerentur, eo semper posteriore, quod plus habuerit praeteritionis atque transcursionis, et ea quae iam venerint minime [37]) praecedente venturo. Communis etiam in modis haec subtilitas quaestionis; nam ibi quoque solet disquiri an temere, et ut fors tulerit, alterum alteri praeponamus, aut [38]) sit aliqua ratio, quae illis hunc ordinem imposuerit; et invenitur non sine causa eo pacto fuisse digestos; nam unusquisque eorum in activa vel passiva declinatione, prout minus habuerit, actionis vel passionis ita posterior erit. Itaque indicativus, qui habet absolutissimam [e]) ac perfectam de re, quae agitur, pronuntiationem, merito primum obtinet gradum; nam qui dicit pingo, ipsam picturam a

---

31) admittit *Cod. ex em. pr. m.* admisit *Cod. a pr. m.* 32) exprimente — expremente *Cod.* 33) optativus — obtativus *Cod.* 34) futurum — futuro *Cod.* 35) ut inde *Cod. ex em. pr. m.* unde *Cod. a pr. m.* 36) cepisset — coepisset *Cod.* 37) minime — menime *Cod.* 38) aut — ā *Cod. constans compendium* τοῦ aut *in Cod. nostro.*

a) *His quinque temporibus,* palam est intelligi praesens, imperfectum, praeteritum perfectum, praeteritum plusquamperfectum et futurum. En iterum falcem excerptoris. b) Legendum: *iunctim binis eandem* Cfr. infra §. 27. c) Excidisse videntur quae de temporibus iunctis optativi dicenda erant. d) Cfr. Cl. Sacerdot. Lib. I. §. 44. et Probi Art. min. §. 23. e) *absolutissimam.* Cfr. ad h. l. Macrobium de diff. et soc. gr. latinique verbi II. 304. Bip. et vide an ibi non sit legendum *absolutam.* pro *solutam.*

col. b. se iam fieri demonstrat; * qui vero dixerit pinge, imperat, ut fiat pictura, non iam esse designat; et qui pronuntiaverit utinam pingerem, votum sibi ac desiderium adhuc indicat esse pingendi; qui dicit cum pingam, pingere [39]) se ostendit sub condicionis incerto; qui pingere, nihil adhuc agi ex ipsa pictura demonstrat. Illud quoque indicativo detulit principatum, quod ex hoc verba alia derivantur [40]), ut ἀπὸ τοῦ lego, lecturio, lecto, lectito; ἀπὸ τοῦ caleo, calesco, quaeque huiusmodi sunt, et quia nomina quoque verbialia [a]) ex hoc orientur, ut ἀπὸ τοῦ canto, cantor, ἀπὸ τοῦ legi, lex, ἀπὸ τοῦ parsi, parsimonia.

7. Personas easdem, quas Graeci [41]) totidemque suscipit [b]), naturali ratione; omnis enim sermo ab aliquo ad praesentem vel de se invicem, vel de altero habetur; ideo autem primam dicimus, quae loquitur, quoniam, nisi fuerit a quo vox proficiscatur, non erit qui de se vel de altero possit audire.

8. De numeris vero superfluum loqui, cum [42]) plus quam notissimum sit, dualem ex illis usum respuisse romanum, nec omnino vocem ullam apud illos posse reperiri [43]), quae dualitatem contineat [44]) praeter duo et ambo, et quod de merito [45]) utrobique [46]) [c]) a singularitate incipimus; si enim omnis multitudo ex singulis constat, recte unitas praecedit, sequitur populositas [d]).

9. Superest [e]) ut de figuris aliquid disseramus, quae, cum eadem apud utrosque reperiantur, nonnihil tamen peculiarius habere noscuntur [47]). In compositionibus denique [f]) sunt quaedam, quae possunt ad simplicitatem reverti, ut distraho, repeto; sunt quae minime [48]) possunt, ut suscipio, conplector, amplector. Multa post conpositionem admissa sunt, cum simplicia non essent recepta, ut facior cum minime [49]) dicatur, (ab eo enim, quod est facio passivum non facior venit, sed fio, fis, fit), tamen adficior, reficior, conficior optime dicitur, ét cum grego [50]) latinum non sit, segrego, congrego, adgrego. suavissime [51]) dicitur. Apud Graecos [52]), quaecumque cum praepositioni-
F. 15. v. col. a. bus conponuntur numquam corrumpuntur, ut est γράφω, περιγράφω, * καταγράφω, βάλλω, περιβάλλω, καταβάλλω, ἀμφιβάλλω, ἄγω, συνάγω, ἀπάγω,

---

39) pingere — pengere *Cod.* 40) derivantur — dirivantur *videtur in Cod. scriptum.* 41) Graeci — greci *Cod.* 42) cum — eum *Cod.* 43) reperiri *sic Cod. h. l. uno* p. 44) contineat — continat *Cod.* 45) quod de merito — quod e merito *Cod.* 46) utrobique — utrubique *Cod.* 47) noscuntur — nuscuntur *Cod.* 48) minime — menimae *Cod.* 49) minime — menime *Cod.* 50) grego — greco *Cod.* 51) suavissime — suavissimae *Cod.* 52) Graecos — grecos *Cod.*

a) *verbialia,* quae a graecis ῥηματικὰ dicuntur. Cfr. Diomed. 310. P. b) suscipit, scilicet Latinitas vel sermo latinus. c) *utrobique,* i. e. apud Graecos et Latinos. d) *populositas,* i. e. multitudo, sic Arnob. III. 102. „*populositas summa deorum,*“ et Fulgentius Mytholog. I. 24.: „*Argum luminum populositate conseptum interemisse fertur.*“ e) Cfr. ad h. l. Macrob. II. 284. ss. Bip. f) τὸ *denique* aut nonnulla hic excidisse vel saltim contextus ordinem turbatum esse, demonstrare videtur.

διάγω, προάγω, φέρω, προφέρω, διαφέρω, ἀναφέρω, φιλῶ[53]), *καταφιλῶ*; quin immo praepositionibus saepe nihilominus intaminata perdurant [a]) *λέγω*[54]), *συλλέγω, φέρω, συμφέρω, δέρω, ἐκδέρω, φέρω*[55]), *εκφέρω, βάλλω, συμβάλλω, πλέω, ἐκπλέω, τρέχω, ἐκτρέχω*[56]) [b]). Apud Latinos modo integra permanent, modo corrumpuntur: curro, percurro; vello, vellis; revello, revellis; bello, bellas; rebello, rebellas; traho, retraho, detraho, distraho; pono, praepono, depono; fero, defero, praefero; item facio, conficio, inficio; premo, conprimo, exprimo; aestimo, existimo; lego, eligo, colligo [c]). Et amplius ipsa etiam praepositio simul cum verbo mutatur: facio, officio; rapio, corripio. Apud Graecos [57]) praepositiones verbis adiectae accentum eorundem reservant: *γράφω, καταγράφω; βάλλω, καταβάλλω, περιβάλλω; φέρω*[58]), *περιφέρω; καλῶ, κατακαλῶ; γλύφω, ἀναγλύφω*[59]). Latini accentum in aliis servant, in aliis mutant, ut curro, praecurro; pono, praepono; prehendo, reprehendo; fero, adfero; gero, ingero; frico, refrico; vio, devio; traho, contraho [60]); lego, colligo; premo, deprimo. Apud Romanos nulla praepositio adiuncta verbis mutat coniugationem: clamo, clamas; declamo, declamas; moneo, mones; commoneo, commones; emo, emis; coemo, coemis; dormio, dormis; praedormio, praedormis [d]); mordeo, mordes; praemordeo, praemordes; mitto, mittis; praemitto, praemittis. Et generaliter omnia, quae composita sunt, eandem quam in simplicitate declinationem custodiunt [61]): premo, premis; opprimo, opprimis; lego, legis; *collego [62]), collegis; fio, fis, fit; madefio, madefis, madefit; calefio, calefis, calefit; expergefio, expergefis, expergefit. col. b.

10. Quaeritur [e]) de his duobus verbis aufero et aufugio, unde composita sint, quae Cicero in libris de oratore [f]) ex praepositione ab composita esse existimat, et quia ab ante ·F· litteram durum sonabat, ver-

---

[53]) διαφέρω, ἀναφέρω, φιλῶ — διαφερο, αναφερο, φιλο *Cod.* [54]) λέγω — λεγο *Cod.* [55]) δέρω, ἐκδέρω, φέρω — δερο, εκδερο, φερο *Cod.* [56]) πλέω, ἐκπλέω, τρέχω, ἐκτρέχω — πλεκω, εκπλεκω *(ex em. pr. m., rec.)* τρεκω, εκτρεκω *Cod.* [57]) Graecos — grecus *Cod.* [58]) φέρω — φερο *Cod.* [59]) καλῶ, κατακαλῶ; γλύφω, ἀναγλύφω — καλλω, κατακαλλω; γλαυφω, αναγλαυφω *Cod.* [60]) traho, contraho — contro *Cod* [61]) custodiunt — costodiunt *Cod.* [62]) collego, *Cod. h. l. quamvis supra habeat* colligo.

a) quin — perdurant. Exciderunt quaedam; legendum videtur: *„quinimmo praepositionibus saepe corruptis nihilominus intaminata verba perdurant.“* Similiter Macrobius l. c. *„Ultro equidem intemerato verbo praepositio saepe corrumpitur.“* *b*) Patet nostrum praepositionem ἐκ pro corrupta habuisse; solamque ἐξ integram considerare. *c*) *eligo, colligo;* Melius haec exempla in classem proxime sequentem verborum referrentur. *d*) *praedormio, praedormis,* sic Cod. Fortassis *obdormio* voluit. *e*) Ad totum hunc locum Cfr. Gellii N. A. XV. 3. et „Excerpta e Macrobio“ huic tractatui aduexa, §. 4. *f*) Non in libris de Oratore, sed in libro qui inscriptus est Orator s. Brutus, ut apparet e Gellii l. c. cap. 47.

sam mutatamque esse ab in au [a]) syllabam, quod vox sonantior fieret. Hoc Tullius potentissimus Latinitatis adsertor. Sed plerisque placuit ex graeco [63]) *μορίῳ* [64]), id est particula, *αὖ* haec esse conposita ad similitudinem illius *Αὐέρυσαν μὲν πρῶτα* [65]) [b]), et alibi *Ἄβρομοι, αὐίαχοι* [c]), id est, retrorsum traxerunt [d]), reticuerunt [e]), qui intellectus [66]) [f]) et in aufugio et in aufero congruit. Addit his Nigidius [g]) tertium, autumo, cum credat illud ex eadem praepositione [h]) et aestimo verbo esse compositum, ut sit tamquam abaestimo, dictumque intercise autumo, idemque significare quod aestimo, sicut abnumero idem esse quod numero, quod non solum id significet, verum [i]) etiam dico, censeo, adsevero vel adfirmo ut apud Terentium [67]) — et deinde facturum autumat [k]).

Haec tamquam communia praemisisse [68]) sufficiat; nunc ad ea, quae in ipsa declinatione sunt observanda, redeamus.

11. Declinandi autem verbi series a modis necesse est sumat exordium; nam hinc apud Graecos [69]) modus *ἔγκλισις* [70]) appellatur *οἷον ἐν ᾗ ἡ κλίσις* [71]) [l]).

Omne igitur indicativum, ut iam superius [m]) diximus, id est omne thema verbi latini quinque his litteris terminatur [72]): ·O· ·R· ·M· ·T· ·I·; sed ·O· et ·R· in his, quae sub regulam proportionis [n]) cadunt; ·M· ·T· ·I· in his, quae anomala sive defectiva sunt; et ·M· quidem terminata haec fere reperiuntur, possum, potes, potest; sum, es, est, quaeque

---

[63]) graeco — greco *Cod.* [64]) μορίῳ — morrio *Cod. ex em. pr. m., quae primum* orri *scripserat.* [65]) πρῶτα — πρατα *Cod.* [66]) intellectus — intelectus *Cod.* [67]) apud Terentium — aput Terrentium *Cod.* [68]) praemisisse — praemisesse *Cod.* [69]) Graecos — — grecos *Cod.* [70]) ἔγκλισις — εγισις *Cod.* [71]) ἡ κλίσις — η κλησις *Cod.* [72]) terminatur *Cod. ex em. pr. m.* terminantur *Cod. a pr. m.*

a) Poterit ex h. l. auctoris nostri emendari Macrobius p. 285. Bip. ubi habetur: *„et in his solis ·AB· movetur in auctore Cicerone,"* legendo: *„et in his solis ·AB· movetur in ·AU· auctore Cicerone."* Bene nunc se habet praepositio *in*, in qua merito offendit Pontanus, quoniam exciderat ·AU· ab eadem syllaba sequente absorbtum. *b*) Iliad. I. 459. *c*) Iliad. XIII. 41. *d*) *retrorsum traxerunt,* expositio τοῦ: αὐέρυσαν. *e*) *reticuerunt,* adiectivum per verbum exposuit, *reticuerunt* pro *taciturni.* De duplici vero eaque contraria significatione v. αὔταχος cfr. Lexicon Passovii s. h. v. Ceterum alter locus Homericus a sciolo maleferiato additus videtur, tum quod αὔταχος significatione τοῦ taciturnus non componitur ex αὖ et ἴαχος, sed ex α privativo et ἴαχος interposito digamma aeolico, tum quod hic locus apud Gellium non legitur. *f*) *intellectus,* τοῦ *retrorsum* scilicet. *g*) Nigidius Figulus in commentariis grammaticis, ut apparet e Gellii l. c. et excerptis e Macrobio §. 4. Vid. Rutgers. VV. LL. p. 266. et app. nostri voluminis. *h*) *ex eadem praepositione*, adde *ab*. *i*) Nonnulla hic exciderunt. Locus sic videtur refingendus: *Sed notandum quod non solum id significat* autumo *verum etiam* etc. Similiter in excerptis e Macrobio §. 4. *Sed autumo non solum id significat* aestimo *sed et* dico *et* censeo. *k*) Terent. Heautontim. Prolog. 19. *l*) οἷον ἐν ῇ ἡ κλίσις, ita Cod.; apud Macrobium p. 307. Bip. ἐν ᾧ ἡ κλίσις. *m*) Vid. supr. §. 2. *n*) *proportionis* i. e. *analogiae.* Quinctil. I. 6. 4. *„Analogia — quam proxime ex graeco transferentes in latinum proportionem vocaverunt.*

ex eo conponuntur, ut adsum, praesum, desum, prosum, insum, subsum; ·T· vero, pudet, piget, taedet, licet, poenitet [73]), miseret, placet, decet, oportet; * ·I· ut, odi, memini, novi, quod F. 16. r. col. a nonnulli praeteriti perfecti esse existimant a themate nosco.

12. Quaeritur [a]) autem a nonnullis ·O· finalis verborum correpta an producta habeatur; et constat auctores utrumque fecisse, id est tam corripuisse, quam produxisse, nec in his tantummodo, quae in verbis reperiuntur, sed in omnibus, quae per ceteras quoque partes orationis inveniuntur. Vergilius tamen ex confesso ·O· finalem in uno verbo, uno adverbio, uno nomine, uno pronomine corripuisse monstratur. — Nunc scio, quid sit amor [b]) — nec longo distant cursu, modo Iuppiter adsit [c]) — Si duo praeterea tales Idaea tulisset Terra viros [74]) [d]) — Non ego dum Danais Troianam excidere gentem Aulide iuravi [75]) [e]).

Singulae quoque coniugationes certas ex vocalibus ante ·O· finalem recipiunt; et prima quidem ·E· ·I· ·U·, ut commeo, commeas; lanio, lanias; fluctuo, fluctuas.

13. Secunda vero ·E· tantummodo, sine qua numquam est, sed semper eam ante ·O· necesse est habeat terminalem, ut sedeo, sedes.

14. Tertia correpta ·I· et ·U·, ut rapio, rapis; acuo, acuis; arguo, arguis.

Tertia vero producta ·I· tantummodo, quae et ipsa, sicut secunda, memoratam vocalem, ·O· novissimam necesse est habeat antecedentem; hae enim semper in paenultimis altera ·I·, altera ·E· vocalibus praemissis modis omnibus finiuntur, nec ullam omnino ex consonantibus admittunt, quod prima et tertia correpta fecerunt passim, prope universis receptis, ut labo, labas; seco, secas; do, das; rogo, rogas; volo, volas; amo, amas; sano, sanas; aro, aras; quasso, quassas; lito, litas; crepo, crepas; item lambo, lambis; dico, dicis; addo, addis; pingo, pingis; colo, colis; como, comis; cano, canis; serpo, serpis; tero, teris; lacesso, lacessis [76]); quatio [77]), quatis. Excipiuntur in tertia producta, quae non ·I· sed ·E· vocalem habeant antecedentem tria: * eo, is, it; queo, quis, quit; veneo, ve- col. b. nis, venit, et quae ex his conponuntur, ut exeo, praeeo, nequeo.

15. [f]) Omne itaque verbum modi indicativi, temporis praesentis, quod ·O· littera terminatur, nec defectivum, ut fero, fers, quaeque ex eo [78]) conponuntur, secunda persona in ·S· litteram [79]) exit, sua cuiusque con-

---

73) poenitet — pemitet *Cod.* 74) Idaea — viros — hidaeat t. v. *Cod.* τῷ a *primo tribus punctis improbato et* τῷ t *primo totidem punctis notato.* 75) gentem Aulide iuravi — gai *Cod.* 76) lecesso, lacessis — lacero, lacesso *Cod.* 77) quatio — quato *Cod.* 78) ex eo — ex e *Cod.* 79) litteram — littera *Cod.*

a) Cfr. Macrob. p. 315. Bip. b) Virg. Eclog. VIII. 43. c) Virg. Aen. III. 116. d) Virg. Aen. XI. 288. s. e) Virg. Aen. IV. 425. s. ubi nunc legitur *cum* et *exscindere.* f) Supplendus hic videtur titulus: „De tempore praesenti modi indicativi activi.“

iugationis praecedente vocali: amas, mones, legis, audis, eademque ·S· littera in ·T· conversa fit tertia persona, ut amat, monet, legit, audit.

Itemque ex tertia singulari primam personam numeri pluralis efficiunt dempta ·T· littera et addita ·MUS· syllaba: amat, amamus; monet, monemus; legit, legimus; audit, audimus.

Secunda quoque persona eiusdem [80]) numeri ex eadem tertia formatur, ·IS· addita syllaba, ut amat, amatis; monet, monetis; legit, legitis; audit, auditis.

Nec non etiam tertia persona pluralis a tertia procreabitur in singulari, in prima quidem et secunda coniugationibus ·N· littera ante ·T· novissimam interposita, ut amat, amant; monet, monent; in tertia vero producta et his verbis, quae tertiae correptae in ·IO· exeunt, ante ·T· litteram ·U· et ·N· interpositis, ut dormit, dormiunt; rapit, rapiunt; in tertia vero correpta, quotiens ante ·O· habuerint consonantem, ·I· vocali eiusdem tertiae singularis in ·U· et ·N· conversa iisdemque [81]) ante ·T· litteram collocatis, ut currit, currunt; legit, legunt.

Amo, amas, amat, amamus, amatis, amant; moneo, mones, monet, monemus, monetis, monent; audio, audis, audit, audimus, auditis, audiunt; lego, legis, legit, legimus, legitis, legunt.

DE PRAETERITO INPERFECTO MODI INDICATIVI ACTIVI.

16. Omne praeteritum inperfectum eiusdem modi per universas coniugationes ·BAM· syllaba terminatur, antecedentibus, in prima quidem ·A·
F. 16. v. col. a. in secunda vero * et tertia correpta ·E· vocalibus post consonantem thematis sui, ut amo, amabam; moneo, monebam; dico, dicebam; in tertia vero producta, sed et correpta, quotiens vocalem ante ·O· habeat, non consonantem, eadem quidem, id est ·E·, praeveniente vocali, sed post paenultinam thematis sui vocalem, ut audio, audiebam; rapio, rapiebam; arguo, arguebam; nisi quod in tertia producta nonnumquam suavioris gratia soni, subducta ·E· vocali profertur, ut est nutribam, ibam. Eiusdemque [82]) temporis secunda persona ·M· in ·S·, tertia ·S· in ·T· conversa formabitur, ut amabam, amabas, amabat; monebam, monebas, monebat; legebam, legebas, legebat. Pluralis autem numeri [83]) persona prima ex prima singulari nascetur, addita ·US· syllaba, ut amabam, amabamus; docebam, docebamus: audiebam [84]), audiebamus; legebam, legebamus. Secunda vero ex prima ·MUS· ultima in ·TIS· commutata, amabamus, amabatis; docebamus, docebatis; audiebamus, audiebatis; legebamus, legebatis. Tertia singularis pluralem tertiam creabit ·N· littera ante ·T· finalem interposita, ut amabat, amabant; docebat, docebant; audiebat, audiebant; legebat, legebant.

---

80) eiusdem — ɔdem *Cod. sc.* τὸ eius *nota Tironiana scriptum.* 81) iisdemque — eiusdemque *Cod.* 82) eiusdemque — ɔdemque *Cod.* 83) numeri — nomeri *Cod.* 84) audiebam — audebam *Cod.*

Amabam, amabas, amabat, amabamus, amabatis, amabant; docebam, docebas, docebat, docebamus, docebatis, docebant; audiebam, audiebas, audiebat, audiebamus, audiebatis, audiebant; legebam, legebas, legebat, legebamus, legebatis, legebant.

17. [a]) Omne praeteritum perfectum activum indicativi modi, primae personae in ·I· litteram desinit, cui adiectis tribus litteris ·S·, ·T·, ·I·, fiet secunda, ut secui, secuisti; monui, monuisti; nutrivi, nutrivisti; legi, legisti. Sed interdum ·VI· syllaba, cum finalis est [b]) eamque vocalis praecedit, subtrahitur, ut nutrivisti, nutristi; amavisti, amasti; non tamen semper hoc fieri necesse est; * nam sunt quibus [85]) εὐφωνία col.b. memoratam syllabam subduci minime [86]) patitur, ut cavisti, pavisti; casti, pasti non dicitur. Eidem primae ·T· littera adiecta fiet tertia, amavi, amavit; monui, monuit; audivi, audivit; legi, legit. Ex eadem oritur et prima pluralis addita ·MUS· syllaba, ut secui, secuimus; docui, docuimus; audivi, audivimus; legi, legimus. At secunda pluralis de secunda nascitur singulari, adiecta ·S· littera, ut amavisti, amavistis; docuisti, docuistis; audivisti, audivistis; legisti, legistis.

Tertia vero pluralis eiusdem temporis semper in ·RUNT· syllabam desinit et creatur ex prima singulari, ·I· finali eius [87]) in ·E· conversa et addita syllaba supradicta, ut secui, secuerunt; monui, monuerunt; audivi, audiverunt; legi, legerunt; eademque ·RUNT· syllaba nonnumquam in ·RE· commutatur, ut amaverunt, amavere; docuerunt, docuere; audiverunt, audivere; legerunt, legere. Memento ·U· quoque illis subduci solere, cum ·UI· syllaba ·T· terminetur, ·I· vocali antecedente, ut nutrivi, nutrii; nutrivit, nutriit; audivi, audii; audivit, audiit; cupivi, cupii; cupivit, cupiit.

Amavi, amavisti, amavit, amavimus, amavistis, amaverunt, vel amavere; docui, docuisti, docuit, docuimus, docuistis, docuerunt, vel docuere; audivi, audivisti, audivit, audivimus, audivistis, audiverunt, vel audivere; legi, legisti, legit, legimus, legistis, legerunt, vel legere.

18. DE PRAETERITO PLUSQUAMPERFECTO MODI INDICATIVI.

Omne praeteritum plusquamperfectum activum modi indicativi in ·RAM· syllabam [88]) desinit. Nascitur autem de praeterito perfecto, ·I· finali eius conversa in ·E· et addita syllaba supradicta, ut amavi, amaveram; docui, docueram; audivi, audiveram; legi, legeram [b]). . . .

. . . .

---

[85]) quibus — quibus quibus *Cod.* [86]) minime — menime *Cod.* [87]) eius — ı *Cod.* [88]) syllabam — sillabam *Cod.*

[a]) Hic iterum deest titulus: *De tempore praeterito perfecto modi indicativi activi.* [b]) ·UI· — finalis est. Scilicet cum prima persona ·VI· syllaba, non ·U· ·I· litteris discretis terminatur. [b]) Desinit hic folium Cod. 16. desunt folia duo, quibus continebantur reliqua.

·MUS· syllaba, secunda vero, si eidem tertiae ·IS· syllaba fuerit adiecta, tertia quoque si ante ·T· litteram ultimam eius ·N· interponitur ut audiemus, audietis, audient. . . . .

. . . .

. . . .

F. 1. r. col. a. *[a]) Item qui dicit ἡ δίκη τεμνέσθω [89]) litem adhuc in conflicto [90]) esse demonstrat; qui vero dicit ἡ δίκη τετμήσθω [91]) tanta vi iubet, ut iam velit esse negotium terminatum, quod et Latinitas, quamvis circumloquendo, non tamen respuit, cum dicat ostium clusum sit; pugna commissa sit; lis terminata sit, quibus omnibus quam conficiendi celeritatem exigimus demonstratur.

19. DE TEMPORE PRAESENTI MODI IMPERATIVI ACTIVI.

Omne imperativum activum praesens per singulas coniugationes sua cuiusque vocali terminatur, ut ama, mone, audi, lege [b]); cedo, fer, es, dic, sed cedo in hac tantummodo voce consistit, nec ulterius procedit, nisi quod plurale eius quidam cette [92]) dixerunt, sed originem nullam penitus [93]) habere cognoscitur. In ·R· vero fer et quae ex eo componuntur, ut defer, adfer, confer, praefer. Aliqua [94]) eiusmodi sola reperiuntur ·S· quoque finita, et ipsa perpauca sunt, ut es et quae ex eo componuntur [95]), ades, prodes, praees, quaeque alia ex eodem verbo figurantur, et unum his simile potes, quae ex infinitis suis formari technici [96]) volunt ultimis syllabis ablatis, cantare, canta; monere, mone; audire, audi; legere, lege; adeoque hoc esse certissimum, ut etiam illa sub eiusdem regulae norma sint posita, nam ab eo, quod est esse ablata ultima fit es, adesse, ades; itidemque ab eo, quod est ferre, praeferre, fer, praefer. Potes [97]) tantum videtur minime [98]) huic regulae consentire; sed

---

89) τεμνέσθω — τεμνεστω *Cod.* 90) conflicto, *sic Cod. pro* conflictu. 91) τετμήσθω — τεμνεστω *Cod. a pr. m. sed ex em.* τετμνεστω. 92) cette — cete *Cod.* 93) penitus *Cod. h. l. alias* paenitus. 94) aliqua — aliquae *Cod.* 95) componuntur, *sic Cod. h. l. per* m. 96) technici — thcchnici *Cod.* 97) Potes — potest *Cod.* 98) minime — minimae *Cod.*

de tempore plusquamperfecto, formatio futuri indicativi activi, declinatio indicativi passivi et initium praeceptorum de modo imperativo. Folii quod olim proxime sequebatur particula, quatuor videlicet secundae columnae priores lineae, miro casu servatae fuerunt. Cum nempe decem abhinc seculis amissa pagina atramento adhuc madida, praecedenti folio (16.) incaute adplicaretur, quatuor hae lineae inversis litteris in membrana expressae fuerunt, namque Fol. 16. v. col. 1. initium obruunt. Hanc ergo de formatione futuri indicativi activi particulam, ope speculi lectam, hic exhibemus.

a) Folium in quo sequentia scripta sunt nunc in Codice, compactoris vitio, primum est. In margine superiori a manu Saec. XVI. legitur: Valerii Probi Grammatica, cui vero inscriptioni plane non esse fidendum in praefatione ostendimus. Ceterum cfr. ad h. l. Macrob. p. 315. ss. Bip. b) Hic excidisse videtur: *exceptis*, vel tale quid.

sciendum est nunc quidem infinitum eius dici posse, sed apud antiquos integrum potesse reperiri, quod posteri posse per syncopam [99]) dicunt. Dic autem vel fac, duc, deduc per apocopen dicuntur; nam integra sunt face, dice, duce, deduce; olfac, olface, reio [a]), reice et alia similia, ut in his quoque constet regula sua et [b]) amissione ultimae syllabae ex infinitis suis procedant, facere, face; dicere, dice; ducere, duce; olfacere, olface; reicere, reice.

Tertia persona singularis fiet ex secunda singulari, * in prima quidem col.b. ·A· in ·E· conversa et addita ·T·, ut ama, amet; in secunda vero et tertia producta adiecta ·AT· syllaba, ut mone, moneat; audi, audiat; in tertia correpta ·E· in ·A· conversa et addita ·T·, ut lege, legat, et ut compendiosius dicam, eadem erit tertia singularis imperativi praesentis per omnes coniugationes, quae optativi futuri, vel coniunctivi praesentis: utinam amem, ames, amet; utinam moneam, moneas, moneat; utinam audiam, audias, audiat; utinam legam, legas, legat; cum amem, ames, amet; cum moneam, moneas, moneat; cum audiam, audias, audiat; cum legam, legas, legat.

Secunda quoque pluralis ex secunda singulari adiecta ·TE· syllaba procreabitur, ut ama, amate; mone, monete; audi, audite, lege, legite; tertia enim correpta familiare hoc habet, inter ·E· et ·I· permutationem.

Tertia vero pluralis ex tertia veniet singulari ·N· littera post [100]) ·A·, vel ·E· paenultimam interposita, ut amet, ament; doceat, doceant; audiat, audiant; legat, legant.

Ama, amet, amemus, amate, ament; mone, moneat, moneamus, monete, moneant; audi, audiat, audiamus, audite, audiant [1]); lege, legat, legamus, legite, legant.

20. DE FUTURO TEMPORE MODI IMPERATIVI ACTIVI.

Omne futurum imperativum declinationis activae in ·TO· syllabam desinit et fit ex praesenti suo, fini eius memorata addita syllaba, ut ama, amato; mone, moneto; audi, audito; lege, legito; in tertia enim correpta, ut diximus, ·E· et ·I· litterae vicissim sibi [2]) cedunt. Tertia aut eadem erit, quae praesentis, ut amet, moneat, audiat, legat, aut unam eandemque vocem et secundae et tertiae tribuemus, amato, amato; moneto, moneto; audito, audito; legito, legito, ut Vergilius [3]) — argolica hac galea contentus abito [4]) [c]) — et — Esto nunc sol testis [d]) — et — Ne quis ob inceptum subitum mihi segnior [5])

---

[99]) syncopam — sincopan *Cod.* [100]) post — ante *Cod. sphalmate.* [1]) audiant — audiunt *Cod.* [2]) sibi — siui *Cod.* [3]) Vergilius — Terrentius *Cod.* [4]) abito — habito *Cod.* [5]) segnior — signior *Cod.*

a) *reio.* En novam formam. *b*) *sua et*, legendum videtur *suae ut.* *c*) Virg. Aen. V. 314. *d*) Virg. Aen. XII. 176.

F. I. v. col. a. ito [a]). — Secunda pluralis eiusdem temporis ex secunda fiet * singulari adiecta ·TE· syllaba, amato, amatote; legito, legitote. Tertia vero pluralis aut eadem erit, quae praesentis, ut ament, moneant, audiant, legant, aut hoc modo formabitur. Omnis persona tertia pluralis modi indicativi, temporis praesentis, *addita sibi* ·O· fiet tertia pluralis imperativi activi *temporis* futuri, ut amant, amanto; monent, *monento*; audiunt, audiunto; legunt, legunto. *Nonnum*quam veteres, non sine elegantia, pro coniunc*tivis* imperativa posuerunt, ut — Ne pete connubiis [6]) natam sociare Latinis [b]) — et — thalamis neu cred*e* paratis [c]) — et — Ne, pueri [7]), ne tanta animis *assue*scite bella, Neu patriae validas in vis*cera v*ertite vires [d]) — pro ne petas, neu credas, ne *assuescatis*, neu vertatis.

Amato, *amato vel amet*, *amatote*, ament vel amanto; doceto, doceto vel doceat, docetote, doceant vel docento; audito, audito vel audiat, auditote, audiant vel audiunto; legito, legito vel legat, legitote, legant vel legunto.

21. DE TEMPORE PRAESENTI PASSIVO, MODI IMPERATIVI.

Omne imperativum passivum temporis praesentis idem erit, quod *infinitivi* modi activi praesens, amare, docere, au*dire*, legere, cuius tertia persona de tertia fiet activi praesentis addita ·UR· syllaba, amet, ametur; moneat, moneatur; audiat, audiatur; legat, legatur.

Secunda pluralis ex secunda veniet pluralis praesentis activi ·TE· [8]) ultima in ·MINI· syllabas commutata, amate, amamini; monete, monemini; audite, audimini; legite, legimini.

Tertia pluralis *ex tertia* veniet plurali praesentis activi, ·UR· addita syllaba, ament, amentur; moneant, moneantur; legant, legantur.

Amare, ametur, amemur, amamini, amentur; monere, moneatur, moneamur, moneamini [9]), moneantur; audire, audiatur, audiamur, audimini, audiantur; legere, legatur, legamur, legimini [10]), legantur.

22. DE FUTURO PASSIVO MODI IMPERATIVI.

Omne futurum tempus passivum modi imperativi ex suo fiet activo addita ·R· littera, ut amato, amator; moneto, monetor [11]); audito, auditor; legito, legitor [e]).

---

[6]) connubiis — conubiis *Cod.* [7]) pueri — puteri *Cod.* [8]) ·TE· — ·E· *Cod.* [9]) moneamini — moneanimi *Cod. ex em. pr. m.* monenimi *Cod. a pr. m.* [10]) legimini — legamini *Cod.* [11]) monetor — monetur *Cod.*

a) Virg. Aen. XII. 566. ubi nunc *neu* legitur. *b*) Virg. Aen. VII. 96. *c*) Virg. Aen. VII. 97. *d*) Virg. Aen. VI. 833. s. *e*) Verba: *suo fit — legito legitor* in hac columna penitus evanida, sed in sequenti folio inverse expressa, ope speculi lecta fuerunt.

*Tertia aut eadem erit, quae praesentis, ametur, moneatur, audiatur, legatur, aut una eademque voce, qua secunda proferetur sic ut in activo futuro, amator, amator; monetor, monetor [12]) et reliqua. Secunda pluralis eiusdem temporis ex secunda formabitur activi plurali [13]) temporis eiusdem ·TOTE· syllabis in ·MINOR· conversis, ut amatote, amaminor; monetote, moneminor; auditote, audiminor; legitote, legiminor. col. b.

Tertia pluralis eiusdem temporis aut eadem erit, quae praesentis, aut ex tertia veniet activa, numeri eiusdem et temporis, addita in ultimo ·R· littera, ut amanto, amantor; docento, docentor; audiunto, audiuntor; legunto, leguntor.

Amator, amator vel ametur, amaminor, amentur vel amantor; monetor, monetor vel moneatur, moneminor, moneantur vel monentor; auditor, auditor vel audiatur, audiminor, audiantur vel audiuntor; legitor, legitor vel legatur, legiminor, legantur vel leguntor.

23. DE OPTATIVO MODO *).

In hoc etiam modo communis Graecis [14]) Latinisque quaestio exorta est, si praeteritum tempus possit admittere, quia nullus umquam, quae iam facta sint sperat, cum infecta fieri non possint, sed in praesens vel in futurum aliquid optetur. Sed transactum quoque tempus optanti necessarium adprobatur; nam saepe cum in longinquis aliquis constitutus de re, quam desiderat incertus sit, votis tamen adiuvat [15]) cupidinem suam, ut id precetur iam venisse, quod cupit; ut puta navigantibus suis si tempestas fuerit exorta Diis supplicans exposcat, ut parens, aut filius, aut cognatus evaserit discrimina ventorum ac vim superaverit procellarum.

24. DE PRAESENTI TEMPORE ACTIVO MODI OPTATIVI.

Omne optativum praesens idemque inperfectum activum in ·REM· syllabam desinit vocali coniugationis suae antecedente, ut utinam amarem, monerem, audirem, legerem. Cuius ·M· littera in ·S· commutata nascitur secunda; *eademque in ·T· conversa fit tertia, amarem, amares, amaret et reliqua. Prima pluralis ex prima nascitur singulari, adiecta ·US· syllaba, ut amarem, amaremus et reliqua. Secunda pluralis ex prima fiet plurali ·MUS· ultima in ·TIS· syllabam conversa [16]), ut amaremus, amaretis et reliqua. Tertia pluralis ex tertia nascitur singulari ·N· littera ante ·T· ultimam interposita, amaret, amarent. F. 2. r. col. a.

---

[12]) monetor — menetor *Cod.* [13]) plurali *Cod. ex em. pr. m.* pluralis *Cod. a pr. m.* [14]) Graecis — grecis *Cod.* [15]) adiuvat — adiubat *Cod.* [16]) conversa *Cod. ex em. pr. m.* conversam *Cod. a pr. m.*

*) Cfr. ad h. l. Macrob. 321. ss. Bip.

Utinam amarem, amares, amaret, amaremus, amaretis, amarent; utinam monerem, moneres, moneret, moneremus, moneretis, monerent; utinam [17]) audirem, audires, audiret, audiremus, audiretis, audirent; utinam legerem, legeres, legeret, legeremus, legeretis, legerent.

25. DE PRAETERITO PERFECTO ET PLUSQUAMPERFECTO OPTATIVO.

Omne optativum praeteritum perfectum idemque plusquamperfectum ex praeterito perfecto indicativo [18]) creatur, ultimae eius syllabae ·S· littera adiecta et addita ·SEM· syllaba: amavi, amavissem; monui, monuissem; audivi, audivissem; legi, legissem; sed aliquotiens ·VI· ex medio intercepta contrahimus [19]) syllabas, ut dicamus amassem, audissem. Residuas personas in utroque numero [20]) ad similitudinem superioris temporis figuramus.

Utinam amavissem, amavisses, amavisset, amavissemus, amavissetis, amavissent; utinam monuissem, monuisses, monuisset, monuissemus, monuissetis, monuissent; utinam audissem, audisses, audisset, audissemus, audissetis, audissent; utinam legissem, legisses, legisset, legissemus, legissetis, legissent.

26. DE FUTURO OPTATIVO ACTIVO.

Omne optativum futurum activum ex primo themate verbi nascitur, in prima quidem coniugatione ·O· novissimo in ·EM· syllabam, in ceteris autem in ·AM· converso, ut amo, amem; moneo, moneam; audio, audiam; lego, legam. Residuae personae [21]) ad similitudinem superiorum formantur.

Utinam amem, ames, amet, amemus, ametis, ament; utinam moneam, moneas, moneat, moneamus, moneatis, moneant; utinam audiam, audias, audiat, audiamus, audiatis, audiant; utinam legam, legas, legat, legamus, legatis, legant.

col.b. * Omnia optativa passiva praeteritum perfectum et plusquamperfectum ex activis suis, sicut in praecedentibus, formabuntur [a]) ·M· in ·R· commutata, reliquisque [b]) sub eadem observatione deflexis.

Utinam amarer, amareris vel amarere, amaretur, amaremur, amaremini, amarentur; utinam monerer, monereris vel

---

[17]) utinam — ut *Cod.* (*sc. lineola horizontali* τοῦ ut, *quae constans compendium* τοῦ *utinam*, *omissa.* [18]) indicativo — indecativo *Cod.* [19]) contrahimus — contraimus *Cod.* [20]) numero — nomero *Cod.* [21]) residuae personae — residae personae *Cod.*

a) Haec sic erunt legenda: „*Omnia optativa passiva, praesens, praeteritum imperfectum itemque futurum — formabuntur.*" Exciderunt hic quae de formatione praeteriti et plusquamperfecti optativi passivi dicenda fuerant. *b*) *reliquisque* sc. personis.

monerere, moneretur, moneremur, moneremini, monerentur; utinam audirer, audireris vel audirere, audiretur, audiremur, audiremini [22]), audirentur [23]); *utinam legerer, legereris vel legerere, legeretur, legeremur, legeremini, legerentur.*

Utinam amatus, amatus, amatus, amati, amati, amati; utinam monitus, monitus, monitus, moniti, moniti, moniti; utinam auditus, auditus, auditus, auditi, auditi, auditi; utinam lectus, essem *fuissem,* lectus, esses *fuisses,* lectus, esset *fuisset,* lecti essemus *fuissemus,* lecti, essetis *fuissetis,* lecti, essent *fuissent.*

Utinam amer, ameris vel amere, ametur, amemur, amemini, amentur; utinam monear, monearis vel moneare, moneatur, moneamur, moneamini, moneantur; utinam audiar, audiaris vel audiare, audiatur, audiamur, audiamini, audiantur; utinam legar, legaris vel legare, legatur, legamur, legamini, legantur.

27. DE CONIUNCTIVO MODO [a]).

Coniunctiva Latinorum eandem, quam apud Graecos [24]) habent causam vocabuli ex una eademque origine traxerunt [b]); non enim huic modo, ut ceteris, ex intellectu, sed ex solo accidenti nomen est inditum. Si qui dicit lego, nihil dubium reliquit [25]), quin legere se indicet [26]), ideo indicativus appellatur; qui dicit lege aperte quid fiat imperat, inde imperativus; utinam legam, cum dicitur, optatur, quod fieri desideratur, et optativus vocatur; legere, quia nullum animi definit affectum, infiniti nomen acceperit [27]). Si vero dixero, cum legam, cum legerim, cum legissem, cum legero, ostendo, nullum tempus modi istius nisi coniunctum alteri parti orationis posse proferri, ideo non ex sensu, qui adhuc dubius est, sed ex sola coniunctione, quae ei accidit coniunctivus modus appellatus est, unde et Graeci [28]) ὑποτακτικὸν διὰ τὸ ὑποτετάχθαι [29]) vocaverunt, * quod ne- F. 2. v. col. a.
cesse est illi praemisso aliquid subdi, ut sensus integer fiat, et planior; — Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito [c]) — Notabis in hoc modo, quod non more Graecorum [30]) iunctim bina tempora deflectunt, sed singula [31]) separatim; cum in optativo contra quam Graeci [32]), bina, non singula declinent [d]); sunt autem eadem, quae in optativo, et insuper praeteritum perfectum et futurum sub diversa finalitate, praesens idemque futurum optativum cum legam, praeteritum inperfectum cum legerem,

---

[22]) audiremini — auderemini *Cod.* [23]) audirentur — auderentur *Cod.* [24]) graecos — grecos *Cod.* [25]) reliquit — reliquid *Cod.* [26]) indicet — indiget *Cod.* [27]) acceperit, *sic Cod.* [28]) Graeci — greci *Cod.* [29]) ὑπωτετάχθαι — υποτεταχθε *Cod.* [30]) Graecorum — grecorum *Cod.* [31]) singula — singulas *Cod.* [32]) Graeci — greci *Cod.*

a) Cfr. Macrob. p. 319. s. Bip. *b*) *ex una — traxerunt.* Melius haec apud Macrobium l. c. „Coniunctiva Latinorum, quae ὑποτακτικὰ Graecorum, causam vocabuli ex una eademque origine sortiuntur. *c*) Virg. Eclog. III. 77. *d*) Cfr. quae superius §. 5. dicta sunt, item Prisc. 807. P. et Cledon. 1874. P.

praeteritum perfectum cum legerim, praeteritum plusquamperfectum cum legissem, futurum cum legero. *Unde* etiam hisdem regulis formabuntur, *nec* aliqua discretio erit inter perfectum ac futurum, nisi quod in prima persona illud in ·RIM·, alterum in ·RO· syllabam desinet, cum legerim, cum legero. Passiva quoque eiusdem modi sub hisdem regulis declinantur et ex suis veniunt activis ad similitudinem superiorum, nisi quod futurum quoque per participium et ero vel fuero verbum declinatur. Latini sua quadam licentia usurpationis modo indicativa pro coniunctivis ponunt, modo coniunctiva pro indicativis. Cicero — qui poterit socios tueri, si dilectum verum utilium et inutilium non habebit[a]) — pro habuerit; alibi idem — fuerint[b]) — Libenter tibi, Laeli[33]), ut eum desideras equidem concessero[c]) — pro concedam.

Cum amem, ames, amet, amemus, ametis, ament; cum moneam, moneas, moneat, moneamus, moneatis, moneant; cum audiam, audias, audiat, audiamus, audiatis, audiant; cum legam, legas, legat, legamus, legatis, legant.

Cum amarem, amares, amaret, amaremus, amaretis, amarent; cum monerem, moneres, moneret, moneremus, moneretis, monerent; cum audirem, audires, audiret, audiremus, audiretis, audirent; cum legerem, legeres, legeret, legeremus, legeretis, legerent.

col.b. * Cum amaverim, amaveris, amaverit, amaverimus, amaveritis, amaverint; cum monuerim, monueris, monuerit, monuerimus, monueritis, monuerint; cum audierim, audieris, audierit, audierimus, audieritis, audierint; cum legerim, legeris, legerit, legerimus, legeritis, legerint.

Cum amavissem, amavisses, amavisset, amavissemus, amavissetis, amavissent; cum monuissem, monuisses, monuisset, monuissemus, monuissetis, monuissent; cum audivissem, audivisses, audivisset, audivissemus, audivissetis, audivissent; cum legissem, legisses, legisset, legissemus, legissetis, legissent.'

Cum amavero, amaveris, amaverit, amaverimus, amaveritis, amaverint; cum monuero, monueris, monuerit, monuerimus, monueritis, monuerint; cum audivero, audiveris, audiverit, audiverimus, audiveritis, audiverint; cum legero, legeris, legerit, legerimus, legeritis, legerint.

---

33) Laeli — laeti *Cod.*

a) Locus est e Ciceronis libro III. de legibus, ut apparet e Macrobii l. c., ubi tamen nonnisi quatuor verba priora fragmenti nostri habentur. Frustra haec in fragmentorum Ciceronis collectionibus quaesieris. Ceterum pro *dilectum verum utilium*, ut Cod. exhibet, legendum esse *delectum rerum utilium*, patet. *b*) *alibi* — *fuerint*. Inter *idem* et *fuerint* exemplum e Cicerone petitum excidisse palam est. *c*) Cic. de Republ. I. 13. ed. Maii.

Cum amer, ameris vel amere, ametur, amemur, amemini, amentur; cum monear, monearis vel moneare, moneatur, moneamur, moneamini, moneantur; cum audiar, audiaris vel audiare, audiatur, audiamur, audiamini, audiantur [34]); cum legar, legaris vel legare, legatur, legamur, legamini, legantur.

Cum amarer, amareris vel amarere, amaretur, amaremur, amaremini, amarentur; cum monerer, monereris vel monerere, moneretur, moneremur, moneremini, monerentur; cum audirer, audireris vel audirere, audiretur, audiremur, audiremini, audirentur; cum legerer; legereris vel legerere, legeretur, cum legeremur, legeremini, legerentur.

Cum amatus, amatus, amatus, amati, amati, amati; cum monitus, monitus, monitus, moniti, moniti, moniti; cum auditus, auditus, auditus, auditi, auditi, auditi; cum lectus, sim fuerim, lectus, sis fueris, lectus, sit fuerit, lecti, simus fuerimus, lecti, sitis fueritis, lecti, sint fuerint.

Cum amatus, amatus, amatus, amati, amati, amati; cum monitus, monitus, monitus, moniti, moniti, moniti; cum auditus, auditus, auditus, auditi, auditi, auditi; cum lectus, essem fuissem, lectus, esses fuisses, lectus, esset fuisset, lecti, essemus fuissemus, lecti, essetis fuissetis, lecti, essent fuissent.

Cum amatus, amatus, amatus, amati, amati, amati; cum monitus, monitus, monitus, moniti, moniti, moniti; cum auditus, auditus, auditus, auditi, auditi, auditi; cum lectus, ero fuero, lectus, eris fueris, lectus, erit fuerit, lecti, erimus fuerimus, lecti, eritis fueritis, lecti, erint [a]) fuerint.

28. * DE INFINITO MODO [b]). F. 3. r. col. a.

Infinitum modum quidem [c]) minime [35]) habendum inter verba existimant, quia neque numerum [36]) et personam, quae verbi propria sunt, designat, sed adverbiis potius temporis adplicare conantur, quorum primum est, ut sensum, si cum verbo socientur, efficiant praeposita vel postposita: latine loquor, loquor latine; facio fortiter, fortiter facio. Ita

[34]) audiaris audiantur — audieris audientur *Cod.* [35]) minime — minimae *Cod.* [36]) numerum — nomerum *Cod.*

a) Cfr. Sacerdot. Lib. I. §. 47. et quae ibi notantur. *b*) Cfr. Macrob. p. 323. ss. Bip. *c*) *quidem* ita Cod. rectius fortassis: *quidam*. Macrob. l. c. *Infinitum* modum — *quidam Graecorum inter verba numerare voluerunt.* Apollonius περὶ συντάξεως p. 226. Bekker. ἡ ἀπαρέμφατος ἔγκλισις διστάζεται πρός τινων εἰ ἔγκλισις καὶ εἰ ὅλως ῥήματα τὰ ἀπαρέμφατα. Ceterum Apollonius universam hanc quaestionem nostro et Macrobio longe subtilius minutiusque pertractavit.

et infinitum, scribere volo, volo scribere; disserere cupio, cupio disserere; praesertim cum multa sint adverbia, quae ex verbis oriantur, ut a curro, cursim; stringo, strictim; caedo, caesim [37]); pungo, punctim et similia. Maxime cum et aliae partes a verbo nascantur, ut participia et nomina, sicut est scribens et scriptor, quae [38]) et finalitatem solitam verborum et significationem amiserint personarum, quas nonnisi cum additamento [39]) pronominis possint distinguere, ut amans, me, te, illum, nos, vos, illos. Sed a doctoribus his refutantur: infinitum modum non quidem exprimere [40]) numerum vel personam, omnes tamen recipere [41]) personas et utrumque numerum admittere; nam ipsum scribere, cum a me agitur, fit scribo, cum a te, fit scribis, cum ab illo, fit scribit; item cum a nobis, fit scribimus, cum a vobis, fit scribitis, cum ab illis, fit scribunt; et scripsisse [42]), cum in me fuit, fit scripsi, cum in te, fit scripsisti, cum in illo, fit scripsit, cum in nobis, fit scripsimus, cum in vobis, fit scripsistis, cum in illis, fit scripserunt; et scriptum ire [a]), cum in me erit, fit scribam, cum in te, fit scribes, cum in illo, fit scribet, cum in nobis, fit scribemus, cum in vobis, fit scribetis, cum in illis, fit scribent. Cum enim dico scribo, nihil aliud significo, quam scribere me, cum dico scribis, quid aliud dixi, quam scribere te, cum dico scribit, quid aliud dixi, quam scribere illum et cetera.

Deinde adverbium temporis hinc maxime esse non posse, quia significationes temporum in adverbio non de eiusdem soni vel vocis inflexione fol. b. nascuntur, *sed, ut tempora mutentur, voces [b]) etiam permutantur, nunc, modo, nuper, olim, dudum, antea, postea; in infinito autem vox eadem paululum flexa tempus immutat, scribere, scripsisse, scriptum ire, quod est proprium verbi. Alia [c]) quae de hoc modo tractantur praetermittenda existimavi, ne superfluis inmorarer.

29. DE PRAESENTI INFINITO ACTIVO.

Omne infinitum activum praesentis temporis in ·RE· [43]) desinit, ut amare, monere, audire, legere; unde etiam a fio fiere esse deberet, sed licet usus aliter obtinuerit [44]), (fieri enim nunc dicitur) Ennius tamen in X annalium [d]) fiere dixit, non fieri. Regula autem iam superius [e]) di-

---

[37]) caesim *Cod. ex em. pr. m.* caedim *Cod. a pr. m.* [38]) quae — quia *Cod.* [39]) additamento *Cod. ex em. pr. m.* additamentum *Cod. a pr. m.* [40]) exprimere — expremere *Cod.* [41]) recipere — recepere *Cod.* [42]) scripsisse — scripsesse *Cod.* [43]) ·RE· — ·E· *Cod.* [44]) obtinuerit — optinuerit *Cod.*

a) Cfr. Prob. Art. min. §§. 23. 25. 31. *b*) *voces;* sic legendum pro eo quod Cod. exhibet *vices,* nam apud Macrobium p. 324. Bip. „*sed ut tempora, mutantur et voces.* *c*) Cfr. de his Apollonium l. c. *d*) Frustra haec in collectionibus, etiam novissima, fragmentorum Ennii quaesivimus. *e*) Videtur auctor ea respicere, quae supra §. 19. de formatione imperativi docuerat: *imperativos ex infinitis suis formari technici volunt, ultimis syllabis ablatis.* Ex hac regula inversa sequitur regula mox adferenda de formatione infiniti.

cta est; nam omne [45]) imperativum activum addita ·RE· syllaba fit infinitum *ama*, amare; mone, monere; audi, audire; lege, legere.

30. DE PRAETERITO INFINITO ACTIVO.

Omne praeteritum infinitum activum in ·SE· syllabam desinit; fit autem ex praeterito perfecto indicativo ·I· ultimo eius adiecta ·S· littera, et adsumpta ·SE· syllaba, secui, secuisse; monui, monuisse; audivi, audivisse; legi, legisse.

31. DE FUTURO INFINITO ACTIVO.

Omne futurum activum per societatem participii seu gerundi [a]) sibi addito ire conformatur, *amatum ire*, monitum ire, auditum ire, lectum ire.

Amare, amavisse, amatum ire; monere, monuisse, monitum ire; audire, audivisse, auditum ire; legere, legisse, lectum ire.

32. DE PRAESENTI INFINITO PASSIVO.

Omne infinitum passivum praesentis temporis ex suo veniet activo ·E· in ·I· commutata, praeter tertiam correptam, ut amare, amari; monere, moneri; audire, audiri. Ea vero, quae tertiae [46]) sunt correptae, si quidem consonantem habuerint ·O· ultimum praecedentem, ipsum ·O· in ·I· convertunt, ut lego, legi; dico, dici; si vero vocalem, quando ·I· fuerit, ·O· novissima subtrahetur, ut rapio, rapi; capio, capi; quando ·U·, ·O· finalis in ·I· transfertur, ut arguo, argui; acuo, acui.

33. * DE PRAETERITO INFINITO PASSIVO. F. 3. v. col. a.

Omne praeteritum infinitum passivum per societatem participii adiuncto esse vel fuisse verbo profertur, amatum esse, fuisse; monitum esse, fuisse; auditum esse, fuisse; lectum esse, fuisse.

34. DE FUTURO INFINITO PASSIVO.

Omne futurum infinitum passivum per eandem participii sive gerundi societatem adiecto iri pronuntiatur, amatum iri, monitum iri, auditum iri, lectum iri.

Amari, moneri, audiri, legi; amatum esse, fuisse; monitum esse, fuisse; auditum esse, fuisse; lectum esse, fuisse; amatum iri, monitum iri, auditum iri, lectum iri.

---

[45]) omne — omem *Cod.* [46]) tertiae — tertia *Cod.*

a) *gerundi*; de hac forma cfr. Lindem. ad Pomp. p. 265 et 275.

Latini [47]) peculiarius infinitis in ·I· exeuntibus addunt ·ER· syllabam, ut ·I·, quod longum fuerat, breve efficiant, ut —accingier ense — Nonnumquam infinito pro indicativo utuntur; Sallustius — qui ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, non se luxui neque inertiae [48]) corrumpendum dedit, sed, uti mos gentis illius, equitare, iaculari, cursu cum aequalibus certare [a]) — Aliquotiens pro coniunctivo ponunt: Cicero pro Sextio — reipublicae dignitas [49]) me ad se rapit et haec minora relinquere hortatur — pro hortatur ut relinquam [b]); Vergilius — Hortor amare focos [c]) — pro hortor, ut ament — Ponunt et pro gerundi modo: Cicero pro Quintio — consilium cepisse [50]), hominis fortunas funditus evertere [d]) — pro evertendi; Vergilius — Sed, si tantus amor casus cognoscere nostros [e]) — pro cognoscendi; Terentius [51]) in Hecyra — adeamus visere [f]) — pro visitatum; et — cantare pares et respondere parati [g]) — pro ad cantandum et respondendum — Ponunt et pro participio: Varro in Scaevolam — et ut matrem audivi dicere [h]) — Vergilius — equidem Teucrum memini Sidona venire [i]) — Cicero — Charidemum cum testimonio dicere audistis — pro dicentem et venientem [k]).

35. DE INPERSONALIBUS [l]).

col. b. Inpersonalis, ut iam superius diximus, * non modus habendus est, sed peculiaris apud Latinos verborum geminata declinatio. Nam una est cum numeris et personis, haec altera sine numeris et personis per universos modos, per quos illa decurrens, et hoc distat ab infinito, quod in illo [m]) quidem necesse est modis omnibus extrinsecus adsumi personas et numeros [52]), prout usus exegerit: scribere oportet me, te, illum, nos, vos, illos; inpersonali [n]) vero nullus huiusmodi ex adiectione sumitur intellectus; nam qui dicit: legitur, curritur, agitur, inpersonaliter, non id dicit [53]) quid ille, aut illa, aut illud, sed rem tantum exprimere contentus, praetermittit personas apud quas officium est lectionis, aut cursus,

---

[47]) Latini — LAtini *Cod.* [48]) inertiae — enertiae *Cod.* [49]) reipublicae dignitas — reipuplicae dignitatis *Cod.* [50]) consilium cepisse — concilium coepisse *Cod.* [51]) Terentius — Terrentius *Cod.* [52]) numeros — nomero *Cod.* [53]) id dicit *Cod. ex em. pr. m.* indicit *Cod. a pr. m.*

a) Sallust. Iugurth. V. 1. *b*) Cic. pro Sext. 3. 7. Ernest. ubi vero legitur: *quae me ad sese rapit.* *c*) Virg. Aen. III. 134. *d*) Cic. pro Quint. 16. 53. extr. Ernest. ubi legitur: *hominis propinqui fortunas* etc *e*) Virg. Aen. II. 10. *f*) Terent. Hecyr. I. 2. 114. ubi vero legitur: *It visere ad eam*, et apud Macrobium l. c. „*It ad eam visere.*“ *g*) Virg. Eclog. VII. 5. *h*) Idem e Varrone exemplum apud Macrobium l. c. *i*) Virg. Aen. I. 619. *k*) Cic. in Verrem Act. II. l. I. 19. 50. ubi „*Charidemum Chium testimonium dicere*“; apud Macrob. l. c. legitur *cum testimonium,* quod etiam in nostro a pr. m., τῷ *testimonium* in *testimonio* mutato; scilicet τὸ *Chium* pro *cum* habuerunt librarii. *l*) Cfr. Macrob. p. 329. ss. Bip. *m*) *in illo*, scilicet *infinitivo.* *n*) *inpersonali;* vide an non sit legendum *in inpersonali.*

aut actionis. Terentius [54]) — Quid agitur? Statur [a]) — Vergilius — Itur in antiquam sylvam [b]) — Ventum erat ad limen [c]) — Qui vero non inpersonaliter dicit, necesse est addat ipsam personam aut rem, in qua est ipsum officium: legitur Vergilius, legitur Sappho, legitur carmen Horatii [55]). Sunt tamen [d]) inpersonalia Graecis [56]) Latinisque communia; sunt tantum Latinitati concessa. Nam decet me, te, illum, nos, vos, illos tam Graecis [57]) convenit quam Latinis, quod tunc inpersonale habetur, cum casus illi non additur, ut puta [58]) decet legere, decet philosophari, decet artibus bonis vitam ornare. Nam si casum acceperit [59]), necesse est inerit [60]) illi persona, et inpersonale esse iam desinit, ut puta deceo magister discipulum, deces magister discipulum, decet magister discipulum; transitque etiam in numerum pluralem, ut decemus iudicia magistratus, decent domum columnae [61]). Item etiam Graeci [62]): *πρέπει* [63]) *μοὶ*, *σοὶ*, *ἐκείνῳ* [64]), *ἡμῖν* [65]), *ὑμῖν*, *ἐκείνοις ἀναγινώσκειν*, *γεωργεῖν* [66]), *φιλοσοφεῖν*, *καὶ πρέπω ἐγὼ*, *πρέπεις σὺ* [67]), *πρέπει ἐκεῖνος ἄρχων τῇ πόλει*, *καὶ πληθυντικῶς* [68]) *πρέπομεν*, *πρέπετε*, *πρέπουσιν ἄρχοντες τῇ πόλει*. *Tale est et placet, quia et F. 4. r. col. a.
per omnes personas declinari potest, ut placeo, places, placet, placemus, placetis, placent, et inpersonale accipi potest, item ut superius, casu addito vel detracto; nam placeo amator amicae [69]), places, placet, et placemus, placetis, placent amatores amicae [70]), verbi est legitima declinatio; placet vero scribere, legere, militare inpersonalia sunt; sic et apud Graecos [71]): *ἀρέσκω*, *ἀρέσκεις*, *ἀρέσκει ἄρχων*, *καὶ πληθυντικῶς* [72]) *ἀρέσκομεν*, *ἀρέσκετε*, *ἀρέσκουσιν ἄρχοντες* [73]), *αὕτη μὲν* [74]) *συνήθης τοῦ ῥήματος* [75]) *κλῖσις* [76]); *ἀρέσκει δὲ ἀναγινώσκειν* [77]), *στρατεύεσθαι* [78]), *φιλοσοφεῖν ἀπροσώπως* [79]) *κλίνεται* [80]). Contingit quoque potest et ex integra declinatione venisse — Scilicet ut Turno contingat regia coniunx [e]) — potest et inpersonale esse; si enim dixeris contingo, contingis, contingit iudex civitati, ac pluraliter contingimus, contingitis, contingunt iudices civitati, plena declinatio verbi; si vero contingit interfuisse spectaculis, supervenire coenantibus [81]), nulla hic intellegentia certae [82]) personae, nec enim ad tertiam

---

[54]) Terentius — Terrentius *Cod.* [55]) Horatii — oratii *Cod.* [56]) Graecis — grecis *Cod.* [57]) Graecis — grecis *Cod.* [58]) ut puta — ut putat *Cod.* [59]) acceperit *Cod. a pr. m.* acciperit *Cod. ex corr. pr. m.* [60]) inerit, *sic Cod.* [61]) columnae — colomnae *Cod.* [62]) Graeci — greci *Cod.* [63]) *πρέπει* — *πρεπιϑ Cod.* [64]) *ἐκείνῳ* — *εκεινο Cod.* [65]) *ἡμῖν* — *ειμιν Cod.* [66]) *γεωργεῖν* — *γεοργειν Cod.* [67]) *πρέπεις σὺ* — *πρεπισου Cod.* [68]) *πληθυντικῶς* — *πληθυντικος Cod.* [69]) amicae — amice *Cod.* [70]) amicae — amice *Cod. et ex mut. pr. m.* amici. [71]) Graecos — greeos *Cod.* [72]) *πληθυντικῶς* — *πληθυντικος Cod.* [73]) *ἄρχοντες* — *αρχοντες Cod.* [74]) *μὲν* — *μη Cod.* [75]) *ῥήματος* — *ρεματος Cod.* [76]) *κλῖσις* — *κασις Cod.* [77]) *ἀναγινώσκειν* — *αναγεινωσκειν Cod.* [78]) *στρατεύεσθαι* — *στρατευεσται Cod.* [79]) *ἀπροσώπως Cod. ex em. pr. m.* *απροσοπος Cod. a pr. m.* [80]) *κλίνεται* — *κηνεται Cod. et mox* contigit. [81]) coenantibus — cenantibus *Cod.* [82]) certae — certe *Cod.*

[a]) Terent. Eunuch. II. 2, 40. [b]) Virg. Aen. VI. 179. [c]) Virg. Aen. VI. 45. [d]) *τὸ tamen* melius abesset, ut etiam abest a Macrobii loco plane gemello. [e]) Virg. Aen. XI. 371.

personam, quod prima facie occurrit, dirigitur, sed res ipsa tantum ostenditur accidisse [83]). Similiter et Graeci [84]): ἐπιτέτευγμαι, ἐπιτέτευξαι, ἐπιτέτευκται [85]) ἄρχων [86]) τῇ [87]) πόλει, καὶ πληθυντικῶς, ἐπιτετεύγμεθα [88]), ἐπιτέτευχθε [89]), ἐπιτέτευγμένοι εἰσὶν ἄρχοντες [90]) τῇ πόλει κατὰ τὴν ἐντελῆ [91]) λέγεται [92]) κλῖσιν [93]); συνέβη δὲ συμπαρεῖναι τῇ θέᾳ [94]), ἐπιστῆναι [95]) δειπνοῦσιν, ἢ [96]) πάλιν συνέβη ταραχὴν γεγενῆσθαι [97]), πόλεμον ἐγηγέρθαι· οὐδεμία προσώπων ἢ ἀριθμῶν ἔμφασις ὡρισμένων [98]), οὐ γὰρ εἰς τρίτον πρόσωπον, ἅπερ [99]) ἄν τινι τῇ πρώτῃ [100]) ἀπαντήσειεν ἀκοῇ, ἀναφέρεται [1]), ὡς ἔβη, κῇ ἔβη Ἀνδρομάχη [a]), ἀλλὰ [2]) τὸ μόνον ἀποβεβηκέναι τὸ πρᾶγμα δείκνυται [3]). col. b. * Huic simile est iuvat; nam si dixero iuvo, iuvas, iuvat aliquem sumptibus, integra et solida [b]) declinatio verbi; si vero iuvat spectare, iuvat ludere, iuvat amare, nulla hic significatio numeri [4]) vel personae. Ut Vergilius — iuvat evasisse [5]) tot urbes Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostes [c]) — et alibi — Forsan et haec olim meminisse iuvabit [d]) — Idem etiam Graeci [6]) custodiunt; nam δέομαι, δέῃ, δέεται [7]) ἡ κατὰ προσώπων [8]) καὶ συνήθης κλῖσις· [9]) ἔδει δὲ ἄρχειν [10]), φιλοσοφεῖν, γεωργεῖν, ἡ ἀπρόσωπος ἔμφασις. Poenitet [11]) quoque, hoc est, quod apud illos μεταμέλει; καὶ τῶν προτέρων [12]) μοι μεταμέλει μηνιμάτων; oportet etiam idem est, quod a Graecis [13]) χρὴ sive δεῖ inpersonaliter dicitur, oportet quaerere, oportet habere, oportet parta [14]) servare, χρὴ πορίζεσθαι, χρὴ ἔχειν, χρὴ τὰ πορισθέντα φυλάττειν [15]). Illa iam propria Latinorum, taedet, piget, pudet, licet, miseret; taedebat [16]), pigebat, pudebat, licebat, miserebat; taesum est, fuit, puduit, piguit, licuit vel licitum est, fuit; misertum est, fuit; taesum erat, fuerat, puduerat, piguerat, licuerat; licitum erat, fuerat; misertum [17]) erat, fuerat; taedebit, pigebit, pudebit, licebit, miserebit; sic et veritum est inpersonaliter figuravit Tullius in secundo de finibus bonorum et malorum [18]) — Primum inquit [19]) Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum in ea voluptate, quae maxima dulcedine [20]) sensum moveret summum bonum ponere [e]). —

83) accidisse — accedisse *Cod.* 84) Graeci — greci *Cod.* 85) ἐπιτέτευκται — επιτετευκται *Cod.* 86) ἄρχων — αρκων *Cod.* 87) τῇ — τι *Cod.* 88) ἐπιτετεύγμεθα — επιτετευγμεθα *Cod.* 89) ἐπιτέτευχθε — επιτετευχθαι *Cod.* 90) ἄρχοντες — αρκοντες *Cod.* 91) ἐντελῆ — εντελε *Cod.* 92) λέγεται — λεγεγαι *Cod.* 93) κλῖσιν — κλισιν *Cod.* 94) θέᾳ — θα *Cod.* 95) ἐπιστῆναι — επιστειναι *Cod.* 96) ἢ *Cod. ex em. pr. m* ι *Cod. a pr. m.* 97) γεγενῆσθαι — γεγενεσθαι *Cod.* 98) ὡρισμένων — ωρισμενον *Cod.* 99) ἅπερ — απερ *Cod.* (*attice pro* ὥσπερ?) 100) πρώτῃ — πρωτι *Cod.* 1) ἀναφέρεται — αναφεται *Cod.* 2) ἀλλὰ — αλλαι *Cod.* 3) δείκνυται — δικνυται *Cod.* 4) numeri — nomeri *Cod.* 5) evasisse — evasesse *Cod.* 6) Graeci — greci *Cod.* 7) δέομαι, δέῃ, δεεται — ηδομαι, ηδη, ηδεται *Cod.* 8) προσώπων — προσωπον *Cod.* 9) κλῖσις — κλισις *Cod.* 10) ἄρχειν — αρχιν *Cod.* 11) poenitet — penitet *Cod.* 12) προτέρων — προτερον *Cod.* 13) Graecis — grecis *Cod.* 14) parta — perta *Cod. ex em. pr. m.* pera *Cod. a pr. m.* 15) φυλάττειν — φυλαττιν *Cod.* 16) taedebat — tedebat *Cod.* 17) misertum — mertum *Cod.* 18) bonorum et malorum — b. et m. *Cod.* 19) inquit — inquid *Cod.* 20) dulcedine — dulcidine *Cod.*

a) Iliad. VI. 377. *b*) *solida;* legendum videtur *solita*, συνήθης infra in graecis. *c*) Virg. Aen. III. 282. s. *d*) Virg. Aen. I. 203. *e*) Cic. de finib. b. et mal. II. 13, 39.

Illa tamen omnino propria Latinorum, quae in ·TUR· exeunt et per singula tempora in omnibus modis ex tertia veniunt persona declinationis passivae: Romae bene docetur; bene spectatur in circo; fortiter dimicatur in ludo. Hoc amplius species ista procedit, ut etiam ex neutris in ·TUR· inpersonalia figurentur: curritur, statur, sedetur, discumbitur, prandetur, pugnatur, itur, caletur: * Plau- F. 4. v. col. a. tus [21]) in Captivis — quasi cum caletur cocli*ae in occulto* latent [a]) — egetur, idem in Pseudolo — egetur *atque* amatur ampliter [b]). — Cum *igitur per tempora currunt* et modos, sine per*sonis tamen* et numero [22]) declinantur: curritur, currebatur, cursum est, fuit; cursum erat, fuerat; curretur. Hanc inpersonalium speciem graecus [23]) sermo penitus [24]) ignorat. Hoc quoque Latinitatis est proprium, quod quaedam, cum ex activa declinatione personalia sint, in persona patientis fiunt inpersonalia. Nam maledico tibi, invideo tibi, noceo tibi, sine dubio [25]) activae significationis sunt, in persona vero patientis non recte dicitur maledicor a te, invideor a te, noceor a te; sed maledicitur mihi a te, nocetur mihi a te, invidetur mihi a te, quae forma inpersonalis est.

36. DE USURPATIVA.

Hanc [c]) quidam gerundi modo [d]) et participialem vocant, quia verba eius pene [26]) omnia similia participiis [27]) sunt et sola significatione distantia; nam salutandi et salutando et salutandum ac salutatum cum per se dicuntur participia videntur casibus declinanda; cum vero per hanc formam proferuntur, duce sensu aliud esse deprehenduntur. Nam vado salutatum hoc est dicere vado salutare aut ut salutem. Vergilius — Venatum [28]) Aeneas unaque miserrima Dido In nemus ire parant [e]) — id est venari aut ut venentur. Denique figuratur etiam ex his verbis, quae passivam declinationem non habent, ut natatum eo, ambulatum eo, cum nec nator, nec ambulor dici possit. Item ad salutandum eo participium esse iam desinit, nisi adieceris vel hominem vel amicum; hac enim adiectione participium obtinebit, sed tunc cum ex verbo est habente et passivam declinationem, ut ad videndum, ad salutandum; *ad declamandum vero cum dico, non possum di- col. b. cere illum, quia declamor latinum non est. Denique cum dicit quis eo ad salutandum, vel ad audiendum, vel ad videndum [29]), vel

---

[21]) Plautus — platus *Cod.* [22]) numero — nomero *Cod.* [23]) graecus — grecus *Cod.* [24]) penitus — poenitus *Cod.* [25]) dubio — dibio *Cod.* [26]) pene — pęne *Cod.* [27]) participiis — participis *Cod.* [28]) venatum — nenatum *Cod.* [29]) videndum — vedendum *Cod.*

a) Plaut. Captiv. I. 1, 12. *b*) Plaut. Pseudol. I. 3, 39. *c*) Hanc sc. formam. *d*) *modo*; ita Cod.; apud Macrob. p. 337. legitur: *modi*. Fortassis ita interpungendum: „*hanc quidam gerundi, modo et participialem vocant*. Cfr. Pomp. p. 119. L. not. *e*) Virg. Aen. IV. 117. s.

ad osculandum [30]), quia potest addi et illum et ab illo, si nihil addatur in incertum relinquitur, utrum activa an passiva significatione prolatum sit; si vero dixero ad loquendum, hoc significo ut de alio loquar, non etiam ut alius de me loquatur, quia loquor deponens est, non commune; inde est — uritque [31]) videndo Femina [a]) — et — picis in morem ad digitos lentescit habendo [b]) — et — verberando necati — quia et videor et habeor et verberor non deponentia, sed passiva sunt. Item inter loquendum, inter agendum, vel de inperando, de edendo verba usurpativa dixerunt, sed et illa — Nec visu facilis, nec dictu effabilis ulli [c]) — verba sunt ad eandem formam pertinentia, quae Latinitati non solum praestant ornatum, sed et illud quoque, ut aliquid habere videatur, quod Graeci [32]) iure desiderent, quamvis et ipsi partem eorum aliquam, licet inter adverbia positam, habere tamen existimentur, ut est: ποιητέον [33]), γρακτέον, λεκτέον; haec enim illis similia sunt — aut pacem [34]) Troiano a rege [35]) petendum [36]) [d]) — Sunt autem universa V.:

Amandi, amando, amandum, amatum, amatu; monendi, monendo, monendum, monitum, monitu; audiendi, audiendo, audiendum, auditum, auditu; legendi, legendo, legendum, lectum, lectu.

37. DECLINATIO INPERSONALIUM.

Quae in ·TUR· exeunt per singulas coniugationes ad similitudinem passivorum ex tertia persona singulari figurantur, curruntque per omnes modos, temporaque unusquisque eorum recepit:

Modo indicativo.

Amatur, amabatur, amatum est, fuit, amatum erat, fuerat, amabitur; docetur, docebatur, doctum est, fuit, doctum erat, fuerat, docebitur; auditur, audiebatur, auditum est, fuit, auditum erat, fuerat, audietur; legitur, legebatur, lectum est, fuit, lectum erat, fuerat, legetur.

F. 5. r. col. a.

* Modo imperativo.

Ametur, ametur; doceatur, doceatur; audiatur, audiatur; legatur, legatur.

---

30) osculandum *Cod. ex em. pr. m., quae primum* soculandum *scripserat.* 31) uritque — utrique *Cod.* 32) Graeci — greci *Cod.* 33) ποιητέον — ποιηαιον *Cod.* 34) pacem, τὸ a *punctis in Cod. notatum.* 35) a rege *Cod. ex em. pr. m., quae primum* agete *scripserat.* 36) petendum — pedendum *Cod.*

a) Virg. Georg. III. 215. 5. *b*) Virg. Georg. II. 250. *c*) Virg. Aen. III. 621. ubi vulgo editur *affabilis.* Cum nostro facit Servius. *d*) Virg. Aen. XI. 230.

Modo optativo.

Utinam amaretur, amatum esset, fuisset, ametur; utinam doceretur, doctum esset, fuisset, doceatur; utinam audiretur, auditum esset, fuisset, audiatur; utinam legeretur, lectum esset, fuisset, legatur.

Modo coniunctivo.

Cum ametur, amaretur, amatum esset, fuisset [37]), amatum erit, fuerit; cum doceatur, doceretur, doctum esset, fuisset [38]), doctum erit, fuerit; cum audiatur, audiretur, auditum esset, fuisset, auditum erit, fuerit; cum legatur, legeretur, lectum esset, fuisset, lectum erit, fuerit.

Modo infinito.

Eadem erunt inpersonalia per omnes coniugationes [39]), quae infinita passiva; sed haec erit discretio, si dixero legi Ciceronem, legi Salustium infiniti est, si vero legi tantummodo, inpersonale est; non enim hunc aut illum intellegitur, sed ipsa qualiscumque lectio demonstratur.

Amari, amatum esse, fuisse, amatum iri; moneri, monitum esse, fuisse, monitum iri; audiri, auditum esse, fuisse, auditum iri; legi, lectum esse, fuisse, lectum iri.

37. Quae in ·ET· exeunt, quoniam ex se nonnumquam oriuntur, non referentur ad coniugationes, ut est taedet, pudet, piget, poenitet, miseret, oportet, nisi quod potest similitudo quaedam in his esse coniugationis secundae, quantum ad tertiam personam attinet singularem.

Modo indicativo.

Poenitet [40]), poenitebat, poenituit, poenituerat, poenitebit; pudet, pudebat, puduit et puditum est, fuit, puduerat et puditum erat, fuerat, pudebit; piget, pigebat, piguit et pigitum est, fuit, piguerat, pigitum erat, fuerat, pigebit; licet, licebat, licuit et licitum [41]) est, fuit, licuerat, licitum erat, fuerat, licebit.

Modo inperativo.

Poeniteat, poeniteat; pudeat, pudeat; pigeat, pigeat; liceat, liceat.

---

37) fuisset — fuisse *Cod.* 38) fuisset — fuisse *Cod.* 39) coniugationes — coniugationis *Cod.* 40) poenitet — ponitet *Cod.* 41) licitum — lecitum *Cod.*

Modo optativo.

Utinam poeniteret, poenituisset [42]), poeniteat; utinam puderet, puduisset [43]), puditum esset, fuisset, pudeat; utinam pigeret, piguisset [44]), pigitum esset, fuisset, pigeat; utinam liceret, licuisset [45]), licitum esset, fuisset [46]), liceat.

col.b.

* Modo coniunctivo.

Cum poeniteat, poeniteret, poenituerit, poenituisset, poenituerit; cum pudeat, puderet, puduerit, puditum sit, fuerit, puduisset, puditum esset, fuisset, puduerit, puditum erit; cum pigeat, pigeret, piguerit, pigitum sit, fuerit, piguisset, pigitum esset, fuisset, piguerit, pigitum erit; cum liceat, liceret, licuerit, licitum sit, fuerit, licuisset, licitum esset, fuisset, licuerit, licitum erit.

Modo infiniti.

Poenitere, poenituisse; pudere, puduisse, puditum esse, fuisse, puditum iri; pigere, piguisse, pigitum esse, fuisse, pigitum iri; licere, licuisse, licitum esse, fuisse, licitum iri.

Eodem modo etiam miseret, oportet, decet, taedet.

Miseret, miserebat, misertum est, fuit [47]), misertum erat, fuerat, miserebit; oportet, oportebat, oportuit [48]), oportuerat, oportebit; decet, decebat, decuit, decuerat [49]), decebit; taedet, taedebat, taesum est, fuit, taesum erat, fuerat [50]), taedebit.

Ad similitudinem superiorum et reliqua declinabuntur per omnes modos et tempora.

38. DE FORMIS VERBORUM [a]).

Formae verborum sive species sunt IV. quibus ex rebus, quas significant indita vocabula sunt.

Nam prima dicitur meditativa, quae significat meditationem eius rei, quae imminet et cuius speratur effectus, ut parturio, quod est, parire [b]) meditor, esurio, esse meditor; sic amaturio, lecturio et similia.

Secunda inchoativa, quae aliquid fieri iam coepisse testatur, ut

42) poenituisset — poenituisse *Cod.* 43) puduisset — puduisse *Cod.* 44) piguisset — piguisse *Cod.* 45) licuisset — licuisse *Cod.* 46) esset fuisset — esse fuisse *Cod. toto hoc paragrapho.* 47) *male hic librarius addit* miserebit. 48) *Cod. addit* oportebit. 49) decuerat; *prave Cod. h. v. repetit.* 50) taesum erat fuerat; *haec in Cod. prave repetita.*

a) Cfr. Macrob. p. 330. s. Bip. b) *parire;* ita Cod., sic quoque Plautus in Vidularia teste Philargyrio ad Virg. Eclog. II. 63. *„Nam audivi feminam ego leonem semel parire.“*

pallescit [51]), cui necdum totus diffusus est pallor, et calescit [52]), qui incipientem sentit calorem.

Tertia perfecta, quae consummationem [53]) rei, de qua loquitur, ostendit et peractum officium actionis, nec adhuc cogitari vel coeptis haerere [54]).

Quarta frequentativa, quod uno verbo frequentationes administrationis ostendit, quae etiam iterativa vocitatur, quod iterati ac saepissime repetiti obsequii designat [55]) effectum, * ut est lecto, lectito. Ideo autem hoc ordine digestae sunt, quia primum est, ut de aliqua re capiamus consilium; secundum, ut firmato consilio incipiamus id, quod plac*uit*; tertium, ut coepta perficiamus; quartum, ut iam perfecta repetamus. Nunc de unaquaque earum tractatus proprius proponatur. F. 5. v. col. a.

39. DE MEDITATIVA [56]).

Haec forma tota, coniugationis est tertiae productae, cuius similis apud Graecos [57]) quoque species invenitur; inde sunt enim illa *μαθητιῶ*, *δαιμονιῶ*, *βινητιῶ* [a]), *οὐρητιῶ*; his enim verbis temptamentum quoddam rei et meditatio, non ipse effectus, exprimitur; quibus similia illa etiam videntur *ῥιγείω*, *ὀκνείω* [58]), *γαμησείω*, *πολεμησείω*, *βρωσείω*, *ὀψείω* [59]).

40. DE INCHOATIVA.

Haec forma semper tertiae correptae est in omnibus verbis, a quibuscumque veniat, adeo ut etsi a verbo primae coniugationis derivetur, ad correptam tamen tertiam transeat; ab eo quod est hio, hias, hiasco [60]), et per conlisionem seu contractionem hisco; et semper sub activa tantum declinatione profertur, etiam si veniat ex principali, quod sit simile passivo, ut a misereor, miseresco [61]), et a labo, labasco [62]) — miserescimus [63]) ultro [b]) — et — Labascet victus uno verbo quam cito [64]) [c]). — Contra saepe trahitur ex verbo activo et significat passionem, quamvis activa declinatione flectatur [65]), ut lentesco — Sed picis in morem ad digitos lentescit [66]) habendo [d]) — Sunt quaedam inchoativa et sine substantia principalis. Vergilius — et tenebris nigrescunt [67]) omnia circum [e]) — cum *non dicitur* nigro; et Lucre-

---

[51]) pallescit — palescet *Cod. a pr. m. et* palescit *ex em.* [52]) calescit — caliscit *Cod.* [53]) consummationem — consumationem *Cod.* [54]) haerere — herere *Cod.* [55]) designat — designit *Cod.* [56]) meditativa *Cod. ex em. pr. m.* medetativa *Cod. a pr. m.* [57]) Graeces — grecos *Cod.* [58]) ὀκνείω — οκνιω *Cod.* [59]) ὀψείω — οψιω *Cod.* [60]) hiasco; *in Cod.* τὸ a *perperam puncto notatur.* [61]) miseresco — miserisco *Cod.* [62]) labasco — lavasco *Cod.* [63]) miserescimus — miseriscimus *Cod.* [64]) quam cito — q. c. *Cod.* [65]) flectatur *Cod. a pr. m.* flectetur *ex correct. pr. m.* [66]) lentescit — lentiscit *Cod.* [67]) nigrescunt *Cod. ex em. pr. m.* ingrescunt *Cod. a pr. m.*

a) βινητιῶ, apud Macrobium legitur κινητιῶ, quod idem significat, et habetur apud Platonem comicum Athenaei p. 442. Casaub. *b*) Virg. Aen. II. 145. *c*) Terent. Eunuch. I. 2, 98. *d*) Virg. Georg. II. 250. *e*) Virg. Aen. XI. 824.

tius — grandescere adaucta [68]) [a]) — nec tamen dicitur grandeo. Sunt quae habent principalis sui personam tertiam, cum prima non exstet; hebesco *a verbo* est hebet, hebeo autem latinum non est; lentesco [69]) a verbo lentet. Lucilius — lentet opus [b]) — sed lenteo sine usu est; aegrescit a verbo aegret; Lucretius — Saepe itaque in promptu [70]) corpus, quod cernimus [71]) aegret [c]) — aegreo tamen dictum non est. Haec forma semper in ·SCO· desinit, non tamen quidquid exit in ·SCO· inchoativum est; nam quae non sunt a verbis
col.b. aliis derivata [72]), * licet in ·SCO· termineutur, inchoativa non sunt, ut disco, cresco, senesco. Perfectum tempus huic formae evenire non potuit, quid enim simul et adhuc incipere, et iam praeterisse dicatur? Participium quoque futuri temporis abnegabit [73]), quid enim adhuc speratur, cum coeperit, aut quod iam extat, venturum esse promittitur? Semper etiam neutri est generis. His igitur quinque inchoativum quodque cognoscitur [74]): si ·SCO· syllaba finiatur, neutrale sit, coniugationis tertiae correptae, careat praeterito perfecto, non habeat participium futurum.

Hanc quoque formam sunt, qui Graecis [75]) familiarem existiment, adserentes hoc esse μελαίνομαι καὶ θερμαίνομαι [76]), quod est nigresco [77]) et calesco; sed apud illos quoque aliqua huius significationis in ·SCO· [d]) exire contendunt, ut τελίσκω, γαμίσκω, πιτρώσκω, γεράσκω. Διδάσκω autem, licet eiusdem finis sit, nemo tamen perfectivum, non inchoativum esse dubitabit [78]).

41. DE FREQUENTATIVA.

Huius formae verba nonnumquam uno gradu, nonnumquam duobus derivantur, ut scribo, scripto, scriptito; cano, canto, cantito; salio, salto, saltito; nec non est in posterioribus maior quam in prioribus frequentationis expressio, sicut nec in diminutivis secundus gradus minus priore significat, anus, anilla, anicula. Sunt tamen quaedam eiusmodi [79]) verba, quae in ·SO· exeunt, ut video, viso; pello, pulso; cum plerumque in ·TO· soleant exire; sed ea quidem, quae in ·TO· exeunt semper coniugationis sunt primae; ea vero, quae in ·SO· nonnumquam et tertiae reperiuntur, ut viso, visis; pulso, pulsas. Sunt in ea nonnulla sine substantia principalis, ut [80]) cyathissare, crotalissare. Sunt in ea

---

[68]) adauctu — bauctu *Cod. mendo tribus punctis vocabulo impositis indicato.* [69]) lentesco lentis *Cod.* [70]) promptu — proptu *Cod.* [71]) cernimus — cernemus *Cod.* [72]) *In imo huius columnae margine haec adscripta est nota:* ea verba quae primam non habent personam, *quae quo sit referendu ignoramus.* [73]) abnegabit — abnecabit *Cod.* [74]) cognoscitur — cognuscitur *Cod.* [75]) Graecis — grecis *Cod.* [76]) θερμαίναμαι — θερμενομαι *Cod.* [77]) ingresco — in greco *Cod. manifesto sphalmate.* [78]) dubitabit — dubitavit *Cod.* [79]) eiusmodi — eius *Cod.* [80]) ut — et *Cod. tribus punctis impositis.*

a) Lucret. II. 1121. *b*) Lucil. Satyr. libr. VIII. apud Prisc. VIII. 6, 30. Fragment. edit. Dous. p. 43. *c*) Lucret. III, 107. *d*) ·SCO· melius scriberetur ·ΣΚΩ·

verba explicantia magis moram, quam iterationem, ut — clipeoque sinistram Insertabam aptans[81])[a]) — et — hastamque receptat[82]) Ossibus haerentem[83])[b]) — Hic enim molitio quaedam inserendi[84]) et recipiendi difficultas sub specie frequentationis exprimitur.

Quaeruntur in ea certa verba, ex quibus principalibus substantiam sumserint, ut sternuto, quod a sternuo venit: Propertius — Candidus Augustae sternuit omen amor[c]) — Pulto sunt, qui accipiant pro eo quod est pulso, et * ἀττικισμὸν quendam Latinitatis existiment, F. 6. r. col. a.
ut apud illos θάλασσα, θάλαττα, πλάσσω, πλάττω; sed pultare est saepe pulsare, sicut tractare saepe trahere, et habitare saepe habere: Coelius in primo[d]) — illis facilius est bellum tractare — hoc est, diu trahere; Ennius — Tractatus per aequora campi[e]) — Eructo etiam a quo principali veniat, quaeritur, et est a verbo erugit: Ennius — Contempsit fontes, quibus exerugit[85]) aquae vis[f]) — Grassatur iteratio est a graditur: Plautus in Rudente — Sicine hic in umida veste grassabimur[g]) — Sallustius — cum inferior omni via grassaretur[h]).

Hanc formam in graecis[86]) nullus potuit invenire.

42. DE GENERIBUS VERBORUM [i]).

Quae Graeci[87]) διαθέσεις[88]) appellant, Latini genera nominaverunt; διάθεσις autem hoc significat apud[89]) Graecos[90]), quod apud Latinos adfectus. Nam et qui agit et qui patitur mente adficitur. Sed quoniam in nominibus discretionem sexuum genera distinguunt[91]), cum masculinum a feminino per illa segregetur, ideo discernendorum quoque adfectuum notam genera vocitaverunt.

Omne igitur verbum apud Latinos, quod sub proportionis[k]) observationem cadit, aut ·O·, aut ·OR· syllaba terminatur[92]), sicut iam superius dictum est. Si ·O· fuerit terminatum, aut activum est, aut neutrum; si ·OR· aut passivum dicitur, aut deponens, aut commune.

Activum dicitur, quod in ·O· desinit et necesse habet aut dativo, aut accusativo iungi, potestque, ·R· littera recepta, in passivam transire declinationem, ut dico tibi, caedo[93]) te, dicor a te, caedor a te. Neu-

---

81) aptans — a. *Cod.* 82) receptat — receperat *Cod. perperam.* 83) haerentem — h. *Cod.* 84) inserendi *Cod. ex em. pr. m.* insecandi *Cod. a pr. m.* 85) exerugit, τὸ ex *tribus punctis in Cod. notatur.* 86) graecis — grecis *Cod.* 87) Graeci — greci *Cod.* 88) διαθέσεις — διαθεσις *Cod.* 89) apud — aput *Cod.* 90) Graecos — grecos *Cod.* 91) distinguunt — distingunt *Cod.* 92) terminatur — terminantur *Cod.* 93) caedo — cedo *Cod.*

a) Virg. Aen. II. 671. s. b) Virg. Aen. X. 383. c) Propert. Eleg. II. 2. d) Coelius in primo, scilic. historiarum. Novus locus Coelii fragmentis accensendus. e) Ennius Annal. II. 31. ed. Lips. f) Ennius Annal. XVIII. 2. ed. Lips. Locus iste Ennii ex ipso hoc nostro Codice a Columna prolatus. g) Plaut. Rud. I. 4, 31. ubi nunc legitur: *cum uvida.* h) Sallust. Hist. incert. 105. p. 251. Gerl. i) Cfr. Macrob. p. 332. s. Bip. k) *proportionis*, i. e. analogiae Vid. supr.

trum dicitur, quod, cum in ·O· desinit, aliquo ex his deficitur, et ·R· accipere non potest[94]), ut volo, vivo, valeo. Passivum dicitur, quod cum in ·R· litteram desinat, amissa ea, potest in activum redire et necesse habet ablativo casui sociari, ut caedor a te, caedo; dicor a te, dico; et ut col.b. facilius explanetur: activum est, ubi altero agente alter patitur, * passivumque est, quando altero patiente penes alterum est actus; nam multa etiam ·O· terminata passivae significationis sunt, ut algeo, esurio, sed quoniam minime altero patiente penes alterum est actus, ideo nec passiva dicuntur. Rursusque plura sunt in ·O· exeuntia, quibus actus aliquis inest, ut nato, ambulo, curro; sed quoniam minime [95]) altero faciente alter patitur, non activa, sed neutra et absoluta dicuntur; denique nec dativo aut accusativo vel ablativo sociari possunt; nam nec nato tibi, aut te, aut curro tibi, aut curro te, nec esurio a te, aut algeo a te, vel vapulo a te dicimus, quod non est [96]) latinum, sed vapulo te caedente. Deponens dicitur, quod in ·OR· quidem desinit, sed amissa ·R· littera latinum esse minime [97]) potest, habetque interdum aliquam actionem, quamvis passiva sit declinatio, ut sequor, luctor, loquor, intueor, demolior, et itidem passionem tantummodo, uti nascor, potior; sed non est passivum, quoniam neque in activum redit, ablata ·R· littera, neque patiente altero, alterius est administratio. Commune dicitur, quod in ·OR· quidem desinit, ut deponens, nec ·R· littera carere potest, sed utramque recipit [98]) significationem, tam [99]) agentis, quam patientis. Denique etiam his [100]) casibus iungitur, quibus activum et passivum, ut criminor te, criminor a te, osculor [1]) te, osculor a te; et haec discretio est inter deponens atque commune, quod deponens quidem alterutram, commune vero utramque [2]) significationem recipit [3]); ideo etiam quatuor temporum participia creat, bina ex utraque producens; deponens vero tria tantummodo; nam caret participio futuri temporis a significatione passiva, ideoque etiam deponens appellari nonnulli crediderunt [4]), vel quod unum ex participiis, vel quod alteram ex significationibus deponat. Multa his similia apud Graecos [5]) etiam reperiuntur; ac primo [6]) neutris, F. 6. v. col. a. ut sunt illa: ζῶ, πλουτῶ, ὑπάρχω, ἑορτάζω, τρέχω, ἀριστῶ, * περιπατῶ [7]), νοσῶ, ὀφθαλμιῶ [8]); dein deponentibus, ut sunt illa: κήδομαί σου, φείδομαί σου, ἐπιμέλομαί σου, ἱππάζομαί σοι [a]), μάχομαί σοι [9]), διαλέγομαί σοι [10]), εὔχομαί σοι [11]),

---

[94]) potest, τὸ est *nota Tironiana scriptum.* [95]) minime — menime *Cod.* [96]) est *nota Tironiana scriptum.* [97]) minime — menime *Cod.* [98]) recipit — recepit *Cod.* [99]) tam *Cod. ex em. pr. m.* quam *Cod. a pr. m.* [100]) his *Cod.*; *fortassis legendum:* hisdem. [1]) osculor — oscolor *Cod. ita et statim infra.* [2]) utramque — utrumque *Cod.* [3]) recipit — recepit *Cod.* [4]) crediderunt — credederunt *Cod.* [5]) Graecos — grecos *Cod.* [6]) primo *Cod. ex em. pr. m.* primum *Cod. a pr. m.* [7]) περιπατῶ — περιπατω *Cod.* [8]) ὀφθαλμιῶ — οφθαλμιω *Cod.*; *fortassis voluit* ὀφθαλμιάω. [9]) σοι — σου *Cod.* [10]) σοι — σου *Cod.* [11]) σοι — σου *Cod.*

a) ἱππάζομαί σοι; ita scribendum pro eo quod Cod. habet ὑππαζομαί σου, Macrob. 2267. Putsch. ἱππάζομαί σου et edit. Bip. p. 334. ἱππάζομαί σου errore ut videtur typothetae. De structura huius verbi cum dativo cfr. Apollonium Alex. περὶ συντάξεως p. 298. s. Bekk.

ἄγαμαί σε, περιβλέπομαί σε; sed communibus [a]) desunt, quae conferantur, ut sunt illa: *βιάζομαί* [12]) *σε καὶ βιάζομαι ὑπὸ σοῦ, ἀνδραποδίζομαί* [13]) *σε καὶ ἀνδραποδίζομαι ὑπὸ σοῦ* [14]), quae etiam *μέσα* vocare consuerunt.

Hoc etiam in verborum generibus adnotandum, quod quaedam verba modo quasi neutra, modo quasi deponentia proferuntur, ut lavo, lavor, sub una eademque significatione dicuntur *ἐπὶ τοῦ λούομαι, διὰ τοῦ μικροῦ βῆτα*, lavo, lavas, lavor, lavaris [15]), unde fiunt perfecta *ἀπὸ τοῦ* lavo [16]), lavi, *ἀπὸ τοῦ* lavor, lavatus sum et ex hoc lautus sum, et ·AU· in ·O· converso lotus sum, et labo, labor itidem sub una eademque significatione *ἐπὶ τοῦ ὀλισθαίνω* — labat ariete crebro ianua [b]) — et — levi cum sanguine Nisus Labitur infelix [17]) [c]) — et fabrico et fabricor *ἐπὶ τοῦ οἰκοδομῶ* [18]) et ructo et ructor *τὸ ἐρεύγομαι*, quod ipsum etiam ne Graeci [19]) quidem ignorant, nam inde sunt illa: *βουλεύομαι, βουλεύω, πολιτεύομαι, πολιτεύω*, et his similia.

43. DE DEFECTIVIS [d]).

Sunt quaedam in declinatione verborum, quae plurimis deficiant [e]) more Graecorum [20]); apud quos tribus modis deficiunt, aut per inconvenientiam litterarum, aut ubi *πεποιημένη λέξις* est, aut usu et consuetudine desistente. Per litteras non bene sibi cohaerentes [21]), ut *νενέμηκα* [22]), ideo enim intercedente *η* fit *νενέμηκα*; et non *ἐνέμφθην*, sed *ἐνεμήθην* [23]), nec *νεμφθήσομαι* [24]), sed *νεμηθήσομαι*. Per *πεποιημένην λέξιν* in his, quae ad exprimendum [25]) alicuius rei sonum conficta sunt, ut *λίγξε βιός* [f]); *σίζε ὀφθαλμός* [g]); haec enim ulterius non inflectuntur, sed his tantum vocibus, quae * semel dicta est, permanent fixae [h]). Per usus raritatem, vel consuetudine desistente, col.b.
ut illa, quae in *νω* exeunt, *λανθάνω, ἁνδάνω, μανθάνω*, quae non nisi usque ad praeteritum inperfectum apud illos flectuntur; illa etiam, quae in ·*ΣΚΩ*· ut *γεράσκω* [26]), *τελίσκω, γαμίσκω* [27]), *πιτρώσκω*, et quae in ·*ΤΩ*· exeunt maiora disyllabis, *ὀμνύω, πηγνύω* et quae in ·*ΕΙΩ*· ut *ῥιγείω* [28]), *οκνείω, βρωσείω, γαμησείω*, et quae ex monosyllabis per iota geminantur, ut *τρῶ, τιτρῶ* [29]); *χρῶ, κιχρῶ* [30]); *βῶ, βιβῶ*; haec enim omnia usque ad solum *παρατατικὸν* illorum, nec ultra possunt extendi.

---

[12]) *βιάζεμαι* — *βιαζομα* *Cod.* [13]) *ἀνδραπωδίζεμαι* — *ανδπεδιζομαι* *Cod.* [14]) *σοῦ* — *σει* *Cod.* [15]) lavo, lavas, lavor, lavaris — labo, labas, labor, labaris *Cod.* τῷ b *puncto notato.* [16]) lavo — labo *Cod.* τῷ b *puncto notato.* [17]) *οἰκοδομῶ* — *ουκοδομω* *Cod* [18]) infelix *Cod. ex em. pr. m.* infelex *Cod. a pr. m.* [19]) Graeci — greci *Cod.* [20]) Graecorum — grecorum *Cod.* [21]) cohaerentes — coherentes *Cod.* [22]) *νενέμηκα* — *νενεμηκα* *Cod.* [23]) *ἐνέμηθην* — *ενεμρηθην* *Cod.* [24]) *νεμφθήσομαι* — *νεμησομαι* *Cod.* [25]) exprimendum — primendum (= ex) *Cod.* [26]) *γεράσκω* — *σερασκω* *Cod.* [27]) *γαμίσκω* — *ραμισκω* *Cod.* [28]) *ῥιγείω* — *πιγιιω* *Cod.* [29]) *τιτρῶ* — *τιγρω* *Cod.* [30]) *κιχρῶ* — *χιχρω* *Cod.*

a) Hic excidisse videntur vv. *quoque non.* *b*) Virg. Aen. II. 492. s. *c*) Virg. Aen. V. 328. s. *d*) Cfr. Macrob. 335. s. Bip. *e*) Legendus videtur hic locus: *sunt quaedam verborum, quae in declinatione plurimis deficiant.* *f*) Iliad. IV. 125. *g*) Odyss. IX. 394. *h*) *Sed — fixae.* Locus corruptus, fortassis legendum: *Sed in his vocibus ea tantum, quae semel dicta sunt, permanent fixa.*

Sed apud Latinos omnia usu tantum destituente deficiunt; nam ὀνοματοποιΐαι eorum, ut stridet et similia ad declinationis ulteriora procedunt; pauca vero, aut nulla sunt, in quibus litterae male sibi cohaerere [31]) dicuntur, reliqua omnia, vel quia non lecta, vel usu respuente vetantur.

Inquam et sum defecerunt; nam sequentes personae minime [32]) convenientes primae syllabarum exitu terminantur, alterum enim facit inquam, inquis, inquit [33]), alterum sum, es, est, in quibus ἀναλογία verbis amica non exstat, et illud quidem reliquis omnibus temporibus deficit, sum vero in aliud [a]) transit, ut per tempora declinetur; eram, fui, fueram, ero. Ferio tempore perfecto deficit et vocem sibi aliunde mutuatur; percussi enim dicimus, non ferivi. Volo non ita declinatur ut molo; molo enim molis, molit; volo, vis, vult et quae ex eo componuntur nolo, malo; nolo, non vis, non vult; malo, mavis, mavult. Fero nullius coniugationis in secunda persona regulam servat, fero, fers. Odi, novi, memini in omni paene declinatione deficiunt. Alia sunt, quae, cum personam primam non habeant, habent ceteras, ut ovas, ovat; ovo enim lectum non est. Item furis, furit, cum furio usus ignoret. Faris, fatur; roras, rorat; daris, datur;
F. 7. r. col. a. nec roro tamen, nec dor, nec for, admittit auctoritas. *Hebet, aegret, cum nec hebeo, nec aegreo sit relatum. Soleo nescit futurum. Verro perfectum negavit activum. Genuit ex quo themate veniat, nullus expressit, licet Varro [b]) aliique [34]) veterum dixerint [35]) genunt. Nec mirum; nam et apud Graecos [36]) tam praeterita invenies tempora, quam futura, quae praesentibus careant: ἤνεγκα, ἔδραμον, οἴσω.

44. DECLINATIO DEFECTIVORUM.

·SUM· verbum defectivum, quoniam deficit [37]) coniugationibus, temporibus, participiis, genere. Coniugationis enim nullius est; tempora aliunde accipit; quid enim erat [c]), fui, ad sum attinent? participium praesentis temporis non habet; generis itidem nullius est; gerundia et inpersonalia non habet.

---

[31]) cohaerere — coherere *Cod.* [32]) minime — menime *Cod.* [33]) inquit — inquid *Cod.* [34]) aliique — alique *Cod.* [35]) dixerint — dixerit *Cod.* [36]) Graecos — grecos *Cod.* [37]) deficit — defecit *Cod.*

a) Post *aliud* excidisse videtur: *verbum*, id quod librarius puncto τῷ *in* ante *aliud* supposito fortassis indicare voluit. *b*) Varro in Andabata apud Prisc. X. 7, 38. ubi haec leguntur: *Varro in Andabata: Sed quod haec loca aliquid genunt.* *c*) *erat*, sic Cod. rectius scriberetur: *eram*.

Indicativo modo temporis praesentis: numeri [38]) singularis: Sum, es, est; et pluralis: sumus, estis, sunt.

Inperfecto: eram, eras, erat; eramus, eratis, erant.

Praeterito perfecto [39]): fui, fuisti, fuit; fuimus, fuistis, fuerunt vel fuere.

Plusquamperfecto: fueram, fueras, fuerat; fueramus, fueratis, fuerant [a]).

Inperativo modo ad secundam et tertiam personam: es, sit; simus, este, sint.

Futurum: esto tu, esto ille vel sit; estote, sint vel sunto.

Optativo modo temporis praesentis et [40]) praeteriti inperfecti: utinam essem, esses, esset; essemus, essetis, essent.

Tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto: utinam fuissem, fuisses, fuisset; fuissemus, fuissetis, fuissent.

Futuro [41]): utinam sim, sis, sit; simus, sitis, sint.

Subiunctivo modo tempore praesenti: cum sim, sis, sit; simus, sitis, sint.

Inperfecto: cum essem, esses, esset; essemus, essetis, essent.

Praeterito [42]) perfecto: cum fuerim, fueris, fuerit; fuerimus, fueritis, fuerint.

Plusquamperfecto: cum fuissem, fuisses, fuisset; fuissemus, fuissetis, fuissent.

Futuro: cum fuero, fueris, fuerit; fuerimus, fueritis, fuerint.

Infinito modo temporis praesentis: esse; praeterito: fuisse, futuro: futurum ire vel ut alii, fore.

Participium unum temporis futuri: futurus, futura, futurum.

45. Ad similitudinem prioris et quae ex eo conposita sunt, declinabuntur ut est: PROSUM, prodes, prodest; prosumus, prodestis, prosunt.

Praeterito inperfecto: proderam, proderas, proderat; proderamus, proderatis, proderant.

Praeterito perfecto: profui, profuisti, profuit; profuimus, profuistis, profuerunt vel profuere.

Plusquamperfecto: profueram, profueras, profuerat; * profue- col. b.
ramus, profueratis, profuerant.

Futuro: prodero, proderis, proderit; proderimus, proderitis, proderint [b]).

Imperativo [43]): prodes, prosit; prosimus, prodeste, prosint.

Futuro tempore: prodesto tu, prodesto ille vel prosit; prodestote, prosint vel prosunto.

---

[38]) numeri — numri *Cod.* [39]) praeterito perfecto — preterito perf. *Cod.* [40]) et — et et *Cod.* [41]) futuro *Cod. ex em. pr. m.* futurum *Cod. a pr. m.* [42]) praeterito — pret. *Cod. ita et infra.* [43]) imperativo, *ita h. l. Cod.*

a) Deest declinatio futuri. *b*) Cfr. Sacerd. Lib. I. §. 47. et quae ibi notantur.

Optativo modo praesenti: utinam prodessem, prodesses, prodesset; prodessemus, prodessetis, prodessent.

Tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto: utinam profuissem, profuisses, profuisset; profuissemus, profuissetis, profuissent.

Futuro [44]): utinam prosim, prosis, prosit; prosimus, prositis, prosint.

Subiunctivo: cum prosim, prosis, prosit; prosimus, prositis, prosint.

Praeterito inperfecto: cum prodessem, prodesses, prodesset; prodessemus, prodessetis, prodessent.

Praeterito perfecto: cum profuerim, profueris, profuerit; profuerimus, profueritis, profuerint.

Praeterito plusquamperfecto: cum profuissem, profuisses, profuisset; profuissemus, profuissetis, profuissent.

Futuro modo [a]): cum profuero, profueris [45]), profuerit; profuerimus, profueritis, profuerint.

Infinito modo: prodesse, profuisse, profuturum ire.

Participium unum: profuturus, profutura, profuturum.

Sic et alia, ut diximus, declinabuntur: adsum, absum, desum, praesum, insum, obsum et reliqua.

46. POSSUM quoque verbum et idem defectivum simile superiori, nisi quod participio deficit, non praesentis temporis, sed [46]) futuri.

Indicativo tempore praesenti: possum, potes, potest; possumus, potestis, possunt.

Poteram, poteras, poterat; poteramus, poteratis, poterant.

Potui, potuisti, potuit; potuimus, potuistis, potuerunt [47]) vel potuere.

Potueram, potueras, potuerat; potueramus, potueratis, potuerant.

Potero [48]), poteris, poterit; poterimus, poteritis, poterint.

Imperativo modo ad secundam et [49]) tertiam personam, tempore praesenti: potes, possit; possimus, possitis, possint.

Futuro: potesto tu, potesto ille vel possit; potestote, possint vel possunto.

Optativo modo. Utinam possem, posses, posset; possemus, possetis, possent.

Utinam potuissem, potuisses, potuisset; potuissemus, potuissetis, potuissent.

---

[44]) futuro *Cod. ex em. pr. m.* futurum *Cod. a pr. m.* [45]) profueris — proveris *Cod.* [46]) sed — se *Cod.* [47]) potuerunt — potuerum *Cod.* [48]) potero *Cod. ex em. pr. m.* potuero *Cod. a pr. m.* [49]) et = *Cod.*

a) futuro modo, ita Cod.; futurum tempus apud nonnullos artigraphos modum promissivum dici, notum est.

Utinam possim, possis, possit; possimus, possitis, possint.

Subiunctivo modo. Cum possim, possis, possit; possimus, possitis, possint.

Cum possem, posses, posset; possemus, possetis, possent.

Cum potuerim, potueris, potuerit; potuerimus, potueritis, potuerint.

Cum potuissem, potuisses, potuisset; potuissemus, potuissetis, potuissent.

Cum potuero, potueris, potuerit; potuerimus, potueritis, potuerint[50]).

Infinito modo numeris et personis confusis[51]), tempore praesenti: posse; praeteritum, potuisse.

Futuro[52]) enim caret.

Participium unum ex eo praesentis temporis: potens.

47. FERO itidem verbum defectivum, quod et idem deficit[53]) aeque generibus et participiis et inpersonalibus[54]).

Indicativo modo tempore praesenti: fero, fers, fert; ferimus, fertis, ferunt.

Ferebam, ferebas, ferebat; ferebamus, ferebatis, ferebant.

Tuli, tulisti, tulit; * tulimus, tulistis, tulerunt vel tulere. F. 7. v col. a.

Tuleram, tuleras, tulerat; tuleramus, tuleratis, tulerant.

Futuro: feram, feres, feret; feremus, feretis, ferent.

Inperativo modo: fer, ferat; feramus, ferte, ferant.

Ferto tu, ferto ille vel ferat; fertote, ferant vel ferunto.

Optativo modo: utinam ferrem, ferres, ferret; ferremus, ferretis, ferrent.

Utinam tulissem, tulisses, tulisset; tulissemus, tulissetis, tulissent.

Futuro: utinam feram, feras, ferat; feramus, feratis, ferant.

Subiunctivo modo: cum feram, feras, ferat; feramus, feratis, ferant.

Cum ferrem, ferres, ferret; ferremus, ferretis, ferrent.

Cum tulerim, tuleris, tulerit; tulerimus, tuleritis, tulerint.

Cum tulissem, tulisses, tulisset; tulissemus, tulissetis, tulissent.

Cum tulero, tuleris, tulerit; tulerimus, tuleritis, tulerint.

Infinito modo tempore praesenti: ferre. Praeterito: tulisse. Futuro: latum ire.

Participium praesentis temporis: ferens; futuri: laturus, latura, laturum.

---

[50]) potuero, potuerint — potero, poterint *Cod.* [51]) confusis = *Cod.* [52]) futuro — futurum *Cod.* [53]) deficit — defecit *Cod.* [54]) inpersonalibus — inpersonabibus *Cod.*

Passiva declinatio verbi eiusdem. Feror, ferris [a]) vel ferre, fertur; ferimur, ferimini, feruntur.

Ferebar, ferebaris vel ferebare, ferebatur; ferebamur, ferebamini, ferebantur.

Latus sum fui, latus es fuisti, latus est fuit; lati sumus [55]) fuimus, lati estis fuistis, lati sunt fuerunt vel fuere.

Latus eram fueram, eras fueras, erat fuerat; eramus fueramus, eratis fueratis, erant fuerant.

Ferar, fereris [56]) vel ferere, feretur; feremur, feremini, ferentur.

Imperativo modo: ferre, feratur; feramur, feramini, ferantur.

Ferto [57]) tu, ferto ille vel feratur; feriminor, ferantur vel feruntor.

Optativo modo: utinam ferrer, ferreris vel ferrere, ferretur; ferremur, ferremini [58]), ferrentur.

Utinam latus essem fuissem, esses fuisses, esset fuisset, essemus fuissemus, essetis fuissetis, essent fuissent.

Utinam ferar, feraris vel ferare, feratur, feramur, feramini, ferantur.

Subiunctivo modo: cum ferar, feraris vel ferare, feratur, feramur, feramini, ferantur.

Cum ferrer, ferreris vel ferrere, ferretur, ferremur, ferremini, ferrentur.

Cum latus sim fuerim, sis fueris, sit fuerit, simus fuerimus, sitis fueritis, sint fuerint.

Cum latus essem fuissem, esses fuisses, esset fuisset; lati essemus fuissemus, essetis fuissetis, essent fuissent.

Cum latus ero fuero, eris fueris, erit fuerit, erimus fuerimus, eritis fueritis, erint [b]) fuerint.

Infinito modo tempore praesenti: ferri; praeterito: latum esse. Futuro: latum iri.

Gerundia: auferendi, auferendo, auferendum, ablatum, ablatu.

Inpersonalia quoque exinde fient ad formam in ·TUR· exeuntium:

Fertur, ferebatur, latum est vel fuit, latum erat fuerat, feretur.

Participia. Praeteriti temporis: latus, lata, latum; futuri: ferendus, ferenda, ferendum.

---

55) sumus — somus *Cod.* 56) fereris *Cod. ex em. pr. m.* ferarere *Cod. a pr. m.* 57) ferto *sic Cod. pro* fertor. 58) ferremini — feremini *Cod.*

a) ferris, per syncopen pro fereris; sic Auson. epigr. 114. „*Silvi, Brito, Bonus: quamvis homo non bonus esse Ferris.*“ b) Vid. supr. not. b. p. 177.

48. VOLO verbum defectivum * coniugationibus, generibus, participiis, modis, inpersonalibus [59]). col.b.

Indicativo modo: volo, vis, vult; volumus, vultis, volunt.

Volebam, volebas, volebat; volebamus, volebatis, volebant.

Volui, voluisti, voluit; voluimus, voluistis, voluerunt vel voluere.

Volueram, volueras, voluerat; volueramus, volueratis, voluerant.

Volam, voles, volet; volemus, voletis, volent.

Imperativo modo per periphrasin [60]) fiet (nam ex se non facit) hoc modo: fac velis, fac velit; faciamus velimus [61]), faciatis velitis [62]), faciant [63]) velint.

Facito velis, facito [64]) vel faciat velit; facitote velitis [65]), faciant velint.

Optativo modo: utinam vellem, velles, vellet; vellemus, velletis, vellent.

Utinam voluissem, voluisses, voluisset; voluissemus, voluissetis, voluissent.

Utinam velim, velis, velit; velimus, velitis, velint.

Subiunctivo modo: cum velim, velis, velit; velimus, velitis, velint.

Cum vellem, velles, vellet; vellemus, velletis, vellent.

Cum voluerim, volueris, voluerit; voluerimus, volueritis, voluerint.

Cum voluissem, voluisses, voluisset; voluissemus, voluissetis, voluissent.

Cum voluero, volueris, voluerit; voluerimus, volueritis, voluerint.

Infinito modo tempore praesenti: velle. Praeterito: voluisse. Futuro [66]) caret.

Gerundia: volendi, volendo, volendum.

Participium temporis tantum praesentis: volens; futuri caret.

49. Simile est huic id, quod ex eo componitur: NOLO.

Indicativo modo tempore praesenti: nolo, nolis, nolit; nolumus, nolitis, nolunt.

Nolebam, nolebas, nolebat; nolebamus, nolebatis, nolebant.

Nolui, noluisti, noluit; noluimus, noluistis, noluerunt vel noluere.

Nolueram, nolueras, noluerat; nolueramus, nolueratis, noluerant.

---

[59]) inpersonalibus — inpersonabibus *Cod.* [60]) periphrasin — perifrasin *Cod.* [61]) velimus — velemus *Cod.* [62]) velitis — veletis *Cod.* [63]) faciant — ficiant *Cod.* [64]) facito — facio *Cod.* [65]) velitis — veletis *Cod.* [66]) futuro — futuri *Cod.*

Nolam, noles, nolet; nolemus, noletis, nolent.

Inperativo modo tempore praesenti: noli, nolit; nolimus, nolite, nolint.

Nolito[67] tu, nolito ille vel nòlit[a]).

Optativo modo: utinam nollem, nolles, nollet; nollemus, noletis, nollent.

Utinam[68] noluissem, noluisses, noluisset; noluissemus, noluissetis, noluissent.

Utinam nolim, nolis, nolit; nolimus, nolitis, nolint.

Subiunctivo modo: cum nolim, nolis, nolit; nolimus, nolitis, nolint.

Cum nollem, nolles, nollet; nollemus, nolletis, nollent.

Cum noluerim, nolueris, noluerit; noluerimus, nolueritis, noluerint.

Cum noluissem, noluisses, noluissset; noluissemus, noluissetis, noluissent.

Cum noluero, nolueris, noluerit; noluerimus, nolueritis, noluerint.

Infinito modo tempore praesenti: nolle. Praeterito: noluisse. Futuro caret.

Participium unum habet praesentis: nolens.

Gerundia: nolendi, nolendo, nolendum.

50. Item defectiva, quae non solum his, quibus superiora, deficiunt, verum etiam insuper gerundi modo et inperfecto: ODI, NOVI, MEMINI.

Indicativo modo, tempore praeterito perfecto: odi, odisti, odit, odimus, odistis, oderunt vel odere; novi, novisti, novit, novimus, novistis, noverunt vel novere; memini, meministi, meminit, meminimus, meministis, meminerunt vel meminere.

F. 8. r. col. a. Tempore plusquamperfecto. Oderam, oderas, oderat, *oderamus, oderatis, oderant; noveram, noveras, noverat, noveramus, noveratis, noverant; memineram, memineras, meminerat[69], memineramus, memineratis, meminerant.

Imperativus modus fit per periphrasim: fac oderis, faciat oderit, faciamus oderimus, faciatis oderitis, faciant oderint; fac noveris, faciat noverit, faciamus noverimus, faciatis noveritis, faciant noverint; fac memineris, faciat meminerit, faciamus meminerimus, faciatis memineritis, faciant meminerint.

---

67) nolito — nonlito *Cod.* 68) utinam — ut *Cod. scilicet omissa lineola horizontali quae constans* τοῦ utinam *compendium; ita etiam mox infra.* 69) meminerat *Cod. ex em. pr. m.* memenerat *Cod. a pr. m.*

a) Paradigma numeri pluralis deest.

Optativo modo, tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto: utinam odissem, odisses, odisset, odissemus; utinam novissem, novisses, novisset, novissemus; utinam meminissem, meminisses, meminisset, meminissemus.

Subiunctivo modo, tempore praeterito perfecto: oderim, oderis, oderit, oderimus, oderitis, oderint; noverim, noveris, noverit, noverimus, noveritis, noverint; meminerim, memineris, meminerit, meminerimus, memineritis, meminerint.

Odissem, odisses, odisset; odissemus, odissetis, odissent; novissem, novisses, novisset; novissemus, novissetis, novissent; meminissem, meminisses, meminisset; meminissemus, meminissetis, meminissent.

Eodem modo tempore futuro: odero, oderis, oderit, oderimus, oderitis, oderint; novero, noveris, noverit, noverimus, noveritis, noverint; meminero, memineris, meminerit, meminerimus, memineritis [7°], meminerint.

Infinito modo praeteriti temporis: odisse, novisse, meminisse.

Nulla ex his participia veniunt, quamvis lectum sit meminens [a], sed apud rudem, et osus [b]) unde perosus et exosus.

EXPLICIT [c]).

[7°]) memineritis — meminiritis *Cod.*

a) Laevius Erotopaegn. IV. „*Meminens Varro corde volutat.*" Vid. Prisc. I. 528. Kr. b) Plaut. Amphitr. III. 2, 19. „*Inimicos semper osa sum obtuerier.*" c) *Explicit* ab alia manu, eadem cui excerpta e *Probo* mox edenda debentur, additum est.

FRAGMENTUM DE VERBIS DEPONENTIBUS.

E Codice Bobiensi nunc Vindobonensi XVI. Fol. 68. v.

Omnia deponentia vel communia consonante antecedente ·OR·, primae sunt coniugationis; miror, adversor, moror [1]), vagor, exceptis IX. [2]) tertiae coniugationis; loquor, liquor, sequor, queror, nitor, utor, vertor, labor, fungor, et illis exceptis, quae ante ·COR· ·AS· vel ·ES· vel ·IS· habent, ut irascor, vescor, paciscor, nanciscor, et quidquid simile inveniatur, quae iure tertiae sunt, quia haec forma, id est in ·SCOR· [3]) desinens, tertiam sibi [4]) coniugationem vindicat [5]). Explicit.

1) moror *Cod. ex em. pr. m., quae primum* moro *scripserat.* 2) IX. *Cod. ex em. sec. man.* plector *Cod. a pr. m.* 3) ·SCOR· *Cod. ex em. pr. m., quae primum* ·SCO· *scripserat.* 4) sibi — sib. *Cod.* 5) vindicat — vendicat *Cod.*

EXCERPTA

E

MACROBII THEODOSII LIBELLO

DE

VERBORUM GRAECI ET LATINI

DIFFERENTIIS VEL SOCIETATIBUS.

E Codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi XVI. Fol. 157 — 158.

*INCIPIUNT PAUCA EXCERPTA DE LIBRO F.157.r.

MACROBII THEODOSII.

THEODOSIUS SYMMACHO SUO SALUTEM DICIT.

DE

VERBORUM GRAECI ET LATINI DIFFERENTIIS [1]) *VEL SOCIETATIBUS.*

1. Cum vel natura vel usus loquendi linguas gentium multiplici diversitate [2]) variasset [3]), ceteris aut anhelatu [4]) aut sibilo explicantibus loqui suum: solis graecae latinaeque [5]) et soni leporem et artis disciplinam atque in ipsa loquendi mansuetudine [a]) similem cultum et coniunctissimam cognationem dedit. Nam et hisdem orationis partibus absque [6]) articulo, quem Graecia [7]) sola sortita est, et hisdem penes singulas [b]) partes observationibus sermo uterque distinguitur; pares fere in utroque conponendi figurae; ut propemodum, qui utramvis artem didicerit, ambas noverit. Sed quia ita natura fert, ne quid sic esse alteri simile possit, ut idem illi sit (necesse est enim, omne quod simile est aliqua differentia ab eo, cui confertur, recedat); ideo cum partes orationis in utraque lingua arta inter se similitudine vincirentur, quasdam tamen proprietates, quibus seorsum insignirentur, habuerunt [8]), quae graeco nomine idiomata vocantur [c]).

2. Item prima utriusque verbi societas in hoc est, quod neutrum eorum in casus flectitur; deinde quod utrumque comitatur persona, numeri, figura, coniugatio, tempus, modus, quem (Graeci) [9]) enclisin [10]) vocant, Latini

---

[1]) differentiis — deferentiis *Cod.* [2]) diversitate *in Cod. inter lineas a pr. m. scriptum.* [3]) variasset — varietatesset *Cod. literis superfluis punctis notatis.* [4]) anhelatu — hanelatu *Cod.* [5]) graecae latinaeque — graecȩ latinequȩ *Cod.* [6]) absque — atque *Cod. sphalmate.* [7]) Graecia — grȩcia *Cod.* [8]) habuerunt, *ita Cod. bene* — habent *Edd.* [9]) Graeci *Edd.* = *Cod.* [10]) enclisin — nenclisen *Cod.* τῷ n *iterum expuncto.*

a) *mansuetudine*; ita Cod. Mansuetudinem loquendi barbaro sermoni opponere videtur, nisi sit legendum: *consuetudine.* b) *penes singulas partes*; lege *penes singulas orationis partes.* c) Totum §. tali compendio Macrob. edit. exhibet: „*Graecae latinaeque linguae coniunctissimam cognationem natura dedit; nam et iisdem orationis partibus absque articulo, quem Graecia sola sortita est, iisdem paene observationibus, figuris, constructionibusque uterque sermo distinguitur, ut propemodum, qui utramvis artem didicerit, ambas noverit; in multis tamen differunt, et quasdam proprietates habent, quae graece idiomata vocantur.*

cum formis in qualitate [a]) posuerunt; genus, quod apud Graecos diathesis nuncupatur. Horum singulis inspectis sollertius, quae in his diversa sunt, non latebunt. Circa casus [11]), ut diximus, utrisque perfecta communio est [b]).

3. Prima utriusque verbi societas est in hoc; nam et neutrum casibus declinatur et utrumque similiter universis pene casibus servit, ut misereor [12]) illius, pareo [13]) illi, veneror illum, venio ab illo, nitor illo. Item φροντίζω τοῦδε, πείθομαι τῷδε [14]), φιλῶ τόνδε; ablativum enim, vel quem dicunt septimum [15]) Graecia non recipit. Eadem illis et in personis similitudo est, quia in utroque [16]) verbo III eaedem personae sunt: prima voco, II vocas, III vocat; et apud illos καλῶ, καλεῖς, καλεῖ. Haec sunt fere, quae habent ita inter se communia, ut in illis omnino non differant [17]). At in numeris haec una dissensio est, quod δυικὸν [18]) usus in Latinitate nullus admisit. Nam qui putant fecere, dixere dualis esse numeri, subinepti sunt arguente Vergilio, qui verbis talibus universitatem vult contineri, ut — Conticuere omnes [c]) — et — Una omnes fecere pedem [d]).

4. Nigidius in commentariis grammaticalibus verbum autumo compositum ait ex praepositione ab et verbo aestimo, dictumque intercise autumo tamquam si diceretur abaestimo, quod significaret totum aestimo. Sed autumo non id solum significat aestimo, sed et dico et censeo [e]).

---

[11]) circa casus — circasus *Cod. prima vocabuli* casus *syllaba a praecedentis terminali absorbta.* [12]) misereor *Edd.* — mereor *Cod sphalmate.* [13]) pareo *Edd.* — parco *Cod.* [14]) τῷδε — τωιαι *Cod. solemni commutatione* τοῦ Λ *et* Δ. *Ceterum et in his excerptis Cod. noster graeca maiusculis literis exhibet.* [15]) septimum — VIImum *Cod.* [16]) utroque — utro *Cod.* [17]) differant, diferant *Cod. ex em. pr. m.* deferant *Cod. a pr. m.* [18]) δυικὸν — δυκον *Cod.*

a) *In qualitate*; ita Cod. pro eo quod Macrob. edit. habet: *qualitatem*, recte ut videtur; similiter Donatus p. 17. L. „*Qualitas verborum in modis est et in formis,*" et paullo post: *Qualitas verborum etiam in formis est constituta, quas formas alii verborum generibus vel significationibus admiscent.* *b*) Huius § hocce compendium habet Macrob. edit. „*Accidunt verbis utriusque linguae persona, numeri, figura, coniugatio, tempus, modus, quem Graeci enclisin vocant. Latini cum formis qualitatem posuerunt, genus quod apud Graecos diathesis nuncupatur.* *c*) Virg. Aen. II. 1. *d*) Virg. Aen. V. 830. De duali latino cfr. supr. p. 148. §. 8. Ceterum tale huius §. in Macrob. edit. est compendium: „*Eandem paene cum casibus constructionem servant, ut misereor illius, pareo illi, veneror illum:* φροντίζω τοῦδε, πείθομαι τῷδε, φίλω τόνδε. *Ablativum Graecia non recipit. Eadem illis personarum similitudo: prima voco, secunda vocas tertia vocat:* καλῶ, καλεῖς, καλεῖ. *In numeris una dissensio est, quod* δυϊκὸν *i. e. dualem, nulla Latinitas admisit, Graeci vero in verbis nominibusque* δυϊκὰ *videntur habere.* Ceterum §§. 1. 2. 3. editionis nostrae in codice ita sunt dispositi: 3. 2. 1. *e*) Paragraphus 4 nostrorum excerptorum, editionum capitis: *de figuris*, partem constituit, ubi locus iste ita legitur: „*Nigidius tamen putat, verbum autumo eadem praepositione componi, quasi ab et aestimo, sicut abnumero idem est et numero, autumo vero, et dico et censeo significat.*

DE CONIUGATIONIBUS INCIPIT.

5. Apud Graecos eorum verborum in quorum prima positione circumflexus accentus ultimam syllabam tenet III sunt coniugationes, quibus discretionem facit secunda persona, quam [a]) prima coniugatio habet in ·*ΕΙΣ*· diphthongum [19]) desinentem ut *καλεῖς* [b]), secunda in ·*ΑΙΣ*· [20]) [c]), cui adscribitur quidem ·*Ι*·, sed nihil sono confert ut *τιμᾷς* [21]) [d]), tertia in ·*ΟΙΣ*· diphthongum [22]) ut *στεφανοῖς*. Eorum vero verborum in quorum prima positione gravis accentus penultimam syllabam signat VI sunt coniugationes, sed in his non secunda persona discretionem [23]) facit, quippe cum in omnibus secunda persona in ·*ΕΙΣ*· diphthongum [24]) finiatur, sed harum coniugationum in prima persona differentiae [25]) deprehendentur. Quaeritur enim in prima positione verbi cuiusque, quae litterae praecedant ·*Ω*· finalem litteram verbi? Si inveneris [e]), ante ·*Ω*· [26]), ·*Β*·, ·*Φ*·, ·*Π*·, ·*ΠΤ*· [27]), *λείβω*, *γράφω*, *τέρπω*, *κόπτω* primae coniugationis pronuntiabis. Si autem repereris [f]) ·*Γ*·, ·*Κ*·, ·*Χ*·, *λέγω*, *πλέκω*, *τρέχω* secundam vocabis. Quod si ·*Δ*·, ·*Θ*·, ·*Τ*·, *ᾄδω*, *πλήθω* [28]), *ἀνύτω* [29]), tertiam dices. Quarta erit, si habuerit ·*Ζ*· *ἢ δύο* ·*ΣΣ*· [30]) [g]), *φράζω*, *ὀρύσσω*. Si vero fuerint liquidae ·*Λ*·, ·*Μ*·, ·*Ν*·, ·*Ρ*·, *πάλλω* [h]), *νέμω* [31]), *κρίνω*, *σπείρω*, quintam notabunt. Sexta profertur *διὰ καθαροῦ τοῦ* ·*Ω*· [i]), *ῥέω*, *θεραπεύω* [32]). Nonnulli et septimam esse voluerunt praecedentibus ·*Ξ*·, ·*Ψ*·, *ἀλέξω*, *ἕψω*.

6. Apud Latinos, quorum nullum verbum in finalem syllabam admittit accentum, cessant differentiae [33]), quas apud Graecos circumflexus gravisve fecerunt, * quorum alterum in verbis ultimae, alterum penultimae Graeciam diximus deputasse. F.157.v. Restat igitur Latinitati in his [k]) unus accentus, gravem dico, qui solus Romana verba sortitus est; sed hoc proprium in verbis Latinis habet, quod non semper, ut apud Graecos, ubi fuerit, in penultimam [34]) syllabam cadit, sed saepe a [l]) fine tertiam tenet, ut aggero, refero, quod apud Graecos non potest evenire, apud quos in communi lingua fieri non potest, ut, cum finalis syllaba longa est,

---

19) diphthongum — dyptongum *Cod.* 20) ᾷς — ας *Cod.* 21) τιμᾷς — τιμας *Cod.* 22) diphthongum — dypthongom *Cod.* 23) discretionem — discritionem *Cod.* 24) diphthongum — dypthongum *Cod.* 25) differentiae — deferentiae *Cod.* 26) ·Ω· *Cod. ex em. pr. m. quae primum* ·Ο· *scripserat.* 27) ·ΠΤ· — ·Τ· *Cod.* τῷ ·Π· *a praecedente litera absorbto.* 28) πλήθω — πλειθω *Cod.* 29) ἀνύτω — ανιτω *Cod.* 30) ·Ζ· ἢ δύο ·ΣΣ· — ΖΗΑΤΟΣΣ *Cod. scil.* ·ΑΤΟ· *pro* ·ΔΤΟ· *scripsit.* 31) νέμω — ονεμω *Cod.* 32) θεραπεύω — θεραπευω *Cod.* τῷ ι *punctis notato.* 33) differentiae — deferentiae *Cod.* 34) penultimam — penutimam *Cod.*

a) *quam* — *quia* Macrob. edit. b) καλεῖς — λαλεῖς Macrob. edit. c) ᾷς — αῖς Macrob. edit. d) τιμᾷς — τιμαῖς Macrob. edit. e) *si inveneris* — *et si inveneris* Macrob. edit. f) *repereris*, ita cum Macrob. edit. pro vitiosa Cod. lectione *repperieris* posuimus. g) ἢ δύο σσ — *aut duo σσ* Macrob. edit. h) πάλλω — ψάλλω Macrob. edit. i) διὰ καθαροῦ τοῦ ·Ω· — διὰ καθαροῦ τῶνω (sic) Macrob. edit. k) *Latinitati in his* — *in his Latinitati* Macrob. edit. l) *a* — *et a* Macrob. edit.

tertius a fine habeatur accentus; ·Ω· autem naturaliter longum [35]) [a]) est, ergo numquam accentus in huiusmodi verbis apud illos [36]) in tertium gradum syllabarum recedit. Sed ad propositum revertamur. Omnium igitur verborum apud Latinos omnino coniugationes sunt *tres* [37]), in quibus, cum nullum verbum in fine, ut diximus, habeat accentum, differentias [38]) tamen coniugationum non in prima, sed in secunda persona Graeco quaerimus exemplo, quod apud illos in solis circumflexilibus [39]) observari solet. Prima ergo Latinorum coniugatio in secunda persona primae positionis verbo activo et neutro habet ·A· .... gravi accentu sunt [b]).

7. Singula tempora non simpliciter proferuntur [c]), et ut exempli causa unius verbi declinatio notetur, *τύπτω* perfectum facit *τέτυφα* [40]) et sequitur altera eiusdem temporis [41]) declinatio, quod medium-perfectum vocant, *τέτυπα* [42]). Item plusquamperfectum *ἐτετύφειν*, medium plusquamperfectum *ἐτετύπειν*; *ἀορίστου ἔτυψα, μέσου ἀορίστου ἔτυπον*. Futurum primum *τύψω* facit [d]), futurum secundum *τυπῶ*. Sed et in passiva eiusdem verbi declinatione saepe contingit repetitio variata temporibus, contenta simplicibus Latinitate compendiis [e]).

DE TEMPORE PRAESENTI.

8. Praesens tempus in secunda coniugatione vel tertia producta in ·IO· exeuntium secundam personam una syllaba profert minorem, doceo, doces; ambio, ambis; idem patitur et tertia correpta, si ·I· ante ·O· habeat, ut capio, capis; pario, paris. At in prima et ceteris verbis tertiae correptae idem manet numerus syllabarum in prima secundaque persona, seco, secas; dico, dicis. Graecorum vero omnia verba, quae in ·Ω· exeunt, seu perispomena, seu barytona [43]) sint, in quacumque coniugatione eundem tam in prima, quam in secunda persona servant numerum syllabarum.

9. Porro in verbis vel apud *Latinos* [44]) in ·OR·, vel apud Graecos

---

[35]) longum *Cod. ex em. pr. m., quae primum* longa *scripserat.* [36]) illos *Cod. ex em. pr. m. quae primum* illum *scripserat.* [37]) tres = *Cod.* [38]) differentias — deferentias *Cod.* [39]) circumflexilibus — circumflexibus *Cod. Cfr. Incertum de Verbo* §. [40]) τέτυφα — τετυψα *Cod.* [41]) temporis — temporalis *Cod.* [42]) τετύπα *Cod. ex em. pr. m., quae primum* τετυπβα *scripserat.* [43]) barytona — baritona *Cod.* [44]) Latinos = *Cod.*

a) *longum — longa* Macrob. edit. b) Totus locus a verbis: „*Sed ad propositum revertamur*“ usque ad verba: „*gravi accentu sunt*“ in Macrob. edit. deest. Locus certe etiam in nostro Cod. mutilus; lacuna punctis a nobis indicata, sic poterit expleri: „*secunda ·E·, tertia correpta et producta ·I· ante litteram finalem.*“ Verba: „*gravi accentu sunt,*“ ad verbum graecum spectant, ad quod rediisse excerptorem e sequentibus patet. c) *Singula tempora non simpliciter proferuntur — Singula tempora graecorum verborum non simpliciter, sicut Latinitas compendio utitur proferuntur* Macrob. edit. d) τύψω *facit — facit* τύψω Macrob. edit. e) *Sed et in passivo — contenta simplicibus Latinitate compendiis — Similiter in passivo variantur tempora* Macrob. edit.

in ·*ΜΑΙ*· exeuntibus syllabas contraria vicissitudo dispensat; nam secunda coniugatio et tertia producta vel correpta ·I· ante ·OR· eundem numerum retinent syllabarum in utraque persona, doceor, doceris; nutrior, nutriris; capior, caperis, cum in activo modo horum verborum secunda minuatur; in prima autem coniugatione et ceteris tertiae correptae verbis una syllaba crescit in secunda persona, amor, amaris; dicor, diceris, cum in activo pares in utraque persona [45]) syllabae maneant. At in graecis omne praesens tempus, quod in ·*ΜΑΙ*· terminatur, omnimodo in secunda persona unam syllabam minuit, *φιλοῦμαι*, *φιλῇ*; *γράφομαι*, *γράφῃ* et similia, cum in activo pares syllabas utraque persona servaverit [a]).

10. In omni imperfecto tempore prima apud Latinos syllaba nec adiectione, nec permutatione variatur, nam sive praesens tempus incipiat a vocali, eadem [46]) vocalis in imperfecti declinatione servatur, ut ago, agebam; sive praesenti tempore initium consonans faciat, nulla imperfecto tempori vocalis accedit, rogo, rogabam.

11. Item necessarium [47]) regulariter praemonemus, quod apud Graecos [48]) perfectum tempus non a praesenti, sed ex futuro velut de quadam prima positione et origine sui [49]) figuratur. Nec tamen te moveat cur transactum de necdum facto figurari dicitur aestimantem, quod praeteritum antiquius sit futuro. Sed non ita est [b]). Omne enim quod factum est prius faciendum fuit, deinde factum est, et hoc quod praeteritum est, aliquando futurum fuit; iure ergo de venturo quod iam venit efficitur, quia natura fore [50]) prius est, quam fuisse [c]). Item apud Graecos numquam [d]) praeteritum perfectum in duabus syllabis invenitur, sed est interdum VI syllabarum, ut *πεπολεμάρχηκα* [51]), est V, ut *πεπολέμηκα*, est IV ut *πεποίηκα*, est trium, ut *λέλυκα*, nec umquam invenies trisyllabo [e]) minus; necesse est enim, ut sit prima syllaba declinationis, secunda originis, tertia finalis, ut *λέλυκα*; ·*ΛΕ*· prima syllaba declinationis est, quae induxit magnum augmentum; ·*ΛΥ*· originis est, quia prima verbi positio ab

---

45) personas — persona *Cod.* 46) eadem — eadem eadem *Cod.* 47) necessarium — necesarium *Cod.* 48) Graecos — grecos *Cod.* 49) sui *Cod. literis luculentis.* 50) fore. *Ita legendum, ut acute vidit Kopitarius V. cl., pro corrupto Cod.* cor, *punctis superpositis improbato.* 51) πεπολεμάρχηκα — πεπολεμαρακα *Cod.*

a) Locum hunc: *At in graecis omne praesens tempus — utraque persona servaverit* Macrob. edit. sic habet: „*Porro praesens omne tempus quod in* ·MAI· *terminatur, omnimodo in secunda persona unam syllabam minuit,* φιλοῦμαι, φιλῇ; τιμοῦμαι, τιμᾷ; ςεφανοῦμαι, ςεφανοῖ; λέγομαι, λέγῃ; γράφομαι, γράφῃ: *cum in activo pares syllabas utraque persona servaverit.*" b) *Item necessarium — sed non ita est.* — „*Perfectum tempus apud Graecos non a praesenti sed a futuro figuratur.*" Macrob. edit. Excerptoris verba apud nos esse videntur. c) *deinde factum est — quam fuisse* = Macrob. edit. d) *Item apud Graecos numquam — Numquam apud Graecos* Macrob. edit. e) *trisyllabo — trisyllaba* Macrob. edit.

hac incipit; ·*KA*· finalis est [a]). Nec te moveat οἶδα, quod disyllabum est, nam παρακείμενος habetur; hoc enim multiplicatione corruptum [52]) docetur; nam praeter hoc nullum perfectum tempus ab ·*ΟΙ*· diphthongo [53]) incipit; huius verbi origo est εἴδω et mutari ·*ΕΙ*· in ·*ΟΙ*· salva et incorrupta ratione non habuit [b]); inde εἴδειν debuit esse praeterito perfecto [c]).

F.158.r. 12. * Item [d]) III sunt omnino syllabae, quae in graecis verbis futuro tempori terminum faciunt, aut enim in ·*ΣΩ*· exit, aut in ·*ΞΩ*·, aut in ·*ΨΩ*· [54]), ut [e]) λαλήσω, πράξω, γράψω [55]).

13. Item [f]) omne praesens tempus apud Graecos in ·*Ω*· desinens modi indicativi, generis activi, verbi perispomeni, si secundae coniugationis sit, adhibet fini suo ·*ΜΑΙ*· syllabam et facit de se passivum; βοῶ, βοῶμαι; τιμῶ, τιμῶμαι. Si vero sit primae vel tertiae, ·*Ω*· in ·*ΟΥ*· mutato, et accepta [56]) similiter ·*ΜΑΙ*·, passivum creat φιλῶ, φιλοῦμαι; χρυσῶ, χρυσοῦμαι. Permutationem autem ·*Ω*· in ·*ΟΥ*· de circumflexo accentu [g]) indicium est [h])…..

DE DEFECTIVIS VERBIS VEL DICTIONIBUS [i]).

14. Tam apud Graecos, quam apud Latinos aliqua verba in declinatione deficiunt [k]). De his Graecorum [57]) ista definitio est [l]); III enim modis dicunt evenire defectum, aut intellectu exigente, aut litteris non convenientibus, aut usu desistente. Ex his in duobus prioribus modis servimus necessitati, in tertio reverentiae vetustatis obsequimur [m]). Per intellectum

---

[52]) corruptum *Cod. ex em. pr. m., quae primum* corrunptum *scripserat.* [53]) ·OI· diphthongo — ·OY· dyptou *Cod.* [54]) ψω — χω *Cod.* [55]) γράψω — τραχω *Cod.* [56]) accepta *Cod. ex em. pr. m., quae primum* coepta *scripserat.* [57]) Graecorum — grecorum *Cod.*

a) *necesse est enim . . . . κα finalis est* — „*Necesse est enim, ut prima syllaba declinationis sit ut λε: secunda originis, ut λυ: tertia ut finalis, κα.*" Macrob. edit. b) *non habuit.* Nota Graecismum. c) Totum hunc locum *Nec te moveat . . . . debuit esse praeterito perfecto*, longe aliter in Macrob. edit. legimus: „†*Ergo* παρακείμενος *i. e. perfectum minus trisyllabo non invenitur, excepto* οἶδα, *quod bisyllabum est et* παρακείμενος. *Nec mirum, cum hoc verbum in multis regulae resistat. Nullum namque perfectum, hoc excepto, ab* ·OI· *diphthongo inchoare reperies. Item cum prima verbi positio* ·EI· *diphthongo inchoat, in nullo tempore mutatur. Huius verbi origo, i. e.* εἴδω, *mutavit* ·EI· *in* ·OI *Quoties perfectum a longa oritur necesse est plusquamperfectum ab eadem semper incipere, quod hoc verbum negligit, nam plusquamperfectum* εἴδειν *est, cum perfectum* οἶδα *sit.*" Ceterum lacuna quam in nostro textu punctis indicavimus, ex his sic poterit expleri: „*Quoties perfectum a longa oritur, necesse est plusquamperfectum ab eadem semper incipere; inde* οἴδειν *debuit esse praeterito plusquamperfecto, cum tamen sit* εἴδειν." d) *Item* = Macrob. edit. e) *ut* = Macrob. edit. f) *Item* = Macrob. edit. g) *accentu* — *accentu nasci* Macrob. edit. h) Hic apud nos excerptum abrumpitur, quod longius in Macrob. edit. continuatur. i) *vel dictionibus* = Macrob. edit. k) *verba in declinatione deficiunt* — *deficiunt verba in declinatione* Macrob. edit. l) *De his Graecorum ista definitio est* = Macrob. edit. m) *Ex his . . . . obsequimur* — *In primis duobus necessitati, in tertio reverentiae obsequimur vetustatis* Macrob. edit.

verba deficiunt omnia [a]), quae dicuntur *πεποιημένα*, id est, quae ad similitudinem soni alicuius expressa sunt, ut λίγξε [58]) *βιὸς*; *σίζε ὀφθαλμὸς*, et similia; in his enim verbis nec aliae personae quaerendae sunt, nec in alios modos flectenda declinatio, quia tantum voces sunt expressae ad soni imitationem [59]), quem adsignare volumus [b]).

---

[58]) λίγξε — λιτξε *Cod. solita* τοῦ Γ *et* τοῦ Τ *commutatione.* [59]) imitationem — emitationem *Cod.*

a) *Per intellectum .... omnia — intellectu deficiunt illa* Macrob. edit. b) *in his enim .... adsignare volumus — in his enim verbis, nec ulla persona, nec modus declinationis quaeritur* Macrob. edit.

FRAGMENTUM MACROBII.

E Codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi XVI. Fol. 111. v.

Theodosius Macrobius de Graecorum [1]) coniugationibus sic ait:
Apud [2]) Graecos tres [3]) sunt coniugationes verborum in [4]) quorum prima positione circumflexus accentus ultimam syllabam tenet [a]), quibus discretionem facit secunda persona, quam [b]) prima coniugatio habet in ·*ΕΙΣ*· diphthongum [5]) desinentem [6]), ut *λαλεῖς* [7]) et reliqua. Eorum vero verborum in quorum prima positione gravis accentus penultimam syllabam signat, sex [8]) sunt coniugationes et in prima persona differentiae [9]) in his deprehenduntur [c]). Quaeritur enim in prima positione cuiuscumque verbi, quae litterae praecedant finalem.....

Accuso [10]) [d])	audio
accuseis	audis
anizo, zis	aperio, is
appoloiso, luis	dormito, tas
archome	incipio
buleuome	cogito
buleue	cogitas
biasthe	conor
biaze	conaris
direneson	ceno
eneche	adfer [11])
poeo	facio
praxo	ago
sinago [e])	aduno.

ορκῶ ορκωις, επιορκῶ : κηις
συλῶ: λας II [f]).

[1]) graecorum *Cod. ex em. pr. m.* graecis *Cod. a pr. m.* [2]) apud — aput *Cod.* [3]) tres — III *Cod.* [4]) in *supplevimus ex ed.* [5]) ·ΕΙΣ· — ·ΗΙΣ· *Cod,* [6]) diphthongum — diptongon *Cod.* [7]) desinentem — desinens *Cod. sphalmate.* [8]) λαλεῖς *restituimus ex ed. pro corrupto* ΤΑΤΗΙΣ *Cod.* [9]) sex — VI *Cod.* [10]) differentiae — deferentiae *Cod.* [11]) accuso — accusso *Cod.* τῷ s *primo expuncto.* [12]) adfer — adfero *Cod.* τῷ o *puncto superimposito improbato.*

a) *Apud Graecos — tenet;* haec in ed. Bip. sic leguntur: *Apud Graecos eorum verborum,* in quorum *p. p. c. a. u. s. t. tres sunt coniugationes. b*) *quam — quia* ed. *c*) *et in prima — deprehenduntur;* auctius leguntur haec in edit. l. sic: *sed in his non secunda persona discretionem facit; quippe cum in omnibus secunda persona in* ειϛ *diphthongum finiatur: sed harum coniugationum in prima persona differentiae deprehenduntur. d*) Glossae sequentes graecae margini interiori et exteriori fragmenti praecedentis adscriptae sunt. *e*) Quae in his glossis corrupta sunt, sic forsitan emendabis: ἀκούω, ἀκούεις; ἀνοίγω, ἀνοίγεις; ἄρχομαι; βουλεύομαι, βουλεύῃ; βιάζομαι, βιάζῃ; δείπνησον (coena); ἔνεγκε; ποιῶ; πράσσω; συνάγω. Emendationem τοῦ *appoloiso luis* acutioribus relinquimus. *f*) Scribendum ὀρκῶ, ὀρκοῖς; ἐπιορκῶ, κεῖς; συλῶ, λᾷς II (coniug. sec. verborum *περισπωμένων*).

SERGII

DE ARTE GRAMMATICA

FRAGMENTUM.

ACCEDUNT EROTEMATA GRAMMATICA E MAXIMO VICTORINO
ET FRAGMENTUM PALAEMONI ADSCRIPTUM.

E Codice olim Bobiensi, nunc Vindobonensi XVI. Fol. 55—56.

INCIPIT DE ARTE GRAMMATICA SERGII.

1. *ARS grammatica institutio sermonis periti. Haec his rebus continetur: litteris, syllabis, accentibus, pedibus, VIII partibus orationis, anomalis [1]), vitiis, figuris, clausulis [2]), metris, etymologia [3]), orthographia, expositione historicorum et poetarum [4]). De quibus titulis hac moderatione tractabo, ut superflua despiciens [5]), necessaria breviter exponens, nec fraudem studiosis faciam, nec fastidium delicatis. F. 55. r.

2. De littera. Littera dicta quasi legitera, eo quod legentibus iter praestet [a]). Ea est vocis articulatae pars minima [6]). Vox autem dicitur articulata, quae scribi potest; confusa, quae scribi non potest.

3. Litterae accidunt [7]) III: nomen, figura, potestas. Nomen est, quo vocatur; figura, qua scribitur, potestas, qua quid possit apparet [b]).

4. Litterarum nomina declinationibus carent, neutrique sunt generis; unde Cicero in Verrinis — usque ad alterum ·R· [c]).

5. Litterae omnes aut vocales dicuntur aut consonantes. Vocales sunt, quae et sonis singularibus constant et solae syllabas [8]) faciunt, sine quibus nulla syllaba procreatur. Sunt autem numero V: ·A· ·E· ·I· ·O· ·U·, quae licet omnes dichronae sint [d]), id est, et produci et corripi possint, tamen ·A· ·I· ·U· in utroque tempore similem possident sonum, ut acer, amor, itur, iter, unus, ubi. ·E· vero et ·O· dupliciter proferuntur. Nam cum corripitur ·E· pro ·*E*· graeco [9]) est, ut ego; cum producitur pro ·*H*·, ut Leda. Itemque ·O· cum corripitur pro ·*O*· graeco est, ut polus, cum producitur pro ·*Ω*· [10]) ut Roma.

6. Praeterea ·I· et ·U· transeunt in consonantium potestatem cum primae in syllabis positae, vel ipsae inter se cohaerent [11]), ut Iuno, vita, vel aliis, vocalibus copulantur, ut Ianus, Venus [e]). Sed ·U· cum est consonans digamma [12]), aeolicae [13]) litterae, fungitur sono [14]), ut Venus [f]).

---

[1]) anomalis — anomali' us *(sic) Cod.* [2]) clausulis — clasulis *Cod.* [3]) etymologia — ethymologia *Cod.* [4]) litteris — poetarum. *Haec marg. interiori adscriptae sunt.* [5]) despiciens — dispiciens *Cod.* [6]) minima *Cod. ex em. pr. m.* minitae *Cod. a pr. m.* [7]) accidunt — accedunt *Cod.* [8]) syllabas *Cod. ex em. pr. m.* syllabam *Cod. a pr. m.* [9]) graeco — greco *Cod. et mox iterum bis.* [10]) ·Ω· — ·O· *Cod.* [11]) cohaerent — coherent *Cod.* [12]) digamma; *ita secundum ipsius auctoris nostri canonem scribimus pro vitioso* degammae *Cod.* [13]) aeolicae — eolicae *Cod.* [14]) sono *Cod. ex em. pr. m.* loco *Cod. a pr. m.*

a) Cf. Sergium in Donat. 1826. P. ubi legitur: *eo quod quasi legentibus iter ad legendum ostendit.* *b*) Cf. Serg. in Donat. 1829. P. *c*) Cf. locum manifesto corruptum Pomp. p. 34. Lind. *d*) Cf. Serg. in Donat. 1828. P. *e*) Cf. Serg. in Donat. 1827. P. *f*) Cf. Serg. in Donat. 1827. P.

Sed ·U· cum inter ·Q· et [15]) quamcumque aliam vocalem ponitur pro nihilo est, ut quoniam. Nam non potest esse consonans, quia non est F. 55. v. prior; et prohibetur esse vocalis a sequente vocali [a]). * Sane ·I· inter duas vocales posita in una parte orationis, si consonans fiet, duplicis loco fungitur, ut Troia.

7. Consonae sunt, quae sono naturae suae vocalibus miscentur, non ut liberae sonant, sed ut obnixae consonant, nec umquam solae syllabas faciunt, quamvis velut syllabae proferantur. Haec vero bifariam dividuntur; aut enim semivocales dicuntur aut mutae.

8. Semivocales sunt, quae detracta vocali, a qua inchoant, dimidium [16]) sonant [b]). Sunt autem numero VII: ·F· ·L· ·M· ·N· ·R· ·S· ·X·. Sed ·X· duarum consonantium fungitur loco, ut nix [c]). ·S· aliquando sibilus, non littera iudicatur, ut — Ponite spes sibi quisque [d]) — ·L· ·M· ·N· ·R· liquidae vocantur, quia in metro saepe deficiunt· ·L·, ut — neve flagella [e]) — ·M·, ut — distincta smaragdo [17]) [f]) — ·N·, ut — nuda Lacaena [18]) cygno [19]) [g]) — ·R· ut — ne desere frater [h]).

9. Mutae sunt, quae detracta vocali in quam desinunt, penitus non sonant [i]). Sunt numero VIIII: ·B· ·C· ·D· ·G· [20]) ·H· ·K· ·P· ·Q· ·T·. Ex his ·C· si elidatur [k]), etiam sola longam [21]) syllabam facit, ut — Hoc erat alma parens [l]) — ·K· nisi in paucis iam non utimur, ut in Kalendis. ·Q· tunc praeponimus cum sequitur ·U· et alia quaecumque vocalis, ut quidam [m]); si non sequatur ·C· antefertur, ut currit. ·H· raro in versu pro littera ponitur, ut — Terga fatigamus hasta [n]) — crebro aspirationis est nota [o]), ut — Quisquis honos tumuli [p]).

10. ·Y· et ·Z· graecae sunt litterae propter nomina suae gentis admissae [22]), quarum ·Y· [23]) ·I· vocalis est, ·Z· consonans duplex [q]).

11. Antiqui XVII litteras solas habebant. ·H· ·K· ·Q· ·X· ·Y· ·Z·, quod neque vocales essent, neque ab ·E· inchoassent, ut semivocales, neque in ·E· desinerent, ut mutae [r]), tenax artis vetustas respuit, sed inlecebra suavitatis admisit.

---

15) ·Q· et *inter lin. a pr. m.* 16) dimidium — dimedium *Cod.* 17) smaragdo *Cod. ex em. pr. m.* zmaragdo *Cod. a pr. m.* 18) Lacaena — lacena *Cod.* 19) cygno — cigno *Cod.* 20) ·G· *in Cod. omissum necessario supplevimus.* 21) longam — longuam *Cod.* 22) admissae — admissa *Cod.* 23) ·Y· *inter lin. a pr. m.*

a) Cf. Serg. l. c. *b*) Cf. Serg. in Donat. 1828. P. *c*) Cf. Serg. in Donat. 1829. P. *d*) Virg. Aen. XI. 309. *e*) Virg. Georg. II. 299. *f*) Lucan. Phars. X. 121. *g*) Mart. IX. epigr. ult. *h*) Virg. Aen. X. 600. *i*) Cf. Serg. in Donat. 1828. *k*) Nonne legendum *collidatur?* cf. Pomp. 51. L. Diomed. 424. seq. P. *l*) Virg. Aen. II. 664. *m*) Cf. Serg. in Donat. 1828. seq. *n*) Virg. IX. 610. *o*) Cf. Serg. in Donat. 1829. *p*) Virg. Aen. X. 493. *q*) Cf. Serg. in Donat. l. c. *r*) Cf. Serg. in Donat. 1829. P.

EROTEMATA GRAMMATICA E MAXIMO VICTORINO.

1. *Littera quid est? figuratio quaedam qua cum aliis adnexa vox emissa comprehenditur. F. 55.

2. Qui primi litterarum inventores fuisse traduntur? Phoenices [1]); quamvis alii Assyrios [2]), alii Mercurium apud Aegyptios adserunt; in Graeciam certe Cadmum ex Phoenice [3]) [b]) XVI attulisse constat, quas *Α Β Γ Δ Ε Ι Κ Λ Μ Ν Ξ Π Ρ Σ Τ Ω*, eisque Troiano bello Palamedem addidisse IV *Η Ψ Χ Φ* [c]). Hae auctore, ut quidam volunt Evandro, ut alii Hercule in Italiam a Pelasgis allatae.

3. Quot res accidunt [4]) unicuique litterae? III: nomen, figura, potestas. Nomen litterae [d]), quo appellatur, ut ·A·.

4. Quo genere effertur? neutro, ut quidem omnes litterae, veluti cum dicimus: D e e s s e u n u m ·A·, v e l u n u m ·B·.

5. Figura litterae, quae est? qua notatur.

6. Quid potestas? qua in ratione metrica valet cum aut correpta est, aut producta.

7. Litterarum species quot sunt? duae.

8. Quae sunt? vocales et consonantes.

9. Vocales quae sunt? quae per se proferuntur et per se syllabam faciunt.

10. Quid est per se nisi sine alterius amminiculo [e]), quippe ·B· ·C· ceteraeque eiusmodi, nisi consona [5]) proferri nequeunt.

11. Vocales quot sunt? V.

12. Quae sunt? ·A· ·E· ·I· ·O· ·U·.

13. Quae harum consonantium loco ponuntur [6])? ·I· et ·U·

14. Quando? cum aut ipsae [7]) inter se geminantur, aut cum aliis vocalibus iunguntur, ut puta [8]) si sit in capite ·V· [9]): v e r s u s, v i r u s [10]), aut

---

[1]) Phoenices — foenices *Cod.* [2]) Assyrios — asyrios *Cod.* [3]) ex Phoenice — ex foenice *Cod.* [4]) accidunt — accedunt *Cod.* [5]) consona *Cod. ex em. pr. m.* consonae *Cod. a pr. m.* [6]) ponuntur *ex em. pr. m.* funguntur *Cod. a pr. m.* [7]) ipsae — ipse *Cod.* [8]) ut puta — utpote *Cod. ex em. pr. m.* utpute *Cod. a pr. m.* [9]) ·V· *Ita supplemus cum Lindem. ad Max. Victorin. p.* 277. [10]) virus; *e Max. Victorino l. c. restituimus pro corrupto* peiurus *Cod.*

a) Quae hic sequuntur uno tenore cum antecedentibus eademque manu in Cod. scripta sunt, et ab iis, quae apud Max. Victorinum p. 276. seq. L. leguntur, non differunt, nisi quod in nostro erotematice exponuntur. *b*) Max. Victorinus l. c. *Phoenicem* pro *ex Phoenice.* *c*) Addit Max. Victorinus: *Post eum Simonidem Elegum totidem* Υ, Ζ, Ο, Θ. *d*) Excidisse videtur interrogatio et legendum: *Nomen litterae quid est? quo appellatur.* *e*) Nonne legendum: *Quid est per se? sine alterius amminiculo;* omisso τῷ *nisi.*

volvitur. Quippe non poterit prima syllaba positione longa fieri, nisi sequens vocalis loco consonantis fuerit accepta, ut quidem suo loco edocebimus.

14. Consonantium species quot sunt? II.

15. Quae sunt? semivocales et mutae.

16. Semivocales quae sunt? quae quidem habent partem vocalitatis, cum per se proferuntur, sed per se syllabam facere non possunt.

17. Quot sunt? VII.

18. Quae sunt? ·F· ·L· ·M· ·N· ·R· ·S· ·X·

19. Quae ex his duplex est? ·X·.

20. Quare duplex? constat enim aut ex ·G· et ·S· litteris, aut ex ·C· et ·S·, ut puta veluti [12]) rex, regis; pix, picis. Quippe ante ·X· litteram, quae post in compendium inventa [13]) est, rex per ·G· et ·S·, itemque pix per ·C· et ·S· litteras [14]) veteres scribebant.

21. Mutae quae sunt? quae neque ipsae [15]) per se proferri possunt, neque syllabam facere.

22. Quot sunt? IX.

23. Quae sunt? ·B· ·C· ·D· ·G· ·H· ·K· ·P· ·Q· ·T·.

24. Quae ex his supervacuae videntur? ·K· et ·Q·

25. Quare supervacuae? quod ·C· littera harum locum possit explere. Verum has quoque necessarias orthographiae ratio efficit, ut quoties ·A· sequitur per ·K· scribendum sit, ut kano [a]), Kalendae, kaput [b]); quotiens ·U· per ·Q·, ut quoniam, Quirites; quotiens [16]) reliquae vocales per ·C· ut certus, civis [17]), commodus.

26. Quid de ·H· respondebimus? adspirationis nota, non littera existimatur, verumtamen littera est [18]).

27. Quae sunt litterae peregrinae [19])? ·Y· et ·Z·.

28. Quare peregrinae? siquidem a nobis propter graeca nomina assumptae, ut puta [20]) Hylas, Zephyrus, quae si non essent Hulas [21]) [c]) et Dsephurus [22]) diceremus.

29. ·Y· inter quas apud nos habetur? inter vocales.

30. Quid est ·Z· inter mutas? est [23]) duplex, quia loco duarum apud nos fungitur, nec aliter constare metri ratione potest in illo versu — ubi

---

[11]) aut — caut *ab ipso librario tribus punctis superpositis improbatum.* [12]) ut puta veluti — ut pute uu. Ut puta veluti *etiam Cod. Go. fere semper habet teste Lindem. l. c.* [13]) inventa *Cod. ex em. pr. m.* facta *Cod. a pr. m.* [14]) litteras — litterā (*i. e.* litteram) *Cod.* [15]) ipsae — ipse *Cod.* [16]) quotiens; *ita Cod. quamvis paulo ante praecesserit* quoties. [17]) civis; *ita Cod. ex em. pr. m., quae primum scripserat* cives. [18]) est = *Cod.; supplevimus e Max. Vict. p.* 277. *L.* [19]) peregrinae — perigrinae *Cod. et mox iterum* [20]) ut puta — utpote *Cod.* [21]) Hulas. — ulas *Cod. superscripto ab ead. man.* τῷ h. [22]) Dsephurus — dsephyrus (*sic*) *ex em. pr. m.* sdephyrus *a pr. m.* [23]) est — et est *Cod.;* τὸ et *vero deletum.*

a) Max. Victorinus p. 277. Lindem. *kanna*. *b*) Max. Victorin. l. c. *Karthago*. *c*) Putsch. et Lindem. *Hoelas*.

est Mezentius [a]) — siquidem ·ME· [24]) brevis est syllaba, * verum excipitur a duplici ·Z·, quae si assumpta non esset, per ·S· et ·D· Medsentium [25]) scriberemus. F. 56. r.

31. Quot litteris extremitates nominum latinorum finiuntur? XIII.

32. Quibus? vocalibus V, semivocalibus VI, mutis II.

33. Quare semivocalibus VI, cum VII sint? quia nullum nomen [b]) in ·F· litteram exit.

34. Quae ergo sunt? ·A· ·E· ·I· ·O· ·U· ·L· ·M· ·N· ·R· ·S· ·X· ·C· ·T·. Exempla [c]), ut tabula, monile [26]), frugi, ratio, genu, mel, scamnum, flumen, arbor, flos, nox, allec, caput.

---

[24]) ·ME· — et *Cod. perperam.* [25]) Medsentium *Cod. ex em. pr. m.* Mesdentium *Cod. a pr. m.* [26]) monile — munile *Cod.*

a) Virg. Aen. X. 897. ubi pro *est* legitur *nunc.* b) Addit. Max. Vict. p. 277. L. *latinum.* c) *exempla* = Max. Vict. p. 278. L.

F. 56. r. INCIPIT LIBER PALAEMONIS [1]) [a]) DE ARTE.

1. Ars quid est? uniuscuiusque rei scientia.

2. Artium genera quot sunt? III.

3. Quae sunt? quaedam animi tantum, quaedam corporis, quaedam animi et corporis.

4. Quae sunt animi tantum? poetice [2]), musice [3]), astrologia, grammatice [4]), rhetorice [5]), iuris scientia, philosophia.

5. Quae corporis? iaculatio, saltus, velocitas, oneris gestamen.

6. Quae animi et corporis? ruris cultura, palaestra [6]), medicina, mechanice [7]), tectonice [8]).

7. Quae sunt ex his, quae aliis nominibus [9]) discretae sunt? *κακοτεχνία*, *ψευδοτεχνία* [10]), *ματαιοτεχνία* [11]). *Κακοτεχνία* [12]) quae est? oratoria [b]).

8. Quare *κακοτεχνία*? si quidem malitioso astu in id quod persuadere quaerit intenta, plerumque ad pervertendam nititur veritatem; *ψευδοτεχνία* [13]) itemque est, quae animos hominum sensusque quadam specie veritatis inludit, veluti est pictorum et praestigiatorum [14]).

9. Quid *ματαιοτεχνία* [15])? quae difficiles quidem res, non tamen usui necessarias, facit, ut puta [16]) funambuli.

---

[1]) Palaemonis — palemonis *Cod.* [2]) poetice — poeticae *Cod.* [3]) musice — musicae *Cod.* [4]) grammatice — grammaticae *Cod.* [5]) rhetorice — rhetoricae *Cod. ex em. pr. m.* retoricae *Cod. a pr. m.* [6]) palaestra — palestra *Cod.* [7]) mechanice — mechanici *Cod. ex em. pr. m.* mechanica *Cod. a pr. m.* [8]) tectonice — thectonici *Cod.* [9]) nominibus — noms *Cod.* [10]) ψευδοτεχνία — ψευατεχνια *Cod. inter lin. ab ead. m.* [11]) ματαιοτεχνία — ματηρτεχνια *inter lin. ab ead. m.* [12]) κακοτεχνία *supplevimus e Cod. Goth. qui mire consentit cum nostro, cf. Lindem. in nott. ad Max. Victor. p.* 271. [13]) ψευδοτεχνία — ψευτεχνια *Cod.* [14]) praestigiatorum — praestrigiatorum; *ita quoque Cod. Goth.* [15]) ματαιοτεχνία — mattecnia *Cod.* [16]) ut puta — utpote *Cod.*

a) Quae hic Palaemoni tribuuntur, cum iis, quae Max. Victorinus in arte grammatica p. 271. Lindem. habet, plane consentiunt, nisi quod in nostro iterum erotematice exposita sunt. *b*) Cf. Quinctil. II. 15. 2. et II. 20.

INCERTI EXCERPTA

ARGUMENTI GRAMMATICI.

E Codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi XVI. Fol. 156 et 159.

INCERTI EXCERPTA

ARGUMENTI GRAMMATICI.

1. * Omnis genetivus ·IS· syllaba terminatus, accusativum pluralem ·ES· syllaba terminatum facit. F. 156. r. col. a.

2. Omnia nomina ·A· terminata, si latina fuerint, genetivum ·AE· faciunt, si graeca, ·TIS·.

3. Omnia nomina graeca ·O· terminata, et ·NIS· et ·US· genetivum singularem faciunt, ut Dido, Didus et Didonis.

4. Omnia nomina monosyllaba genetivum singularem ·IS· faciunt, exceptis septem, tribus declinabilibus, res, spes, vir, git, pus [a]).

5. Omnia nomina ·SER· terminata, si ex se aliud genus fecerint, ·RI· faciunt genetivum, ut miser, miseri; si non fecerint [1]) ·IS·, anser, anseris; passer, passeris.

6. Omnis nominativus ·ES· correpta terminatus, sive pura, sive aliqua consonante anteposita et iuncta, genetivum singularem ·TIS· faciat necesse est, ut miles, militis.

7. Omnis nominativus ·ES· producta terminatus pura, genetivum singularem ·EI· faciat necesse est, ·E· tamen producta [2]), ut dies, diei; series [3]), seriei, et si qua talia, exceptis duobus, ut haec lues, huius luis, et haec quies, huius quietis.

8. ·ES· vero producta terminatus nominativus habens iunctam consonantem, genetivum ·IS· facit, hic Hercules, huius Herculis; haec nubes, huius nubis.

9. * ·CON· syllaba tunc producitur quando post illam aut ·F· aut ·S· [b]) sequitur, ut confisus, constans, si quae vero alterae consonantes fuerint subsecutae, corripiatur. col. b.

10. ·ER· syllaba terminatus [c]) accusativus singularis nullius alterius [4]) generis reperitur, nisi neutri [5]) solum.

11. Omnis nominativus singularis ·ER· syllaba terminatus si graecus fuerit, producitur; si latinus corripitur.

---

[1]) fecerint — fecerit *Cod.* [2]) ·E· tamen producta — tamen productam (= ·E·) *Cod.* [3]) series = *Cod.* [4]) alterius — allterius *Cod.* [5]) neutri — neutris *Cod.*

[a]) Locus mutilis, ita poterit restitui: „*exceptis septem, tribus declinabilibus, res, spes, vir, et quatuor indeclinabilibus, git, pus, fas, ir.* [b]) *aut ·F· aut ·S·* = Cod. Necessario haec sunt supplenda, ut id e parallelo Sergii 1855 ss. P. loco apparet: *nam cum ipsorum (·CON· et ·IN·) natura brevis sit, tamen si sequantur supradictae litterae (·S· et ·F·), plerumque in longitudinem transit, ut cum dicimus: quo sit confessio, item: consilium consulit; his enim locis pronuntiandae sunt ut longae.* [c]) *·ER· syllaba terminatus* = Cod.; supplevimus e Servio 1804 P.

12. Omnia nomina ·US· terminata, ·I· ante ·US· habentia, in genetivo ·I· duplicant, in vocativo vero, si propria fuerint, ·I· faciunt, ut Vergilius, o Vergili; Terentius, o Terenti. Si autem appellativa, ·E· correpta faciunt [6]), ut hic egregius, o egregie; excepto generis neutri comparativo, quod secundum rationem ·US· terminatorum, ·RIS· facit genetivo, vocativum [7]) ·US· similem nominativo.

13. Omnia nomina ·US· syllaba terminata, facientia adverbia, ·E· producto faciunt, ut summus, summe; primus, prime [a]); egregius, egregie; exceptis tribus, quae ·E· correpto faciunt contra rationem, ut bonus, bone; malus, male; ritus, rite; excepto uno quod ·O· facit, non ·E·, ut falsus, falso, ut Sallustius — Falso quaeritur de natura sua genus humanum [b]) — et rarus, raro, ut est — hic raro in urbem commeat — quod Terentium [c]) dixisse est notum.

F.156.v. col.a. 14. *Fortunam, eventum teli [d]). — Haec conpago latinum non est, sed haec compages, et ab eo quod est compagibus facit, a compago, compaginibus facit, quod nemo dixit [e]). — Luere, absolvi pecunia [8]) aput antiquos, quoniam pecunia damnabantur [f]). — Participium praesentis temporis a passivo Romani non habent, ideoque participio utuntur praeterito [g]). — Omnia nomina ·DES· exeuntia aut propria sunt, ut Thucydides, aut patronymica [h]), ut Tydides, nam nullum nomen a patria exit in ·DES· quoniam dubitant in illo quod dixit Vergilius Mygdonides, unde alii dicunt a patria; sed errant, nam Mygdonius dicitur, sed melius patronymicon ut sit [i]).

15. Legit, secutus est [k]).

16. Hic et haec cognominis, huius cognominis [l]). — Piabunt, placabunt [m]). — Dira, dicta quasi deorum ira [n]).

17. Haec tiara dicitur genere feminino [o]).

18. Aput antiquos non licebat sacrificari sine Iano et Vesta [p]).

19. Coo, derivativum est, ceterum principale est Cos [q]).

20. Cyllenes, huius Cyllenes, genetivus singularis [r]).

21. In Teucros, pro Teucris, et in hoc loco solum in non pro contra positum est, sed pro pro vel circa [s]). — Hoc locum, lectum est aput Ennium, sed nemo dicit hodie [t]).

---

6) faciunt — faciut *Cod.* 7) vocativum — vocativo *Cod.* 8) pecunia *Cod. ex em. pr. m.* penunia *Cod. a pr. m.*

a) *prime,* cfr. Charis. 188. P. et Priscian. III. 2, 13. *b*) Sallust. Iug. init. *c*) Terent. Hec. I. 2, 100. Bentl., ubi tamen: *huc raro.* *d*) Scholium ad Aen. X. 422. vel XII. 920. *e*) Schol. ad Aen. I. 122. *f*) Schol. ad Aen. I. 136. cfr. Serv. ad h. l. *g*) Schol. ad Aen. I. 144. (*adnixus*). *h*) Schol. ad Aen. I. 157. (*Aeneadae*). *i*) Vid. Virg. Aen. II. 342. et cfr. Serv. ad h. l. *k*) Schol. ad Aen. IX. 393. *l*) Schol. ad Aen. VI. 383. cfr. Serv. ad h. l. *m*) Schol. ad Aen. VI. 379. cfr. Serv. ad h. l. *n*) Schol. ad Aen. VI. 373. cfr. Serv. ad h. l. *o*) Schol. ad Aen. VII. 247. cfr. Serv. ad h. l. *p*) Schol. ad Iuv. sat. VI. 385. cfr. Cic. de nat. Deor. II. 67. *q*) Schol. ad Horat. sat. II. 4. 29. *r*) Schol. ad Aen. VIII. 139. *s*) Schol. ad Aen. I. 304. *t*) Schol. ad Aen. I. 306. (*locos*). Ceterum incognitum Ennii locum respicit noster.

22. **Miscellania patella**, de rebus variis dicitur [a]).

23. Nomen pro adverbio, **aeternum**, pro aeterne [b]). — **Caput aperit**, nudat [c]). — **Informi limo**, magno, infinito [9]) [d]). — **Personat**, aut personare facit, aut per regna sonat, de Cerbero [e]). — col.b. * **Cerberus dictus** quasi κρεόβορος [f]). — **Et hos** [10]) **colubros et has colubras** legitur [11]) [g]). — **Sepultus** [12]) immobilis [13]), quasi sine pultu [h]). — **Exsortes**, ignaros, una pars orationis, sicut **exspes** [i]). — **Et fortúitu et fortúito** dicitur [k]). — **Perosus** sum illam rem [l]). — **Fas** naturalis lex [m]). — **Inamabilis**, pessima [n]).

24. **Suave et suadet**, disyllaba sunt, non ut quidam imperiti putant, trisyllaba [o]). — **Securus**, contemnens [14]) Vergilius [p]). — **Dilectus mihi est**, figuratum est, hodie **dilectus a me est** dicimus [q]). — **Retexit**, indicavit [r]). — **Opes**, possibilitates [s]).

25. **Opus est consulto**, opus est ut consulas [15]), et sunt omnia gerundi modi [t]).

26. **Veniam**, beneficium [u]). — **Geminentur**, copulentur [v]). — **Exlex, exspes, exsors** [w]).

27. **Age** adverbium est, est plerumque [16]) verbum.

28. **Struices** compositiones dicuntur patinariae [17]), unde etiam **structores** dicuntur [x]). — **Pygargus**, caper cum candidis clunibus [y]).

29. **Hirquitalli**, βουκαιδες [z]).

30. **Gaditana**, Tyria, quod Gades solas Hispaniae Tyrii tenuerunt [aa]).

31. Omnia nomina ·NIS· syllaba terminata latina simplicia generis masculini sunt, excepto nullo.

---

[9]) infinito *Cod. ex em. pr. m., quae primum* infinita *scripserat.* [10]) hos — hoc *Cod.* [11]) legitur — leg. *Cod.* [12]) sepultus — seputlus *Cod.* [13]) immobilis *Cod. ex em. pr. m., quae primum* inmobilis *scripserat.* [14]) contemnens *Cod. ex em. pr. m., quae primum* contemnes *scripserat.* [15]) consulas — consules *Cod.* [16]) plerumque — plerumque plerumque *Cod.* [17]) patinariae — patinantur *Cod.*

a) Schol. ad Iuv. sat. XI. 20. cfr. Schol. Pithoei 425. ed. Cram. *b*) Schol. ad Aen. VI. 401. cfr. Serv. ad h. l. *c*) Schol. ad Aen. VI. 405. (*aperit ramum*). *Caput aperire* habes apud Cic. Philipp. II. 31. et Sallust. apud Serv. ad Aen. III. 206. cfr. Serv. ad Aen. VI. 406. *d*) Schol. ad Aen. VI. 416. cfr. Serv. ad h. l. *e*) Schol. ad Aen. VI. 418. cfr. Serv. ad h. l. *f*) Schol. ad Aen. VI. 417. cfr. Serv. ad Aen. VI. 395. *g*) Schol. ad Aen. VI. 419. cfr. Serv. ad Aen. II. 471. *h*) Schol. ad Aen. VI. 424. cfr. Serv. ad h. l. *i*) Schol. ad Aen. VI. 428. *k*) Cfr. Serv. ad Aen. VI. 179. *l*) Schol. ad Aen. VI. 435. cfr. Serv. ad h. l. *m*) Schol. ad Aen. VI. 438. cfr. Serv. ad h. l. *n*) Schol. ad Aen. VI. 438. *o*) Schol. ad Aen. I. 357. (*suadet*). *Suave* disyllabam habes Eclog. IV. 43. cfr. Serv. ad h. l. *p*) Schol. ad Aen. I. 350. cfr. Serv. ad h. l. *q*) Schol. ad Aen. I. 344. cfr. Serv. ad h. l. *r*) Schol. ad Aen. I. 356. cfr. Serv. ad h. l. *s*) Schol. ad Aen. I. 364 Ceterum cfr. Cangium in Gloss. med. et inf. lat. s. v. *possibilitas*. *t*) Schol. ad Sallust. Cat. I. *u*) Schol. ad Horat. art. poet. v. 11. *v*) Schol. ad Horat. art. poet. v. 13. *w*) Schol. ad Horat. art poet. vv. 224. 20. 305. *x*) Schol. ad Iuv. sat. XI. 136. cfr. Sat. v. 120. Ad vocem *struices* cfr. Plaut. Menaechm. I. 1, 26. et Fest. 248. et 680. L. *y*) Schol. ad Iuv. sat. XI. 138. *z*) Cfr. Paul. Diac. excerpt. 75. L. et nott. ad h. l. 448. L. *aa*) Schol. ad Lucan. VII. 187.

32. Pharum genere feminino dicimus [a]). — Apis taurus dicitur apud Aegyptios, qui in pectore lunam albam habet, quae adversus lunam et crescit et decrescit [b]).

F.159.r. col.a. 33. * Imperatores qui vicerant, honoris gratia et praemii tibicinem accipiebant [18]), candelam et sellam curulem; milites ad colonias ducebantur, et territoria accipiebant.

34. Metatores domuum dicuntur, mensores frumenti et frugum.

35. Haec conpages dicitur, non haec conpago [c]).

36. Antiqui declinabant vello, vulsi, modo nemo dicit [d]). — Seminecus declinatur et ab hoc [19]) semineco, his seminecis [e]). — Sensus nomen, sensa participialiter, sicut sibus et sibila [f]). —

37. Deductum, tenue aput Vergilium [g]).

38. Vindex, sic nomine fuit qui Neronem occidit. — Rapti, cursim facti. — Defendo, munio.

39. Dapem, singulariter non dicimus, sed pluraliter tantum [h]). — Quiritem non dicimus, sed numero plurali tantum, ceterum si volueris facere nominativum singularem, erit hic Quiritis [i]). — Ab hac [20]) lauru non dicimus, sed ab hac lauro [k]). — Tesserarum aput antiquos erant [21]) varia nomina, vulturis [22]), caniculi, Veneris, sed tamen Veneris erant optimae [l]).

40. Canusium oppidum est Apuliae [m]).

41. Berenyces [23]) nomen sororis est Ptolemaei, quam amavit, et dedit ei optimum annulum cum gemma pretiosa, exinde pretiosae gemmae Berenycis [24]) appellabantur [n]).

42. Cea insula est patria Simonidis, qui neniarum metrum primus scripsit [o]).

43. Perfidus est qui fidem frangit aliquotiens, perfidiosus qui omnino caret fide [p]).

44. Apud antiquos numerus vitae dierum et qualitas numerabatur, et boni dies albis calculis signabantur [25]), mali [26]) nigris, etiam post mor-

---

18) accipiebant — accipi *Cod. ita et mox infra.* 19) hoc, *Cod. ex em. pr. m., quae primum* oc *scripserat.* 20) hac — ac *Cod.* 21) erant — eran *Cod.* 22) vulturis *Cod. ex em. pr. m., quae primum* vultures *scripserat.* 23) Berenyces — venenyces *Cod.* 24) Berenycis — bernycis *Cod.* 25) signabantur — scrbab. (*i. e.* scribebantur) *Cod. a pr. m. sed* signabatur *ex em. pr. m.* 26) mali — malus *Cod.*

a) Schol. ad Lucan. VIII. 514. *b*) Schol. ad Lucan. VIII. 479. *c*) Schol. ad Aen. VI. 438. *d*) Schol. ad Aen. V. 270. (*revulsus*). *e*) Schol. ad Aen. V. 275. (*seminecem*). *f*) *Sensus — sibila*; ita diserte Cod. Est Schol. ad Aen. V. 277. (*sibila colla*) cfr. Fest. *s. v. sibus. g*) Virg. Eclog. VI. 5. *h*) Schol. ad Horat. Carm. II. 7, 17. *i*) Schol. ad Horat. Carm. II. 7, 3. cfr. comm. Cruq. ad h. l. *k*) Schol. ad Horat. Carm. II. 7, 19. *l*) Schol. ad Horat. Carm. II. 7, 25. cfr. comm. Cruq. ad h. l. *m*) Schol. ad Horat. Sat. I. 5, 9. vel Sat. II. 3, 168. *n*) Schol. ad Iuv. Sat. VI. 155. *o*) Schol. ad Horat. Carm. II. 1, 38. cfr. comm. Cruq. ad h. l. *p*) Schol. ad Virg. Eclog. VIII. 91. cfr. Serv. ad h. l.

tem proferebantur, et numerabantur et de bonis dicebatur **vixit dies tot**, de malis **duravit dies tot**. Haec erat consuetudo [27]) [a]). — **Dedecet**, deformat [28]) [b]).

45. **Gryphes** [29]) animalia quaedam in hyperboreis [30]) montibus, omni corpore leones, praeter os quod habent aquilae sive accipitris, et quod pinnatae [31]) sunt [c]).

46. ***Cannae** Apuliae vicus est [d]). — **Proventum** [32]) mercedem, fru- col b.
ctum Lucanus dicit [33]) — **tantone** [34]) **Proventum** [e]). — **Vix tanti** — vix utile, Lucanus dicit [f]).

47. **Cyrna**, Corsica [g]). — **Anser**, poeta fuit, qui Antonio laudes scribebat [h]). — **Si valeam scribsisse** nemo dicit, sed **si valeam scribere**, et **meminere** non **meminisse** [i]). — **Insani**, magni [k]), sicut — **insanam vatem** [l]).

48. **Depositum**, commendationem, Lucanus — **depositum fortuna** [m]). — **Legibus aevi** — fatali ratione Lucanus [n]).

49. Latine **Camilla**, graece *συμμύστις* [o]). — Accusativus pluralis in ·AS· [35]) exiens semper longus est [p]). — **Verbenas** [36]), rorem marinum [q]) — **Pellexit**, evocavit [37]) [r]). — **Inter uvidum et humidum** [38]) hoc interest **uvidus** est qui intrinsecus [39]) habet humores [40]); **humidus** qui a foris [41]), unde etiam **uva** dicta ab eo, quod intrinsecus habeat humorem musti [s]). — **Bianor** [42]) quem dicit Vergilius in Bucolicis — **incipit apparere, Bianoris** [43]) — **Ocnus** dicebatur, hic enim est qui condidit Mantuam [t]). — **Gallus** poeta fuit optimus, hic [44]) imperatori [45]) comes fuit Aegypti [u]), postea amavit meretricem quandam nomine Cytherida [46]), quam Vergilius Lycorida dicit, hanc etiam dicit Volumnii [47]) cuiusdam libertam [v]).

---

27) consuetudo — consueto *Cod.* 28) deformat — deformet *Cod.* 29) Gryphes — grypes *Cod.* 30) hyperboreis — yperboreis *Cod.* 31) primatae *Cod. ex em. pr. m., quae primum* pinnatam *scripserat.* 32) proventum — provectum *Cod. ita et mox infra.* 33) dicit — d. *Cod. ita et mox infra.* 34) tantone — tanton *Cod.* 35) ·AS· — has *Cod.* 36) verbenas — vervenas *Cod.* 37) evocavit — evocabit *Cod.* 38) humidum — umidum *Cod. et mox infra* umidus. 39) intrinsecus — intrensecus *Cod. sic et paullo inferius.* 40) humores — umores *Cod. et mox* umorem. 41) foris — fores *Cod.* 42) Bianor — vianor *Cod.* 43) Bianoris — vianori *Cod.* 44) hic — his *Cod.* 45) imperatori — imperatore *Cod.* 46) Cytherida — cytheride *Cod.* 47) Volumnii — volumi *Cod.*

a) Schol. ad Horat. Carm. I. 36, 10. cfr. comm. Cruq. ad h. l. et Plin. H. N. VII. 41. *b*) Schol. ad Horat. Carm. I. 38. 7. cfr. comm. Cruq. ad h. l. *c*) Schol. ad Virg. Eclog. VIII. 27. cfr. Serv. ad h. l. *d*) Schol. ad Lucan. II. 46. *e*) Schol. ad Lucan. II. 60. s. *f*) Schol. ad Lucan. II. 62. *g*) Schol. ad Virg. Eclog. IX. 30. cfr. Serv. ad h. l. *h*) Schol. ad Virg. Eclog. IX. 36. cfr. Serv. et Heyne ad h. l. *i*) Schol. ad Virg. Eclog. IX. 38. cfr. Serv. ad h. l. Ceterum pro eo quod inepte Cod. *et meminere non meminisse*, legendum videtur: *sed meminisse non meminere.* *k*) Schol. ad Virg. Eclog. IX. 43. cfr. Serv. ad h. l. *l*) Virg. Aen. III. 443. *m*) Schol. ad Lucan. II. 72. *n*) Schol. ad Lucan. II. 82. *o*) Schol. ad Virg. Eclog. VIII. 77. 78. cfr. Serv. ad h. l. apud quem pro *haec Camilla* perperam *haec Amarylla* legitur. *p*) Schol. ad Virg. Eclog. VIII. 65. *q*) Schol. ad Virg. l. c. cfr. Serv. ad h. l. *r*) Schol. ad Virg. Eclog. VIII. 99. cfr. Serv. ad h. l. *s*) Schol. ad Virg. Eclog. X. 20. cfr. Serv. ad h. l. *t*) Schol. ad Virg. Eclog. IX. 60. cfr. Serv. ad h. l. *u*) *Aegypti,* lege *primus Aegypti praefectus.* Vid. Serv. ad Virg. Eclog. X. inscript. *v*) Schol. ad Virg. Eclog. X. inscript. cfr. Serv. ad h. l.

50. **Omnia parent**; in omnibus figura tumet. — **Incultus**, *ἀπολιτικός*.

51. **Profecto**, sine dubio [a]). — **Aemilium ludum**, locum dicit. [b]). **Hunc**, huic similem [c]). — **Venus**, venustas [d]). — **Cinctutis**, militaribus [e]).

F. 159 v. col. a. 52. * **Chalcidico**, euforionio [f]). — **Sithoniis**, thracicis [g]). — **Versemus**, pascamus [48]) [h]). — **Parthenius**, mons Arcadiae, dictus a virgine Atalante, quod in illo exercebatur [i]). — **Vinitor**, vitium custos [k]).

53. **Vulcanalia**, **Vulcanalium**, non **Vulcanaliorum** [l]) — **Gradu pleno**, cum cursu.

54. **Iuvencis**, adulescentibus [49]), unde apud Graecos adulescens [50]) *βούκαις* dicitur [m]) — **Macte illa re** dicimus, non illius rei [n]). — **Garganus** mons est Apuliae [o]).

55. **Centenos**, **ducenos**, **trecenos**, **quadrigenos**, **quingenos** et deinde per omnia sic declinandum est et dicendum est, non **ducentenos**, **tricentenos**.

56. **Caecuba** vina optima dicuntur [p]).

57. **Liquor**, si nomen est, corripitur; si verbum, producitur [q]). — Et **vomer** et **vomis** in nominativo vario et in genetivo similiter [r]). — **Veniunt**, crescunt [s]), — **veniens in corpore virtus** [t]). — **Sabaei** dicto *ἀπὸ τοῦ* [51]) *σέβεσθαι*, quod apud ipsos nascitur tus, quo deos placamus [52]) [u]). — **Frictas** dicimus, non **frixas**. — **Atrine**, sicut Nerine, Regine, Galatea [53]) [v]).

58. **Situm**, oblivionem, in Statio lectum [w]).

59. **Poppysma**, sibilum [x]). — **Morbus regius** dicitur *ἴκτερος* [54]) [y]). **Chaldaeis**, mathematicis [z]). — **Formidatam tabellam**, pinacem [aa]). — **Cadurcum**, fascem lecti [bb]).

---

48) pascamus — pascemus *Cod.* 49) adulescentibus *Cod. ex em. pr. m.* adulencentib. *Cod. a pr. m.* 50) adulescens — adulenscens *Cod.* 51) τοῦ — τε *Cod.* 52) placamus — pacamus *Cod. solenni librariorum errore.* 53) Atrine — Galatea *Ita Cod. luculentis literis.* 54) ἴκτερος — εκταρες *Cod.* Et mox: *Chaldeis. Cod.*

a) Schol. ad Horat. art. poet. v. 315.? *b*) Schol. ad Horat. art. poet. v. 32. *c*) Schol. ad Horat. art. poet. v. 35. *d*) Schol. ad Horat. art. poet. v. 42. cfr. comm. Cruq. *e*) Schol. ad Horat. art. poet. v. 50. cfr. comm. Cruq. *f*) Schol. ad Virg. Eclog. X. 50. cfr. Serv. ad h. l. *g*) Schol. ad Virg. Eclog. X. 66. ubi vero legitur *Sithoniasque*. cfr. Serv. ad h. l. *h*) Schol. ad Virg. Eclog. X. 68. cfr. Serv. ad h. l. *i*) Schol. ad Virg. Eclog. X. 57. cfr. Serv. ad h. l. *k*) Schol. ad Virg Eclog. X. 36. cfr. Serv. ad h. l. et Augustin. expositio in Psalm. 116. (117) et Cang. Gloss. med. et inf. lat. s. v. *Vinitor.* *l*) *Vulcanaliorum* Sallust. apud Nonium 489. Merc. *m*) Schol. ad Horat. Carm. II. 8, 21. cfr. comm. Cruq. ad h. l. *n*) Schol. ad Horat. Sat. I. 2, 3. ss. *o*) Schol. ad Horat. Carm. II. 9. 7. *p*) Schol. ad Horat. Carm. II. 14, 25. aut Sat. II. 8, 15. *q*) Schol. ad Virg. Georg. I. 44. cfr. Serv. ad h. l. *r*) Schol. ad Virg. Georg. I. 46. cfr. Serv. ad h. l. *s*) Schol. ad Virg. Georg. I. 54. cfr. Serv. ad h. l. *t*) Virg. Aen. V. 344. *u*) Schol. ad Virg. Georg. I. 57. cfr. Serv. ad h. l. *v*) Schol. ad Virg. Eclog. VII. 37. cfr. Serv. ad h. l. *w*) Schol. ad Statii Theb. III. 100. *x*) Schol. ad Iuven. sat. VI. 583. *y*) Schol. ad Iuven. sat. VI. 564. *z*) Schol. ad Iuven. sat. VI. 552. *aa*) Schol. ad Iuven. sat. VI. 558. 559. *bb*) Schol. ad Iuven. sat. VI. 536.

60. **Palea**, Virgilius singulari dixit, nos tantum numero plurali dicimus [a]) — **Nux plurima**, *ἀμυγδάλη*, quare etiam **nux longa** dicitur [b]). **Buris** curvamentum aratri, dicta quasi *βοός οὔρα* [c]). — *Κύλινδρον*, arealem lapidem [d]). —

61. * **Sublicei**, dicuntur pontes lignei [e]). col. b.

62. **Ripaeis**, scythicis; dicti *ἀπὸ τῆς ῥιπῆς*, hoc est a vi ventorum [f]).

63. **Denseo**, **denses** dicitur, aliter non [g]).

64. **Rivos deducere**, agros siccare [h]). — **Salubris**, ·U· naturaliter longa est [i]).

65. Omnes comparationes generis sunt communis, excepto uno **senior** [k]).

66. **Occentassere** [55]), in alios conviciosa carmina dicere [l]).

67. **Fescennina**, conviciosa [m]). — **Defluxit**, lenitus est Horatio [n]). **Vestigia ruris**, imperitia [o]). — **Lituram**, emendationem [p]). — **Incogitat**, cogitat [q]). — **Secundo pane**, vili, *δευτερίῳ* [r]). — **Obscenis**, vitiosis [s]). — **Valeat**, pereat [t]) — **valeant qui inter nos discidium volunt** [u]).

68. **Balaena** [56]), monstrum marinum [v]). — **Saetinum vinum.....** [w]) **Tunica Iovis**, toga....... [x]) — **Sarrana**, Tyria [y]).

69. **Compendia**, via cita; **dispendia**, via per circuitiones, difficilis [z]). — **Vertigine**, confusione [aa]).

70. **Hoc caenum**, **hoc lutum**, genere neutro dicitur [57]) [bb]) — **Eructo**, eructas; hodie neutraliter dicimus tantum, antiqui utraque dicebant, et eructo et **eructor**, quod hodie non invenitur [cc]). — **Portitorem**, dicitur proprie qui portam servat, tenet [dd]). — **Stant**, plena sunt, horrent [ee]). Epicurei definiunt quidquid visu aut tactu subiacet, hoc corpus esse, unde et umbras corpora esse dicunt [ff]).

---

[55]) occentassere, *ita luculente Cod. pro occentare* 54. [56]) balaena — vallena. *Cod.* [57]) dicitur — d̄. *Cod. ita et mox infra.*

a) Schol. ad Virg. Georg. I. 192. cfr. Serv. ad h. l. *b*) Schol. ad Virg. Georg. I. 187. cfr. Serv. ad h. l. *c*) Schol. ad Virg. Georg. I. 170. cfr. Serv. ad h. l. *d*) Schol. ad Virg. Georg. I. 178. cfr. Serv. ad h. l. *e*) Cfr. Festum p. 239. L. et nott. VV. DD. ad h. l. p. 662. L. *f*) Schol. ad Virg. Georg. IV. 518. cfr. Serv. ad Georg. III. 382. *g*) Schol. ad Horat. Carm. I. 28, 19. *h*) Schol. ad Virg. Georg. I. 269. cfr. Serv. ad h. l. *i*) Schol. ad Virg. Georg. I. 272. *k*) Sic etiam Probus apud Pompeium 128. L. sed cfr. Cledonium 1894. P. *l*) Cfr. Festum p. 187. L. et nott. VV. DD. ad h. l. p. 543. ss. L. *m*) Schol. ad Horat. Epist. II. 1, 145. *n*) Schol. ad Horat. Epist. II. 1, 158. *o*) Schol. ad Horat. Epist. II. 1, 160. *p*) Schol. ad Horat. Epist. II. 1, 167. *q*) Schol. ad Horat. Epist. II. 1, 122. *r*) Schol. ad Horat. Epist. II. 1, 123. *s*) Schol. ad Horat. Epist. II. 1, 127. *t*) Schol. ad Horat. Epist. II. 1, 128. cfr. comm. Cruq. ad ll. cc. *u*) Terent. . . . . IV. 2, 13. ss. *v*) Schol. ad Iuven. sat. X. 14. *w*) Schol. ad Iuven. sat. X. 27. *x*) Schol. ad Iuven. sat. X. 28. *y*) Schol. ad Iuven. sat. X. 38. *z*) Schol. ad Lucan. VIII. 2. *aa*) Schol. ad Lucan VIII. 16. *bb*) Schol. ad Virg. Aen. VI. 296. *cc*) Schol. ad Virg. Aen. VI. 297. *dd*) Schol. ad Virg. Aen. VI. 298. *ee*) Schol. ad Virg. Aen. VI. 300. cfr. Serv. ad h. l. *ff*) Schol. ad Virg. Aen. VI. 289.

DE PRAENOMINE, NOMINE, COGNOMINE ET AGNOMINE.

E Codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi XVI. Fol. 47. v.

Praenomen, quod nomini praeponitur, ut Publius. Nomen est commune familiae, ut Cornelius. Cognomen est, quod est proprium, ut Scipio. Agnomen est, quod extrinsecus venit, ut Africanus, a virtute; aut ex vitio, ut Fabius Gurges [a]), Ovidius Naso.

Praenomen et agnomen ambiguum est. Nomen gentis est, idcirco servi non habent nomina. Nomina dicuntur quae sunt communia familiae, ut Cornelius a Cornelia familia, quia Cornelii toti appellati, et modo in usu non est, et nomen putamus, quod est proprium, quod fuit ante commune familiae, unde Vergilius — Nomine avum referens [b]). — Cognomen est quod est proprium uniuscuiusque.

·C· et littera et nota, quae centum significat.
·A· sola Aulum significat.
·D· sola Decium significat; et quingentos.
·F· sola Flavium.
·G· Gaium.
·I· nota numeri cum unum notamus.
·P· Publium.
·L· et praenomen Lucium; et nota numeri quinquaginta.
·M· praenomen Marcum.
·Q· Quintum et Quirites.
·X· nota numeri cum decem significamus.
·P· Publium significat, et cum ·R· populum Romanum, et cum ·C· patres conscriptos, et anteposita ·R· rempublicam.

---

a) Macrob. Saturnal. II. 9. b) Virg. Aen. XII. 348.

VALERII PROBI
DE
NOMINE FRAGMENTUM.

E Codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi XVI. Fol. 8 — 10.

INCIPIT VALERII PROBI DE NOMINE. R 8. r col. b.

1. Nominativus finitur litteris XIII; vocalibus V, id est, ·A· ·E· ·I· ·O· ·U·, ut Sisenna, monile, sinapi, Cicero, veru; semivocalibus VI, id est, ·L· ·M· ·N· ·R· ·S· ·X·, consul, scamnum, flumen, Caesar, Livius, silex; mutis duabus, id est, ·T· et ·C·, ut caput, lac.

2. Genetivus tribus, id est, ·S· ·I· ·E·, ut Catonis, magistri, musae.

3. Dativus III, id est, ·I· ·O· ·E·, ut agili, docto, scholae [1]).

4. Accusativus IV, id est, ·M· ·S· ·T· ·E·, ut hominem, funus, caput, monile.

5. Vocativus VII, ·A· ·E· ·I· ·M· ·R· ·X· ·O·, ut musa, monile, Livi, scamnum, Caesar, silex, Cato. Sed in generibus neutris similis est nominativo.

6. Ablativus terminatur vocalibus V, ut ab hac schola, ab hoc monile, ab hoc agili, ab hoc docto, ab hoc veru; item ·M· ·S· et ·R·, ut nequam, nugas, instar.

7. Quaecumque nomina nominativo singulari ·I· litteram habuerint ante ultimam syllabam, haec genetivo singulari eandem duplicant, ut hic Mercurius, huius Mercurii; hic Vergilius, huius Vergilii; sic etiam in neutris, ut hoc dolium, hoc folium, huius dolii, huius folii, lilii [2]) facit et cetera.

8. Omnia nomina nominativo ·OR· syllaba finita, aut masculina sunt, ut honor, aut feminina sunt, ut arbor, aut neutra, ut aequor, aut communia, ut melior. Solum omnis generis invenitur memor quod potest adverbium facere memoriter.

9. Ad nominativum casum verba accedunt: dicitur, fertur, nominatur, ut — dicitur Cato se occidisse — fertur Pompeius in litore Aegypti iacuisse — nominatur Augustus inter quosdam.

10. Quaecumque nominativo casu ante ·S· litteram habuerint ·U· geminum, generis sunt masculini, ut servus, equus, arduus, corvus, cervus, torvus; sed alvus sola geminatur, ut — curvam compagibus alvum [a]).

---

[1]) scholae *Cod. ex em. pr. m.* scolae *Cod. a pr. m.* [2]) lilii, *delendum, nisi superius exciderit exemplum:* hoc lilium.

[a]) Virg. Aen. II. 51.

11. Veteria [3]) non dicuntur nominativo, sed vetera, ut genetivo plurali veterum, non veterium faciat.

12. Neutra nomina ·US· litteris finita nominativo, genetivum in duas formas acuunt. Una est, quae ·U· litteram genetivo in ·E· transvertit et ·RIS· adicit [a]) syllabam, ut vulnus, vulneris; holus, holeris [b]). Altera est, quae similiter in ·RIS· syllabam exit, sed ·U· in ·O· mutat, ut nemus, nemoris; lepus, leporis; pecus, pecoris; pectus, pectoris; sed utraque syllaba crescunt [c]). Inveniuntur tamen II nomina, quae ab hac ratione dissentiant, id est, pelagus et vulgus, quae apud
F. 8 v. poetas * masculino genere ponuntur, ea ratione, quod genetivo singulari in ·I· exeant et huius pelagi, vulgi, sicut bulbi [4]) faciant [5]), nec syllaba crescant; ideo autem pelagus dissentire videtur, quia graecum est, nam vulgus, cum sit latinum, non debet inter neutra genera poni; melius enim inter masculina poneretur; quamquam [6]) Vergilius masculino et — spargere voces in vulgum ambiguas [d]) — et neutro dixerit — tum vulgus et omne Miscet agens telis nemora inter frondea turbam [e]) — neutro item genere — Scinditur incertum studia in contraria vulgus [f]) — et — saevit animis ignobile vulgus [g]) — ad hoc ergo genus accusativum masculinum posuit, non neutrum; nam si neutrum, illa utique ratione dixisset, quod nominibus neutris tres casus similes serviant, et fecisset vulgus non vulgum; et Cornelius Severus rerum romanarum lib. I dixit — pelagum pontumque moveri [h]) — Virus autem aptoton est.

13. Quaecumque nomina neutra ·US· litteris terminantur nominativo casu singulari, in genetivo ·US· amittunt et aut ·O·, aut ·E· recipiunt, et ·RIS· syllaba adsumpta declinantur, ut pecus, pecoris; nemus, nemoris; vellus, velleris; aut ·IS·, ut viscus, visceris; cibus, ciboris [i]).

---

[3]) veteria — veteriora *Cod. sphalmate.* [4]) bulbi *Cod. ex em. pr. m.* bului *Cod. a pr. m.* [5]) faciant — faciunt *Cod.* [6]) quamquam — quam *Cod.*

a) *adicit,* de hac scriptura cfr. Lindem. ad Pomp. p. 75. *b*) *holus, holeris* cfr. Schneid. Gramm. lat. I. 185. *c*) *utraque — crescunt,* ita Cod. diserte, vult: *utraque forma nomina syllaba crescunt.* *d*) Virg. Aen. II. 98. s. *e*) Virg. Aen. I. 190. s. Ceterum Cod. habet *omne miscet*, ubi nunc *omnem miscet* legimus, nempe τὸ *m* in *omnem*, solemni more in scriptura continua, ob vocabulum subsequens eadem littera incipiens, omissum putari poterit Ultimum hemistichium *nemora — turbam,* litteris initialibus in Cod. exprimitur: *n. s.* (sic pro *i*) *f. t.* *f*) Virg. Aen. II. 39. *g*) Virg. Aen. I. 149. Ceterum Cod. *saevit*, ubi nunc *saevitque* legimus. *h*) *Cornelii Severi libri rerum Romanarum,* nusquam adhuc laudati. Ex his forsitan desumtum erit fragmentum de morte Ciceronis a Seneca Suasor. VII. servatum. Hemistichium nostrum etiam suppresso auctoris nomine nullibi legitur. *i*) *aut ·IS· — ciboris.* Locus manifesto corruptus, fortassis legendum: *vellus, velleris, viscus, visceris, at ·I·* (scilicet littera adsumta) *viscus cibus.* Pro cibo vel carne tenera *viscus* summi adparet ex Apuleii Metamorph. II. p. 192. Oudend. „*quae suis dominis parabat viscum fartim concisum.*“

14. Omnia nomina pluralia ·IA· litteris nominativo finita, genetivum in ·IUM· syllabam mittunt, ut moenia, Hilaria, Compitalia, Vestalia, comitia, horum moenium, Hilarium, Compitalium, et cetera. Sed Lucretius, metrum custodiens, rationem regulae excessit, qui ait anciliorum [a]), non ancilium.

15. Inter haec ergo nomina sola distant [7]) comitia, quae genetivo plurali missa in ·UM· non vim nominis magis, quam loci nomen adsignant, ut horum comitium, et dativo vel ablativo his comitibus, quasi de propriis nominibus definiat dignitatem; quapropter hoc vim quandam nominibus secretionis videmur inferre in genetivo plurali, ut comitiorum, non comitium dicamus, et comitiis, non comitibus [b]).

16. Eodem modo cibaria constant, si ·UM· syllaba genitivum [8]) finiamus et faciamus cibarium, non ipsius nominis regulam sonumve complectimur, quam magis alterius, quod est sordidum et *vile* [c]), dativo vero et ablativo non sonat latina finitio; non enim possumus dicere cibaribus, ergo genetivum ·RUM· syllaba terminemus, id est cibariorum, ut reliqua latine claudantur.

Item nomina neutro pluralia ·A· terminata littera casu nominativo, haec genetivo plurali ·RUM· syllaba terminantur, dativum et ablativum in ·IS· syllabam mittunt, ut arma, castra, exta, sarmenta et similia.

18. Sal quidam putant generis esse neutri, ut mel, fel, quod si ita est, in obliquis casibus analogia dissolvitur; non enim, geminata ·L·, genetivo huius sallis facit quomodo mellis, fellis; quod si una ·L· refertur, non idem genetivo flectitur salis sicut mellis et fellis, sed ab ea origine venit, ut significet iocos, et ideo sales masculini generis esse [d]), ut apud Lucilium — ore salem expiavit amarum [e]) — et apud Sallustium — neque salem, neque alia inritamenta gulae quaerebant [f]), et apud Horatium Flaccum — parochi quae debent ligna salemque [g]) —; flectitur ergo ut masculino genere possit

---

[7]) distant. *Librarius primum scripserat:* distare, *deinde* τὸ e *in* t *mutavit,* τὸ r *corrigere neglexit.* [8]) genitivum, *ita Cod. h. l.*

[a]) In his quae supersunt Lucretii genitivus *anciliorum* non invenitur, at habetur apud Horat. Od. III. 5, 10. „*Anciliorum et nominis et togae Oblitus.*" *b*) *Inter haec — comitibus.* Loci depravati sensus in promptu est. Ad evitandam amphiboliam, genitivum pluralem vocis *comitia* ·RUM· syllaba terminabimus, si congregationem civium in foro designare volumus, ne si genitivo plurali dicamus *comitium*, pro nominativo singulari habeatur, et locum ubi comitia celebrantur designet, similiter formamus dativum et ablativum pluralem v. *comitia* ·IS· syllaba, ne confundatur cum dativo et ablativo *comitibus* a vocabulo *comes.* Male ergo v. *comitia* in regula superius allata pro exemplo ponitur, cum potius exceptionem à regula sistat. *c*) *vile* = Cod.; supplevimus hiatum e Nonii p. 93. Merc. loco: „*vinum cibarium i. e. vile.*" *d*) Vid. Charis. *e*) Hunc Lucilii versum (Satyrr. libr. incert. N° 190. p. 185. Bip.) fonte non indicato H. Columna ad Ennium p. 179. ed. Neap. 1590. e codice nostro protulit; ceterum pro *expiavit* ut habet Cod. dedit *expiravit.* *f*) Sallust. Iug. 89. cfr. Columm. l. c. *g*) Horat. Serm. I. 5, 46.

esse, sicuti sol, sed genetivo casu solis producitur, salis corripitur. Pumex masculini generis est, ut Vergilius — latebroso in pumice nidi [a]). — Silex, cortex masculino genere dicuntur, apud antiquos feminina [9]) erant, ut — Stabat acuta silex [b]) — et — silice in nuda [c]) — et — musco circumdat amarae Corticis [d]).

Sal Fabianus [e]) causarum naturalium neutro genere dixit — Cur [10]) sal aliud inquinatius vel nigrius? quia sal e luto congestum est [f]) — idem [11]) masculino pluraliter — protinus crescunt effossi [12]) sales [g]). — Afranius Liberto — meum sal — si bene visum mihi [h]), genere neutro.

19. Apud Vergilium tapetas masculino genere invenimus ut — pulchrosque tapetas [i]), a nominativo hic tapeta, cuius declinationis ablativus pluralis apud ipsum Vergilium est — pictisque tapetis [k]). Item alii a nominativo hic tapes [l]) dicunt, quia facit hos tapetas, sed lectum nusquam est.

F. 9. r. 20. * Finis generis est masculini, quia quaecumque nomina simplicia inanimalia romana, id est, anima carentia, ·NIS· syllaba finiuntur, generis sunt masculini, ut finis, crinis, cinis, panis, amnis, quibus similis cum sit finis, generis [13]) erit masculini; ideo enim dicimus romana, quia lychnis ·NIS· syllaba finitur, et est generis feminini, sed graecum est; ideo simplicia, invenitur enim bipennis, figurae compositae, et generis feminini est; et ideo inanimalia, quia sunt iuvenis et canis, quae sunt generis communis. Vergilius autem utroque genere dixit, ut — Haec finis Priami fatorum [m]) — et — Hic finis fandi [n]).

21. Dies, cuius generis sit, quaeritur. Quidam putant generis feminini esse, quia quaecumque nomina ablativo casu, numero singulari ·E· littera producta terminantur, generis sunt feminini: ut ab hac re et ab hac spe, item ab hac die. Contra plerique masculini generis esse dixerunt, quia neque in numero, neque in qualitate femininum genus recipit. Numero, sic paucos dies, non paucas dicimus; qualitate qua dies festos et non

---

9) feminina, *ita Cod. sed τῷ* a *puncto notato et superscripto a pr. m.* o. 10) cur — cum *Cod. correximus e Charis.* 82. *P.* 11) idem — item *Cod. Charis. l. c. secuti* idem *dedimus.* 12) effossi — offosi *Cod. τῷ* f *altero inter lineas a prima manu addito.* 13) generis *Cod. ex em. pr. m.* generit *Cod. a pr. m.*

a) Virg. Aen. V. 214. *b*) Virg. Aen. VIII. 233. *c*) Virg. Eclog. I. 15. *d*) Virg. Eclog. VI. 62. s. *e*) *Fabianus*, scripsimus pro *Fauianus* ut Cod. habet inter *a* et *u* superscripto *l*, unde H. Columna l. c. e nostro libro *Flavianus* dedit. Fabiani causarum naturalium et de animalibus libri saepius a Charisio et Diomede laudantur. Locum nostrum secundo causarum naturalium adsignat Charisius 82. P. *f*) *quia — congestum est*, haec verba apud Charisium l. c. sic leguntur: „*quia sal ex arido congelatum est.*“ *g*) Idem locus apud Charisium l. c. ita depravatus legitur: *Haerescunt infusis salis.* *h*) *meum sal*, novum fragmentum e comoedia *Afranii* cui titulus erat *Libertus*; utrum verba *si bene visum mihi* grammatici sint an comici ambigimus. *i*) Virg. Aen. IX 358. *k*) Virg. Aen. VII. 277. *l*) Cfr. Charis. 45. P. *m*) Virg. Aen. II. 554. *n*) Virg. Aen. X. 116.

festas dicimus. Potest tamen in adverbio genus deprehendi, ut hodie, quod significat hoc die. Observabimus tamen secundum veteres hanc differentiam [14]), qui spatium diurnae lucis significantes τὴν ἡμέραν masculino genere dixerunt, ut Vergilius — Nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset Ille dies [a]) — feminino autem genere absolute tempus — Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla [b]) — Dies, cum praesens tempus significat, generis est masculini, cum praeteritum aut futurum [15]), feminini, ut — Donec longa dies perfecto temporis aevo [c]).

22. Stirpem Vergilius et masculino, et feminino genere dixit; masculino, cum radices arborum significare vult, ut — stirpem Teucri nullo discrimine sacrum [d]) — feminino, cum ad progeniem refert, ut — Heu [16]) stirpem invisam [e]) — et — Stirpem admisceri Phrygiam [f]).

23. Turbo, cum puerilis lusus instrumentum significat, masculini generis est, ut — Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo, Quem pueri magno in gyro vacua atria circum [17])[g]) — at cum procellam significat, feminini generis erit [h]), ut — ater quos aequore turbo Dispulerat [i]) — et declinatur ut virgo; at cum proprium hominis nomen est, declinatur ut Cato.

24. Sunt quaedam nomina ·US· litteris terminata [18]), quae ex se bina adverbia faciunt [k]) ut navus, nave, naviter; largus, large, largiter.

25. Omnia nomina aut fixa sunt, aut mobilia. Fixa sunt, quae in suo statu permanent, ut vir, mulier; mobilia autem, quae per duo genera flectuntur, et sunt propria, ut Cornelius, Cornelia; appellativa autem per III genera moventur, ut probus, proba, probum.

26. Nomina masculini generis [19]), quae in nominativo singulari in ·AS· litteras exeunt, per ceteros casus in ·TIS· syllabam adcrescunt [l]), ut Asprenas, Asprenatis [20]); Maecenas, Maecenatis; Atinas, Atinatis.

---

[14]) differentiam *Cod. ex em. pr. m.* defferentiam *Cod. a pr. m.* [15]) futurum — futuri *Cod.* [16]) heu — eu *Cod.* [17]) quem pueri — circum, *haec in Cod. litteris initialibus* q. p. m i. u. a. c., *omisso perperam* g. *exprimuntur.* [18]) ·US· litteris terminata — tribus litteris terminata ·SER· *Cod. inepte,* τῷ ·SER· *a correctore expuncto.* [19]) generis — genere *Cod.* [20]) Asprenas, Asprenatis — Aspernas, Aspernatis *Cod. familiari librariis bobiensibus vitio.*

a) Virg. Aen. II. 248. s. *b*) Virg. Aen. V. 783. *c*) Virg. Aen. VI. 745. ubi vulgo editur: *orbe.* *d*) Virg. Aen. XII. 770. *e*) Virg. Aen. VII. 293. *f*) Virg. Aen. VII. 579. *g*) Virg. Aen. VII. 378. ss. *h*) *at cum — erit.* Falsitatem scripturae ipsum exemplum allatum arguit, quod etiam tribus punctis vocabulo *ater* impositis librarius indicare voluisse videtur. Pro *at* legendum fortassis *item* et pro *feminini* scribendum *masculini.* *i*) Virg. Aen. I. 511. s. *k*) Locus parallelus, etsi paululum corruptus apud Diomedem 402. P. *Quaedam nomina in ·US· literis* (sic) *quae ex se bina adverbia faciunt* etc. *l*). *·AS· litteras exeunt — adcrescunt.* Exidisse quaedam videntur, fortassis legendum: „*In ·AS· litteras exeunt, et in genetivo in ·TIS· syllabam adcrescunt, per ceteros quoque casus syllaba crescunt.*

Nomina masculini generis, quae in ·O· exeunt in nominativo, per omnes casus eadem littera efferuntur, ut **Cato**, **Catonis**; **Milo**, **Milonis**; **Maro**, **Maronis** et similia.

27. **Masculus** dicitur, non **mascel**, ut genetivo **masculi**, non **masceli** faciat [a]).

28. **Oenoferi**, non **oenofera**, quoniam masculino genere, singulari numero hic **oenoferus**, non **oenofer** [21]) facit.

29. **Urcei** masculino genere, non neutro dicuntur, quoniam diminutivo *masculino* [22]) genere **urcioli** [23]), non **urciola** dicuntur.

30. **Fastus**, id est **libellus**, generis est masculini, et genetivo huius **fasti** facit, item **fastus** [b]), ut — **Stirpis** [24]) **Achilleae fastus** [c]) — **huius fastus** facit.

31. **Torques** generis est masculini. **Syndo** generis masculini est, usu magis, quam rationes [25]) per certas, cuius locutio talis est — **syndones arabeos**.

32. **Quali** masculino genere dicuntur, ut — **tu spisso vimine qualos** [d]) — et neutro [e]), ut Cicero — **inter qu......... pectebatur aurum** [f]).

33. **Frenos** et **frena** [26]) apud Vergilium legimus, ut — **stabulo frenos audire sonantis** [g]) — et — **Frena Pelethronii** [27]) **Lapithae** *gyrosque dedere* [h]).

34. **Paterfamilias** an **pater familiae**. **Paterfamilias** ab antiquis dicebatur........ [i]) *secutus est et Messala; sed Sisenna [k]), scriptor historiarum, primus mutasse dicitur **pater familiae** dicendo, melius enim genetivo nomen compositum respondet **pater familiae** quam accusativo **paterfamilias** [l]).

F. 9. v.

35. **Aeger** animo, **aegrotus** corpore.

36. **Crepido hic**, an **haec crepido** magis dici debeat, dubitant nonnulli, cum Cicero in Oratore **crepidinem** [m]) dicat ut **vertiginem**.

---

[21]) oenofer. *Ita diserte Cod.* [22]) masculino = *Cod. sensu flagitante restituitur.* [23]) urcioli *Cod. ex em. pr. m.* urceoli *Cod. a pr. m.* [24]) stirpis — stripis *Cod.* [25]) rationes — ratione *Cod.* [26]) frena *Cod. ex em. pr. m.* frenas *Cod. a pr. m.* [27]) Pelethronii *Cod. ex em. pr. m., quae primum* phelethronii *scripserat.*

a) Similem quaestionem movet noster Art. min. §. 251. V. „*Quaeritur qua de causa hic figulus et non hic figel dicatur?*“ etc. Apud Fl. Caprum de Orthograph. 2241. P. legitur: „*Mas erit in positione, in diminutione masculus, non ut quidam mascellus.*“ *b*) *fastus*, supple *i. e. superbia.* *c*) Virg. Aen. III. 326. *d*) Virg. Georg. II. 241. *e*) *et neutro* sic Cod. ex em. pr. m., quae antea *feminino* scripserat. *Quala* habes apud Catonem R.R. 11, 23. *f*) Lacuna octo circiter literarum in loco Ciceronis, ima folii ora avulsa. Ceterum locus, quem frustra indagavimus, ita poterit legi: *inter quala purum plectebatur aurum.* *g*) Virg. Georg. III. 184. *h*) Virg. Georg. III. 115. Versus extremitatem avulsam supplevimus. *i*) Lacuna octodecim fere literarum membranae ora avulsa, sic posset expleri: *non pater familiae quos.* *k*) Varro de LL. VIII. 73. „*item plures patresfamilias dicere non debuerunt, sed ut Sisenna scribit, patres familiarum.*“ *l*) Cfr. Charis. 82. s. P. *m*) Locus e Ciceronis oratore 67. talis est: „*Deinde omnia tamquam crepidine quadam comprehensione longiore sustinentur.*“

37. Criminosus an criminator; criminosus est criminibus obnoxius, sicut invidiosus invidiae subiectus; criminator autem, qui crimen obicit. Accusator, qui accusat.

38. Fetigati an fatigati; melius fetigati, quod fetigo dicatur et fessi, non fassi; fassi autem praeterito tempore confessos non fatigatos significat.

39. Minister an ministrator; minister cottidiani officii videtur esse, ministrator autem ut administrator in republica, vel saepius quid faciens. Itaque Cicero oratione secunda pro Cornelio — quare hominem inpugnare non desinunt, nisi remotis ministratoribus [a]).

40. Nasus hic, an hoc nasum; antiqui neutraliter dicebant, itaque Lucretius — nasum diductius, quam pandius paulo vellem [b]) — qui nunc masculino genere dicitur; nam Cicero — nasus itaque, qui diductus est, quasi murus oculis interiectus esse videatur [28]) [c]).

41. Podagrosus an podagricus; podagrosus a podagra, sicut rugosus a ruga.

42. Sponsor an et feminino genere dicatur sponstrix. Sine dubio; ratio definitione sua perseveranter nititur, quae omnia nomina masculina nominativo singulari ·OR· syllaba clausa, feminino genere ·TRIX· syllaba definit, ut cultor, cultrix; victor, victrix; quo modo sponsor feminino quoque genere dicetur sponstrix.

43. Scrupulus hic, an et hoc scrupulum; consuetudo quidem hoc scrupulum, *auctoritas* [d]) erudita vero hunc scrupulum dixit. Cicero pro Sextio [29]) Roscio, cum mentionem Chrysogoni [30]) facit — hunc sibi scrupulum, qui se dies ac noctes pungit, ut evellatis, postulat [e]). — Idem pro Cluentio — hunc scrupulum [f])— dicit; post cuius auctoritatem nemo dubitaverit hunc scrupulum dicere, et quod in eiusmodi quaestiunculis nihil potest analogia; nam Terentius — At mihi unus scrupulus etiam nunc restat, qui me male habet [g]).

44. Salitor an saltor quod saltorem erudita consuetudo et proba auctoritas indicat salitor dicimus, alioquin ratione analogiae pro altero

---

[28]) videatur *Cod. ex em. pr. m* videtur *Cod. a pr. m.* [29]) Sextio — sexto *Cod.* [30]) Chrysogoni *Cod. ex em. pr. m.* Chhrysogoni *Cod. a pr. m.*

a) Novum fragmentum e Ciceronis oratione secunda pro Cornelio, cuius plures particulas ab Asconio servatas fuisse notum est. *b*) In his quae supersunt Lucretii nihil tale legitur; neque in reliquiis Lucilii, quorum nomina a Grammaticis saepe permutari recte monet Osann ad Apulei: de Ortograph. p. 18. *c*) Cic. de nat. Deor. II. 57. 143. ed. Ernest. ubi sic legitur: *nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interiectus esse videatur.* *d*) *auctoritas*, h. v. in Cod. omissum supplendum esse putavimus. *e*) Cic. pro Sext. 2, 6. ed. Ernest, ubi tamen legitur: *Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulet ac pungat, ut evellatis postulat.* *f*) Cic. pro Cluent. 28, 76. „*Hic tum iniectus est hominibus scrupulus.* *g*) Terent. Andr. V. 4, 37. Bentl. „*At mi unus scrupulus etiam restat, qui me male habet.*“

[illegible] ex quibus fiat sar- [illegible]

[illegible] illud auctoritas [illegible] senex [32]); omnia autem [illegible] nominativo singu- [illegible] singulari, ut [illegible] pulex, pulicis; [illegible] senex facit senecis; vitiose ergo [illegible] consuetudo pugnet.

[illegible] quod ven- [illegible] pars, qua ci- [illegible] partem.

[illegible] Deus, ut meus, [illegible]

[illegible] sobrius dicitur, [illegible]

f) [illegible] hic amictus, huius [illegible]

[illegible] expertus: expertem [illegible] istius rei, id est, [illegible]

[illegible] facit, cum vero [illegible] — Oraatus Argivae Helenae [33]) [a]) — [illegible]

[illegible] ut apud Vergilium — Purpureus [illegible] — et — Purpureus iacit flores [i]) — et [illegible] Nascantur flores [l]) — et — varios, circum [illegible] flores [m]) — et Terentius in Eunucho — annis XVI. [illegible]

[illegible] Sutilis masculini generis est et communis [o]); feminini, ut

---

[32]) senex — senes Cod. [33]) cibus — civus C. L. [a]) Helenae — elenae Cod. [34]) nomen posuit non participium Cod. ex em. pr. m. non nomen posuit sed participium Cod. a pr. m.

a) Totus locus impeditus. Quid si legas: *Salitor an saltor? Quod saltorem erudita consuetudo et proba auctoritas indicat salitor dicimus, alioquin ratio analogiae pro altero esset; nam cum salire tamquam sarcire, farcire, ex quibus fiat sartor, fartor, non sarcinator, farcinator, quomodo rude vulgus dicit* (iam deest apodosis): *utique saltor non salitor dicendum esset*, vel tale quid. *b*) *Senecis*, ita Cod. etiam paullo inferius, pro senicis. *c*) Cfr. Non. 229. s. Merc. *d*) *Deis ratione,* — Supple: *Deis meliore ratione.* *e*) Vocem *ebrius* (ima folii ora avulsa) supplevimus. *f*) Vocem amictus pariter avulsam supplevimus. *g*) Voces: *cum accusativo*, etiam avulsas supplevimus. *h*) Virg. Aen. I. 65. *i*) Virg. Aen. IX. 435. ubi nunc legitur: *quum* pro *cum*. *k*) Virg. Aen. V. 79. *l*) Virg. Eclog. III. 106. s. ubi nunc *nascantur* legimus. *m*) Virg. Eclog. IX. 40. s. *n*) Terent. Eunuch. II. 3, 27. s. Bentl. ubi legitur *anni*. *o*) *sutilis communis.* Legendum fortassis *sutilis generis communis est*.

— tremuit sub pondere cumba Sutilis et multam accepit rimosa paludem [a]) — et masculini, ut balteus [b]) et — equus Troianus sutilis — et neutri, ut — corium sutile.

54. Duo sic declinantur, ut ambo; duo, duorum, duobus, duo vel duos, duo, a duobus; item ambo, amborum, ambobus, ambo, vel ambos, ambo, ab ambobus.

55. Quaecumque nomina graeca in ·US· exeunt, haec vocativo in ·EU· mittuntur, ut hic Atreus, o Atreu; hic Peleus, o Peleu; hic Nereus, o Nereu.

56. Quaecumque apud Graecos ·ROS· syllaba finiuntur, si in eadem syllaba antecedentem alteram consonantem habuerint, apud nos in ·ER· syllabam exibunt, ut Alcandros, Menandros, Evandros, Teucros: Alcander, Menander, Evander, Teucer; sin autem unam consonantem in eadem syllaba habuerint, apud nos in ·US· syllabam consummabuntur, ut Homeros, Homerus. Erit ergo Menander ut Evander. Vergilius autem utroque utitur — Pallas, Evander, in ipsis [c]) — et sic — Rex Evandrus ait [d]) — generis masculini.

57. Omnia nomina generis masculini monosyllaba dativo et ablativo plurali in ·BUS· syllabam exeunt, excepto vir; facit enim viris.

58. Formae casuales sunt nobis VI: senaria, quinaria, quadripertita, tripertita, bipertita, simplex vel unita [e]).

59. Senaria forma est, quae omnes VI casus in declinationibus habet dissentientes, ut est unus et solus; dicimus enim hic unus, huius unius, huic uni, hunc unum, o une, ab hoc uno.

60. Quinaria forma est, quando duo casus similes sunt, id est dativus et ablativus, ut hic doctus, docti, docto, doctum, docte, ab hoc docto.

61. Quadripertita forma est, quando IV casus similes sunt, nominativus et vocativus [35]), genetivus et dativus, ut res, spes; dicimus enim haec res, spes nominativo, o res, spes vocativo, genetivo huius rei, spei et dativo huic rei, spei, item hanc rem, spem; ab hac re, spe.

62. Tripertita forma est, quae in neutris nominibus invenitur, in quibus similes sunt nominativus, accusativus, vocativus, ut est scamnum, scrinium, dativus et ablativus scamno et ab hoc scamno.

63. Bipertita forma est, quae in nominibus neutris ·U· finitis est. Tum nominativus et accusativus et vocativus sociantur, ut genu, cornu,

---

[35]) vocativus — vocativus et *Cod.* τῷ et *iterum deleto.*

a) Virg. Aen. VI. 413. ubi nunc legitur *gemuit.* *b*) Virg. Aen. XII. 273. „*teritur qua sutilis alvo Balteus.*“ *c*) Virg. Aen. X. 515. *d*) Virg. Aen. VIII. 185. *e*) *unita*, sic Cod. ex em. pr. m. pro eo quod primum scripserat *unica*. *Unica* legitur in parallelis Charisii 124. P. et Diomedis 286. P. locis, qui omnino conferendi sunt.

genetivus et dativus et ablativus a se segregant; dicimus enim huius genu, huic genu et ab hoc genu [a]).

64. Simplex vel unita forma est, quae in monoptotis nominibus invenitur, ut nequam, nugas; dicimus enim hoc nequam, huius nequam, huic nequam, hoc nequam, o nequam, ab hoc nequam; similiter et nugas. Aptota . . . . [b]).

65. Nomina quae primis partibus declinantur et secundis non, ut tribunus plebis, praefectus urbis; hic tribunus plebis, huius tribuni plebis et reliqua.

Item secundis partibus declinantur, primis non, ut hic Minotaurus, huius Minotauri et cetera.

Item utraque parte declinantur, ut hic Liberpater, huius Liberipatris et cetera.

66. Ianius [c]) dicitur non Ianus et declinatur hic Ianius, huius Ianii [36]), et similia.

67. Ficus Varro masculino genere dixit ita — de ficu se suspen-
F. 10. v. dit — * cuius ablativus masculini generis est [d]).

68. Nomina monosyllaba masculina animam habentia, quae ·X· littera terminantur, rex, grex, frux. Sed si ·X· littera ·C· et ·S· constat, quare genetivo huius regis et non recis, aut per se ipsam ·X· ut rexis facit? Haec causa est, quoniam apud antiquos ·C· littera pro ·G· ponebatur, sicuti nunc ·G· pro ·C· posita est, et genetivo huius regis per ·C· notabatur, sicuti praenomen nunc Gaius ·C· littera servata [37]) verum consuetudine scribitur; sed postea in discretionem ·G· litterae apex, qui sonum figuramque notaret [38]), inventus est, quo addito melius in sonum vocis horum nominum regula sonare conspicitur.

69. Quaecumque nomina masculina plurali numero apud Graecos [39]) in ·*ΡΩΝ*· syllabam exeunt, haec translata in Latinum in ·UM· mutant [40]) non magis se quam litterarum numerum custodire videntur, ut est *'Εκτόρων*, *Νεστόρων*, facit Hectorum, Nestorum. Sic ergo et *τορευμάτων*, *ποιημάτων* [41]), *ἐμβλημάτων* nos recte toreumatum, poematum, emble-

---

36) Ianii *Cod. a pr. m.* Ianis *Cod. ex corr. pr. m.* 37) C· littera servata *sic Cod.* 38) notaret *Cod.* τῷ t *primo punctum subscriptum et signum spiritui aspero accentu acuto iuncto simile impositum, fortassis voluit* mutaret. 39) Graecos — grecos *Cod.* 40) latinum in ·UM· mutant *Cod. ex em. pr. m.* latinum ·I· mutant *Cod. a pr. m.* 41) ποιημάτων — ποιματων *Cod.*

a) Saniora habentur apud Charis. l. c. *b*) *Aptota.* Haec sic fortassis erant supplenda: „*Aptota haec etiam a Graecis dicuntur nomina*“ Certe apud Diomedem 287 P. legimus: „*Simplex vel unica, cum per omnes casus nomen uniformiter currit, nec usquam in declinatione variatur, et fit in iis quae etiam a Graecis ἄπτωτα dicuntur.*“ Vocabulum *nomina* in sequentis §. initio recurrens librario fucum fecit. *c*) Legendum verisimiliter *ianeus,* quod vocabulum ianitorem significare e Paulo Diacono p. 77. L. constat. *d*) *Ficus — est.* Ita Cod. diserte, nisi quod in voce *suspendit,* quinque ultima elementa cum membrana perierint. Meliora habes apud Charis. 74 et 103. P. cfr. Cic. de Orat. II. 69.

matum dicimus. Similiter in genetivo quoque singulari graecum ·O· in latinam ·I· litteram mutamus [42]), ut ἐμβλήματος, huius emblematis, κηρώματος, ceromatis; ποιήματος [43]), poematis; πήγματος, pegmatis.

70. Apex generis est masculini, quoniam plurali numero hos, non has apices dicimus; sed cum singularem numerum sonat, alicuius rei acumen significat, ut — Fundere lumen apex [a]); cum vero pluralem, litterarum indicat nomen, cuius locutio in consuetudine est, quando dicimus divinos apices [b]), et significamus litteras.

71. Cum omnia nomina genetivo singulari syllaba crescant, aut aequata nominativo conveniant, tamen Iuppiter et calamus in genetivo decrescunt; facit enim huius Iovis et huius cannae propter cacenphaton [c]); sed haec et alia anomala appellantur, id est, quae per casus deficiunt.

72. Nomina aptota masculina, id est, quae per omnes casus tam singulares, quam plurales similiter aptantur, ut nequam, nugas, tabo [d]), frugi, nihili.

73. Nomina arborum generis masculini, ut oleaster et malus, sed non arbor navis [e]), et cyparissus.

74. Peritus iuris dicitur, Cicero tamen iure consultum [f]) dixit.

75. Chremes regulam declinationis triplicem habet, unam ut hic Chremes, huius Chremes [g]), aliam ut hic Chremes, huius Chremetis; item aliam, ut hic Chremes, huius Chremis.

76. Generis feminini. Nomina generis feminini ·US· litteris terminata, ut Venus, anus, humus.

77. Nomina, quae in ·TAS· litteras exeunt, ut pietas, veritas, aequitas, bonitas, felicitas; item in ·TUS·, ut virtus, myrtus; aut in ·E·, ut Danae, Daphne, Circe, Dirce, Here; aut in ·CUS·, ut acus, quercus, ficus, incus [44]); aut in ·NYS·, et graecum est, ut Erinnys, aut monosyllaba, ut spes, res, grus; item monosyllaba anima carentia, quae ·X· littera terminantur, ut calx, crux, fax, falx, faex, lux, nux, pax, vox, quae, observata ultimae litterae parte, graeco ritu genetivo casu procedunt; ·X· enim in ·CHI· litteram graecam vertent, ut genetivum faciant, quae videlicet servans originem priscae nativitatis, eo quod ex graecis litteris latinis adiuncta sit, et quod ·C· et ·S· latinis constet; capit ergo ex graecis ·CHI· de latinis ·C· ·S· et exprimit genetivum, ut calcis, crucis, falcis, faecis et cetera; haec ergo causa est, cur in ·CIS· et non in ·XIS· cadunt, ut faciant: calxis, cruxis, faxis. Nam faxis verbum suo ordine dicetur [45]).

---

[42]) mutamus — notamus *Cod. vid. supr.* [43]) ποιήματος — ποιματος *Cod.* [44]) incus — encus *Cod.* [45]) dicetur — dr̄. *Cod.*

a) Virg. Aen. II. 683. *b*) En hominem Christianum. *c*) *Calamus — cannae propter cacenphaton* Mirabile auditu! *calami* igitur cacenphaton esset. Haec alii explicent. *d*) *tabo*, vox haec a pr. m. in Cod. punctis notatur. *e*) Plane contrarium legimus apud Velium Longum de Orthograph. 2243. P. „*Hic malus, navis est; haec malus frugifera arbor.*" *f*) Cic. pro Murena XII. 26. ed. Ernest. „*transit idem Iureconsultus tibicinis latini modo.* *g*) *huius Chremes*, forma nuspiam lecta. Vid. supr.

INCERTI DIFFERENTIAE VOCUM.

E Codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi XVI. Fol. 68 v.

1. Inter accumbere, discumbere, recubare quid interest? Accumbere est proprie Deorum; Vergilius — tu das epulis accumbere Divum [a]) — et dictum a cubitis. Discumbere hominum est; Vergilius — stratoque super discumbitur ostro [b]) — Etymologia [1]) verbi est: disco incumbere. Recubare ferarum est; Vergilius — Ossa super recubans [c]).

2. Inter nudum et inanem quid interest? Nudum ex parte; Vergilius — Nuda genu nodoque sinus [2]) collecta fluentis [3]) [d]) — Inane totum; — galeam ante pedes proiecit inanem [e]).

3. Inter exanimem [4]) et exanimatum quid interest? Exanimem [5]) mortuum dicimus nil animae habentem; Vergilius — Tum super exanimem sese proiecit amicum [f]) — Exanimatum dicimus habentem aliquid animae; Vergilius — Exanimata sequens inpingeret agmina muris [g]).

4. Inter labat et lavat hoc interest, quod labat nutat significat, lavat vero lotorem esse demonstrat.

5. Inter ebrium et ebriosum hoc interest, quod ebrium ad tempus multum bibisse significat, ebriosum vero semper multum bibentem demonstrat.

6. Inter capillatum et capillosum hoc interest, quod capillatum capillos grandes habentem significat, capillosum vero pilosum et hirsutum esse demonstrat.

7. Inter paene et pene hoc interest, quod paene adverbium significat, pene vero novissimam partem corporis significat.

8. Inter hos et os hoc interest, quod hos pronomen significat, os vero vultum esse demonstrat.

9. Inter laetum et letum hoc interest, quod laetus gaudentem significat; letum vero mortem significat.

10. Inter geminatum, iunctum et duplicatum hoc interest; geminatum est, quod ex duobus rebus simillimis constat; Cicero ait — gemina audacia — coniunctum [h]), quod ex duabus rebus inparibus est, ut — iungentur iam gryphes equis [i]) — duplicatum cum una res bis ponitur, ut — duplicato poplite Turnus [k]) —

11. Invoco in adiutorium; provoco ad iracundiam; advoco ad honorem; evoco ad officium; revoco errantem; convoco plures simul.

12. Surgo e sede; exsurgo e lecto; resurgo a morte; consurgo cum aliis; insurgo in alios.

13. Moneo praesentia; admoneo futura; commoneo praeterita; praemoneo praecavenda.

14. Precor prospera; inprecor adversa; deprecor pro delictis.

15. Contingunt bona; accidunt mala; eveniunt utraque.

16. Accipio ab alio; suscipio sponte de sursum [l]); recipio aliquam rem amissam; suscipio aliquid durum adversumque.

---

[1]) Etymologia — ytomologia *Cod.* [2]) sinus — sin *Cod.* [3]) fluentis *Cod. ex em. pr. m.* fluentes *Cod. a pr. m.* [4]) exanimem *Cod. ex em. pr. m.* exanimum *Cod. a pr. m.* [5]) exanimem — exanimum *Cod.* [6]) Turnus — t. *Cod.*

a) Virg. Aen. I. 79. *b*) Virg. Aen. I. 700. *c*) Virg. Aen. VIII. 297. *d*) Virg. Aen. I. 320. *e*) Virg. Aen. V. 673. *f*) Virg. Aen. IX. 444. *g*) Virg. Aen. V. 805. *h*) Cic. pro Rosc. Amer. c. 40. *i*) Virg. Eclog. VIII. 27. *k*) Virg. Aen. XII. 927. *l*) *sponte de sursum*; ita diserte Cod. τῷ *r* in *sursum* ab ead. m. superscripto; quae, quid sibi velint, non satis dispicimus.

PROBI GRAMMATICI

DE

OCTO ORATIONIS MEMBRIS

ARS MINOR.

E Codicibus olim Bobiensi nunc Vindobonensi No. 17.
Regiisque Parisinis No. 7519 et No. 7494
post principem Vaticanam
ab Angelo Maio procuratam
denuo recensita.

INDICATIO SIGLARUM.

B. Codex olim Bobiensis nunc Vindobonensis No. 17. Sec. IX.

A. Codex Reg. Paris. No. 7519 Sec. XV. cuius apographum anno 1828. nobis confecit Cl. Stanisl. Iulien, Ling. Sinic. Profess. Paris.

P. Codex Reg. Paris. No. 7494. Sec. IX. cuius lectiones varias in ora apographi τοῦ A. adnotavit Cl. Iulien.

V. Editio princeps typis Vaticanis ab Angelo Maio e Codice Vaticano Sec. VI. v. VII. Auctor. classic. Tom. V. Rom. 1833. p. 153 — 328 expressa.

PROBI GRAMMATICI

DE OCTO ORATIONIS MEMBRIS

ARS MINOR [a]).

1. DE VOCE [1]). Vox sive sonus est aër ictus, id est, percussus, sensibilis V. 153.
auditu, quantum in ipso est, hoc est quamdiu resonat. Nunc omnis [2]) vox, sive sonus, aut articulata est, aut confusa.

2. Articulata est, qua homines loquuntur [3]) et litteris comprehendi potest, ut puta: scribe Cicero; Vergili [4]) lege et cetera [5]) talia.

3. Confusa vero aut animalium [6]) aut inanimalium est, quae litteris comprehendi non potest. Animalium est [7]) ut puta: equorum hinnitus, rabies canum, ruditus [8]) ferarum, serpentium [9]) sibilus [10]), avium [11]) cantus et cetera talia. Inanimalium autem est ut puta: cymbalorum tinnitus, flagellorum strepitus, undarum pulsus, ruinae casus, fistulae auditus, et cetera talia.

4. Est et confusa vox sive sonus [12]) hominum, quae litteris comprehendi non potest, ut puta: oris risus vel sibilatus, pectoris mugitus, et cetera talia.

De voce sive sono, quantum ratio poscebat, tractavimus.

5. DE ARTE. Ars est uniuscuiusque rei scientia [13]) summa subtilitate [14]) adprehensa. Nam et Graeci ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, a virtute, censebant artem esse dicendam, unde et veteres artem pro virtute frequenter usurpant.

6. Nunc huius artis, id est, grammaticae omnis duntaxat latinitas ex duabus partibus constat, hoc est [15]), analogia et [16]) anomalia, et [17]) ideo utriusque partis rationem subicimus [18]).

7. DE ANALOGIA. Analogia est ratio [19]) recta perseverans per integram declinationis disciplinam, ut puta: hic Catilina, haec lupa, V. 154.
hoc scrinium et cetera talia; scilicet quoniam [20]) haec nomina sic per

---

[1]) de Voce *V.* = *A.* [2]) omnis *A.* — communis *V.* [3]) loquuntur — *A.* — locuuntur *V.* [4]) Vergili *V.* — Virgili *A.* [5]) cetera *V. const.* — caetera *A. const.* [6]) animalium *V.* — animantium *A.* [7]) est *V. A.* = *P.* [8]) ruditus *V.* — rugitus *A.* [9]) serpentium *V.* — serpentum *A.* [10]) sibilus *V.* — sibyllus *A.* [11]) avium *V.* — abium *A.* [12]) sive sonus *V. P.* = *A.* [13]) scientia *V.* — sciencia *A.* [14]) subtilitate *V.* — suptilitate *A.* [15]) hoc est *A.* — hoc est ex *V.* [16]) et *A.* = *V.* [17]) et *A.* = *V.* [18]) subicimus *V.* — subiicimus *A.* [19]) ratio *V. P.* — via *A. sed recept habet in margine* [20]) quoniam *V. P.* — quo nunc *A.*

a) Probi grammatici de octo orationis membris ars minor *A.* = *V.*

omnes [21]) casus secundum [22]) sua genera in declinatione [23]) perseverant, sicuti est analogia [24]) e [25]) recta declinationum [26]) disciplina.

8. DE ANOMALIA. Anomalia est inmiscens vel inmutans aut deficiens ratio per declinationem [27]).

9. De miscente. Miscens anomaliae per declinationem ratio est ut puta: ab hoc altero, huic alteri; scilicet quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, haec secundum analogiae rectam rationis disciplinam dativo casu numeri singularis ·O· littera definiuntur. Item ab hac mula, his et [28]) ab his mulabus; scilicet quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, haec secundum analogiae rectam rationis disciplinam dativo et ablativo casu numeri pluralis ·IS· litteris definiuntur. Item ab hoc iugero, horum iugerum; scilicet quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, haec secundum analogiae rectam rationis disciplinam genitivo casu numeri pluralis ·ORUM· litteris definiuntur. Sic et cetera talia [29]), quae contra analogiae rectam rationis disciplinam miscent per casus declinationum formas, anomala [30]) sunt appellanda.

10. De inmutante. Inmutans anomaliae per declinationem est ratio, ut puta [31]): hic Iuppiter, huius Iovis. Sic et cetera talia, quae contra analogiae rectam rationis disciplinam inmutant per casus declinationum [32]) formas, anomala sunt appellanda.

11. De deficiente. Deficiens anomaliae per declinationem est ratio, ut puta: hoc nefas et cetera talia; quoniam haec contra analogiae rectam rationis disciplinam non per omnes casus in declinatione [33]) perseverant.

12. Sic iam et per ceteras partes orationis analogia vel anomalia consideranda est, hoc est, ut quaecumque pars orationis neque immiscet, neque immutat, aut deficit per declinationis disciplinam, ad analogiam pertineat, quae vero inmiscet [34]), vel inmutat, aut deficit [35]), per declinationis disciplinam, anomala [36]) sunt appellanda.

Nunc etiam hoc monemus, quod analogia maximam partem [37]) orationis [38]) contineat, anomalia vero aliquam.

V. 155. De anomalia et analogia, quantum ratio poscebat, tractavimus.

13. DE LITTERIS. Littera est elementum vocis articulatae. Elemen-

---

[21]) per omnes *V. P.* — per omnes declinationis *A.* [22]) secundum *V.* — secondum *A.* [23]) declinatione *V. P.* — declinationem *A.* [24]) analogia *V. A.* — analogiae *P.* [25]) e *A.* = *V.* [26]) declinationum *V.* — declinationis *A.* [27]) declinationem *V. P.* — declinationes *A.* [28]) et *V. P.* = *A.* [29]) talia *V. P.* — alia *A.* [30]) anomala *V. A.* — anomalia *P.* [31]) ut puta. *Quae post haec verba sequuntur usque ad eadem sequentis capitis verba* = *P.* [32]) declinationum *V. A. ex em. pr. m.* declinationem *A. a pr. m.* [33]) in declinatione *V.* — declinationem (= *in*) *A.* [34]) inmiscet *V. A.* — miscet *P.* [35]) deficit *V. P.* — deficiunt *A. sed ex em. recept.* [36]) anomala *V. A.* — anomalia *P.* [37]) partem *V. P.* — artem *A.* [38]) orationis — rationis *V. A.*

tum autem est uniuscuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod [39]) resolvitur.

14. Accidit [40]) unicuique litterae: nomen, figura, potestas.

15. Nomen litterae est quo [41]) appellatur. Sane nomen uniuscuiusque litterae omnes [42]) artis latores, praecipueque Varro, neutro genere appellari [43]) iudicaverunt, et aptote declinari iusserunt. Aptoton est autem quando nomen per omnes casus uno schemate declinatur, ut puta: hoc A, huius A, huic A, hoc A, o A, ab hoc A. Sic et ceterarum litterarum nomina genere neutro, aptote, et numero tantum singulari declinanda sunt.

16. Figura litterae est qua notatur et qua scribitur.

17. Potestas litterae est qua valet, hoc est, qua sonat.

18. Nunc omnes [44]) latinae litterae [45]) dumtaxat, sunt numero XXIII. Hae nominantur vocales, semivocales et mutae. Sed semivocales et mutae [46]) appellantur [47]) consonantes.

19. Sane quaeritur [48]) qua de causa semivocales et mutae consonantes appellantur? Hac de causa; quoniam coniunctis illis vocalibus [49]) sic nomina earundem consonant. Sed cum ad ipsas litteras pervenerimus, illic quemadmodum coniunctis illis vocalibus [50]) nomina earundem consonent competenter tractabimus.

20. DE VOCALIBUS. Vocales litterae sunt numero quinque. Hae per se proferuntur, hoc est, ad vocabula sua nullius consonantium egent societate, ut puta: ·A· ·E· ·I· ·O· ·U· et per se syllabam facere possunt, hoc est, ut ipsae inter se tantummodo misceantur et syllabae sonus efficiatur [51]), ut puta: ·UA· ·UE· [52]) ·OE· ·AU· ·UI· ·IA· et cetera talia. Harum, id est, vocalium, hae duae ·I· et ·U· transeunt in consonantium potestatem tunc, cum aut [53]) ipsae inter se geminantur, ut Iuno [54]) viator vultus [55]); vel quando cum aliis vocalibus iunguntur, ut vates, vecors [56]), iam, vos, maiestas, maior et cetera talia.

21. Nunc quaeritur quando ·I· vel ·U· litterae loco consonantis sint positae, vel quando inter vocales accipi debent. Quare hoc monemus ut tunc ·I· vel ·U· loco consonantis [57]) accipiantur [58]), quando praepositae vocalibus, in syllaba scilicet sua, inveniuntur [59]); quando vero subiectae, et ipsae vocales iudicentur, ut puta ·IU·, utique ·I· nunc loco consonantis et ·U· loco vocalis accipitur; item ·UI· [60]), utique ·U· [61]) nunc loco

---

39) quod — quo *V. A.* 40) accidit *V.* — accedit *A.* 41) quo *V. P.* — quod *A.* *sed ex em. recept.* 42) omnes *P.* — omnis *V. A.* 43) appellari *V. A.* — appellare *P.* 44) omnes *V. P.* omnis *A.* 45) latinae litterae *V.* — litterae latinae *A.* 46) et mutae. Sed semivocales et mutae *V. P.* = *A.* 47) appellantur *V. P.* — appellantur sane *A.* 48) sane quaeritur *V. P.* — quaeritur autem *A.* 49) vocalibus *A.* — vocabulis *V.* 50) vocalibus *A.* — vocabulis *V.* 51) efficiatur *V. P.* — efficiuntur *A.* 52) ·UE· *V. A.* — ·VAE· *P.* 53) aut *V. A.* = *P.* 54) Iuno *V. P.* — ·NO· *A.* *ductu monogrammatico.* 55) vultus *V. P.* — vulnus *A.* 56) vecors *A.* — vaecors *V.* 57) loco consonantis *V. P.* — loco consonantis sint positae *A.* *vocibus perperam additis iterum transfixis A.* 58) accipiantur *V. A.* — accipiant *P.* 59) inveniuntur *V. A.* — inveniantur *P.* 60) ·UI· *V. P.* — ut *A.* 61) ·U· *V. P.* = *P.*

vocalis consideratur [62]). Sic et iuxta vocales alias [63]), si ·I· vel ·U· litte-
V. 156. rae in syllaba sua praeponuntur, vim consonantium habere indicantur; si vero subiciuntur, vocalium loco funguntur [64]).

22. DE SEMIVOCALIBUS. Semivocales consonantium litterae sunt numero septem. Hae [65]) secundum musicam rationem per se proferuntur, hoc est, ut ad vocabula sua nullius vocalium [66]) egeant societate, ut ·F· ·L· ·M· ·N· ·R· ·S· ·X·.

23. At vero secundum metra latina et structurarum ratione [67]) subiectae vocalibus nomina sua efficiunt [68]), ut ·EF· ·EL· ·EM· ·EN· ·ER· ·ES· ·EX·, sed per se syllabam facere non possunt; scilicet quoniam semivocales litterae, si inter se misceantur [69]), sonum syllabae facere non reperiuntur [70]), ut puta ·FL· ·MS· ·RX· ·NS· et ideo, ut diximus, per se semivocales syllabam facere non possunt. Ex his autem, id est, ex semivocalibus, ·X· littera duplex in metris sive structuris iudicatur, siquidem geminatarum harum consonantium sono fungatur [71]), id est, ·GS· aut ·CS·, ut r e x et r e g s, p i x et p i c s.

24. Nunc etiam hoc iuxta aliquos reprehendendum est, quod huic duplici litterae, id est, ·X·, ad exemplum genetivum casum videantur subicere, ut puta: r e x, r e g i s; p i x, p i c i s; quod a ratione ·X· litterae, quae duplex est, longe [72]) alienum esse videatur. At in hoc nomine non est simile [73]) huic tractatui [74]) quod est n i x n i v i s.

25. DE MUTIS. Mutae consonantium litterae sunt numero novem; hae nec per se proferuntur, nec per se syllabam facere possunt. Per se hae [75]) non proferuntur, siquidem vocalibus litteris subiectis sic nomina sua definiunt [76]), ut puta: ·BE· ·CE· ·DE· ·GE· ·HA· ·KA· ·PE· ·QU· ·TE· Per se autem syllabam facere non possunt, scilicet quoniam, mutae litterae, si [77]) misceantur, sonum syllabae facere non reperiuntur, ut puta: ·BC· ·DG· [78]) ·TK· ·PQ· et cetera talia.

26. Nunc et in his [79]) mutis supervacuae [80]) quibusdam ·K· et ·Q· litterae positae esse videntur, quod [81]) dicant ·C· litteram earumdem locum posse complere, ut puta: C a r t h a g o pro K a r t h a g o [82]). Nunc hoc vitium etsi [83]) ferendum puto, attamen [84]) pro ·QUAM·, quis est, qui sustineat ·CUAM· [85])? et ideo non recte hae litterae quibusdam supervacuae [86]) constitutae esse videntur.

---

62) consideratur *V. A.* — considerat *P.* 63) iuxta vocales alias *A.* — iuxta ceteras vocales alias *V.* 64) funguntur *A.* — iunguntur *V.* 65) hae *V. P.* — haec *A.* 66) vocalium *A.* — vocabuli *V.* 67) ratione *V. A.* — rationem *P.* 68) efficiunt *V. A.* — efficientur *P.* 69) misceantur *V. A.* — immisceantur *P.* 70) reperiuntur — repperiuntur *V. A.* *ceterum in his scriptura* τοῦ *A. valde variat.* 71) fungatur *P.* — iungatur *V. A.* 72) longe *V. P.* = *A.* 73) simile *V. A.* — simili *P.* 74) tractatui *V. A.* — tractavi *P.* 75) hae *V. P.* = *A.* 76) definiunt *V. P.* — desinunt *A.* 77) mutae litterae si *V.* — si mutae litterae *A.* — si = *P.* 78) ·DG· *V. A.* — ·DC· *P.* 79) et in his *V.* — in his *P.* — de iis *A.* 80) supervacuae *V. A. fortassis scribendum* supervacue. 81) quod *V.* — quo *A.* 82) Karthago *V.* — Kartago *A.* 83) etsi *V.* — est sed *A.* 84) attamen *V.* — tamen *A.* 85) ·CUAM· *V.* — cam *A.* 86) supervacuae *V.* — supervacue *A.*

27. Item ex iisdem mutis ·H· [87]) aspirationis notam, non litteram esse existimaverunt, cum et haec, sicuti ceterae [88]), certum sonum retineat potestatis suae, ut puta: honos; numquidnam onos? aut cetera talia; et ideo hoc quoque non recte existimasse notandi sunt.

28. Nunc quaeritur de consonantibus, quare in duas partes dividantur, hoc est, in semivocales et mutas? Hac de causa; quoniam semivocales V. 157. maiorem potestatem habent quam mutae; nam cum omnes [89]) artis latores, praecipueque [90]) Caesar, propter rationem metricam et structurarum qualitates singularum litterarum sonos ponderarent, hac ratione semivocales mutis praeferendas iudicaverunt, quod semivocales geminatae ad sonum vocalibus occurrunt, hoc est, ut syllabam facere possint, ut puta [91]): fla, ars, mons, iners et cetera talia; at vero mutae geminatae [92]), si [93]) vocalibus occurrant, nec syllabam, nec sonum scilicet facere possunt; quis enim ·B· ·C· ·D· ·K· ·P· ·Q· ·T· ·G· [94]) geminatas [95]) vocalibus misceat et sonum syllabae potest audire? et ideo hac praelatione semivocales mutas rite videntur antecedere.

29. Nunc hoc monemus, quod ·H· iuncta cum aliis mutis possit vocali concurrere et sonum syllabae suscitare [96]), et ideo hic aspirationis nota, id est, sonus, non littera accipi debet, scilicet quoniam mutae coniunctae, si vocalibus occurrant, prohibentur sonum syllabae suscitare.

·Y· autem et ·Z· propter graeca nomina [97]) Latini accipiunt.

30. Nunc etiam hoc quaeritur, qua de causa ratio metri vel musicae proclivior sit ad rationem graecam quam latinam? Utique hac de causa, quoniam graecarum litterarum vocabula in dimidia parte sunt disyllaba, et in alia monosyllaba, id est, ut XXX et VI [98]) sonos contineant; at vero litterarum latinarum nomina, cum sint omnia monosyllaba, id est, ut XX et unum sonum contineant, necesse est, ut et in ratione metri vel musicae plus facultatis ratio graeca quam latina obtineat [99]). Sed haec in metris vel musicis competenter tractabimus [100]).

31. Nunc et hoc monemus, quod pauci sciunt [1]), siquidem non semper ·X· littera duplex sit accipienda; sed tunc duplex accipienda, quando subiecta [2]) syllabam confirmat, ut puta: nox et nocs, lex et lecs [3]), felix et felics et cetera talia, siquidem tunc et sonum duarum litterarum contineat; at vero quando praeposita syllabae existat, non duplex, sed simplex est accipienda, ut puta: maximus, anxius; numquidnam macsimus aut ancsius et [4]) cetera talia? et ideo, ut diximus, quotiens [5]) ·X·

---

[87]) ·H· *V. A.* = *P.* [88]) ceterae *A.* — cetera *V.* [89]) omnes *V. P.* — omnis *A.* [90]) praecipueque *V. P.* — et precipueque *A.* [91]) ut puta ... facere possunt *V. P.* = *A.* [92]) geminatae *V.* — geminata *P.* [93]) si *V.* — est *P.* [94]) ·G· *V.* = *A.* [95]) geminatas *V.* — geminata *A.* [96]) et sonum syllabae suscitare *V. P.* = *A.* [97]) graeca nomina *V.* — nomina graeca *A.* [98]) VI *V. A.* — III *A.* [99]) obtineat *P.* — optineat *V. A.* [100]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *P.* [1]) sciunt *V. P.* — sunt *A.* [2]) subiecta *V. A.* — subiuncta *P.* [3]) lecs *A.* — legs *V.* [4]) et *V. P.* — aut *A.* [5]) quotiens *V. const.* — quoties *A.*

littera praeposita [6]) syllabae existat, simplex est supputanda, scilicet quoniam ·CS· et ·GS· [7]) litterae geminatae, si vocalibus praeponantur, numquam sonum syllabae suscitabunt.

De litteris, quantum ratio poscebat, tractavimus.

V. 158. 32. DE SYLLABIS. Etiam de syllabis, quoniam non brevis ratio est, ideo alio loco competenter cum metris [8]) tractabimus.

33. DE PARTIBUS ORATIONIS. Partes orationis sunt octo: nomen, pronomen, participium, adverbium, coniunctio, praepositio, interiectio, verbum.

34. DE NOMINE. Nomen est scilicet pars orationis. Nomini accidunt: qualitas, genus, figura, comparatio, ordo, numerus [9]), casus, accentus.

35. DE QUALITATE. Qualitas nominum est, qua intelliguntur nomina qualia sunt, id est propria [a] an appellativa.

Propria sunt nomina Deorum et hominum, quae prima [a]) accipiunt, hoc est utique, quibus nuncupantur [10]), ut puta Deorum, Iuppiter, Iuno, Neptunus et cetera talia; item hominum, Cicero, Terentius, Plato et cetera talia.

36. Appellativa autem sunt nomina animalium et inanimalium. Sunt [11]) item et illa, quae ex aliqua re hominibus accidunt, ut puta: animalium, leo, canis, anser et cetera talia; inanimalium, ut [12]) arbor, lapis, vestis et cetera talia. Illa autem, quae ex aliqua re hominibus accidunt, ut puta: felix [13]) Cicero, fortis Demosthenes, doctus Plato et cetera talia, utique ut sit felix, quod accidit, nomen appellativum; Cicero proprium; sic et fortis et doctus sint nunc nomina appellativa, quia accidentia sunt; at vero Demosthenes et Plato, propria.

37. Sane hoc monemus quod si felix vel fortis ceteraque talia [14]), cum non ex aliqua re, id est, ut felix a felicitate et fortis a virtute adiunguntur [15]), sed ipsa prima nascentibus infigantur, hoc est, ut iisdem [16]) vocabulis nuncupentur: haec iam non appellativa, sed propria pronuntiantur.

De qualitate nominum, quantum ratio poscebat, tractavimus.

38. DE GENERE. Genera nominum sunt quinque: masculinum, feminimum, neutrum, commune, omne [17]).

39. Masculinum [18]) genus est [19]), quod suo generi [20]) convenit tantum, ut puta: doctus, doctos et cetera talia.

40. Femininum [21]) genus est, quod suo generi [22]) convenit tantum, ut puta: doctam, doctas, doctarum et cetera talia.

---

[6]) praeposita = *V. A.* [7]) ·GS· *V.* — ·QS· *A.* [8]) cum metris *P.* = *V. A.* [9]) numerus *A.* — numeri *V.* [10]) nuncupantur *V. P.* — nuncupatur *A.* [11]) sunt *V.* = *A.* [12]) ut *V. P.* = *A.* [13]) felix *V.* — faelix *A. const.* [14]) talia *V. P.* — alia *A.* [15]) adiunguntur *V. P.* — adiungantur *A.* [16]) iisdem *A.* — hisdem *V.* [17]) omne *A. P.* = *V.* [18]) masculinum *A. P.* = omne masculinum *V.* [19]) est *V. P.* — et *A.* [20]) suo generi *V.* — generi suo *A.* [21]) femininum *V.* — faemininum *A. const.* [22]) suo generi *V.* — generi suo *A.*

a) *prima*, ut graeci πρῶτα pro πρῶτον.

41. Neutrum genus est [23]), quod suo generi convenit tantum, ut puta: mancipium, mancipiis et cetera talia.

42. Commune genus est, quod duobus generibus convenit tantum, ut puta: masculino et feminino, tales, felicem et cetera talia; dicimus enim tales pueros et [24]) tales puellas, felicem [25]) puerum et felicem [26]) puellam. Item quod masculino et neutro convenit tantum, ut puta magnorum, doctorum et cetera talia; dicimus enim magnorum puerorum et magnorum mancipiorum, doctum puerum et doctum mancipium. Item quod feminino et neutro convenit tantum, ut puta: magna, alta et cetera talia; dicimus enim magna mulier, et magna mancipia, alta domus et alta templa. Sic et cetera talia, quae in quocumque casu duobus generibus convenire reperiuntur tantum, haec communis generis esse pronuntiantur. V. 159.

43. Sane hoc monemus, quod sint aliqua nomina generis communis, quae licet absolute posita et ipsa esse reperiantur, hoc est, sine numero vel [27]) genere et [28]) casu, et non tantum ad genus commune solum, sed et [29]) ad aliud genus pertinere probantur, ut puta, si dicat: magnum, cuius generis? utique non solum communis, sed et neutri; scilicet quoniam magnum in accusativo et masculino et neutro est genus commune; at vero nominativo est genere neutro. Item docti utique et communis et masculini, scilicet quoniam [30]) docti in genitivo ex [31]) masculino et neutro est generis communis; at vero nominativo est generis masculini; et ideo absolutorum nominum conicienda [32]) sunt genera, scilicet quoniam non semper omnia nomina absolute posita [33]), hoc est, sine genere, vel casu vel numero posita, per omnes casus uno genere perseverant.

44. Omne genus est, quod tribus generibus convenit, id est, masculino et [34]) feminino et neutro, ut puta: felix, magnis, gracilis et cetera talia; dicimus enim felix puer, et felix puella et felix mancipium; magnis pueris et [35]) magnis puellis et magnis mancipiis; gracilis pueri [36]), gracilis puellae et gracilis mancipii et cetera talia, quae in quocumque casu tribus generibus convenire reperiuntur, haec omnis generis esse pronuntiantur.

45. Nunc in his nominibus generis omnis [37]) etiam [38]) hoc monemus, quod sint [39]) aliqua nomina, quae licet absolute sunt posita, hoc est, ut supra iam in genere communi docuimus, id est sine numero et genere vel casu, et non tantum ad genus omne [40]) solum, sed et [41]) ad [42]) aliud genus pertinere probantur, ut puta, si dicat: gracilis, cuius generis? utique non solum omnis, sed et communis; scilicet [43]) quoniam graci-

---

23) est *V. P.* = *A.* 24) et *V. P.* = *A.* 25) felicem *V. A.* — facilem *P.* 26) felicem *V. A.* — facilem *P.* 27) vel *V. P.* = *A.* 28) et *V. P.* — vel *A.* 29) et *V. P.* — = *A.* 30) quoniam *V.* — quam *A.* 31) ex *V.* — et *A.* 32) conicienda *sic V. A.* 33) posita — opposita *V. A.* 34) et *V.* = *A.* 35) et *V.* = *A.* 36) pueri *V.* — puer *A.* 37) generis omnis *V.* — omnis generis *A.* 38) etiam *V. P.* — et *A.* 39) sint *V. P.* — suut *A.* 40) genus omne *V.* — omne genus *A.* 41) et *V.* = *A.* 42) ad *A.* = *V.* 43) scilicet *V.* = *A.*

lis in genitivo ex masculino et feminino et neutro est generis omnis; at vero nominativo est generis communis; et ideo, ut supra iam in genere
V. 160. communi docuimus, etiam nunc monemus, hoc est, ut absolutorum nominum conicienda [44]) sint genera, scilicet quia, sicuti iam supra diximus, non semper omnia nomina [45]) absolute posita [46]), hoc est, sicuti iam diximus sine casu vel genere aut numero posita, per omnes casus uno genere perseverant.

46. Nunc etiam hoc monemus, quod sint [47]) aliqui, qui et quod tribus generibus convenit, generis communis esse velint, hoc est, ut quattuor genera nominum tantum esse definiant. Hi, si rationem metricam vel structurarum [48]) legant, tunc intelligent quantum commune genus a [49]) genere omni differat; et ideo, ut diximus, quod duobus generibus convenit, generis est [50]) communis; quod vero tribus generibus convenit [51]), generis omnis; scilicet quoniam propter rationem structurarum vel metricam [52]) necesse est, ut nominibus quinque genera sint necessaria.

De genere nominum, quantum ratio poscebat, satis [53]) tractavimus.

47. DE FIGURA. Figura nominum duobus modis intelligitur, hoc est, simplex et composita.

48. Simplex figura nominum intelligitur, quando ex una parte orationis tantum nomina inveniuntur esse constituta, ut puta: felix, Cicero, callidus, Cato, puer. Sic et cetera talia nomina, quae ex una parte orationis [54]) tantum reperiuntur esse constituta ad figuram simplicem necesse est ut pertineant [55]).

49. Composita figura nominum intelligitur, quando non ex una parte orationis tantum inveniuntur nomina esse constituta. Componitur autem nominum figura ex integro vel ex [56]) integris et corrupto. Integrum vel integra sunt, quae solas partes orationis designant, ut puta: Cicero, tu vel ego [57]). Haec [58]) verba, sicut [59]) et cetera talia, quae ad solas partes orationis pertinere reperiuntur, integrum vel integra esse pronuntiantur.

50. Corruptum autem est, quod nullam partem orationis demonstrat, ut puta: ·LES· [60]) ·POR· [61]) ·NAS· ·RAS· ·CAL· ·PUR· ·TI· ·SA· [62]) et cetera talia, quae ad nullam partem orationis convenire inveniuntur, ad corruptum pertinere pronuntiantur.

51. Nunc quoniam quid sit integrum et quid sit corruptum exposuimus, et ideo iam [63]) quemadmodum fiat figura composita doceamus. Composita figura nominum fit, ut diximus, duobus modis, hoc est ex inte-

---

[44]) conicienda *V.* — coniicienda *A.* [45]) nomina *V.* = *A.* [46]) posita — opposita *V. A.* [47]) sint *V.* — sunt *A.* [48]) structurarum *V.* — structuram *A.* [49]) a *V.* — ab *A.* [50]) est — esse *V. A.* [51]) generibus convenit *A.* = *V.* [52]) structurarum vel metricam *V.* — metricam vel structurarum *A.* [53]) satis *V. P.* = *A.* [54]) orationis *V. A.* — rationis *P.* [55]) necesse est ut pertineant *V.* — pertinere necesse est *A.* [56]) ex *A.* — ab *P.* = *V.* [57]) vel ego *V.* — lego *A.* — lege *P.* [58]) Haec *V.* — per haec *A.* [59]) sicut *V.* — sic *A.* [60]) ·LES· *V. A.* — ·TES· *P.* [61]) ·POR· *A.* — ·POS· *V.* — ·BOS· *P.* [62]) ·TI· ·SA· *V.* — ·TI· ·SX· *A.* — tisa *P.* [63]) iam *V.* = *A.*

gris sive integro et corrupto; sed hi variati inter se, prout sunt [64]) scilicet nomina, figuram compositam efficiunt, et ideo aliqua eorum subi- V. 161.
ciemus exempla [65]), ex quibus facillime et cetera sint dinoscenda.

52. **Ex integris.** Figura nominum ex integris componitur, quando duae vel eo [66]) plures partes orationis in uno nomine esse reperiuntur, ut puta: **infelix**; ·IN· enim praepositio utriusque casus est, et ·FELIX· nomen, nunc scilicet appellativum. Eo [67]) plures partes orationis esse reperiuntur, ut puta: **praesidia**; ·PRAE· enim praepositio ablativi casus esse reperitur; ·SI· coniunctio ostenditur; ·DI· praepositio, quae loquellis [68]) deservit, accipitur; ·A· autem praepositio ablativi casus esse dinoscitur. Sic et alia nomina, quae a duobus vel eo pluribus partibus orationis constituta esse reperiuntur, ad figuram compositam ex integris secundum numerum suum pertinere [69]) pronuntiantur.

53. **Ex integro et corrupto.** Figura nominum ex integro et corrupto componitur, quando in prima parte nominis pars orationis reperitur et sequens corrupta invenitur, ut puta: **subtilis**; ·SUB· enim praepositio utriusque casus est, et ·TILIS· corruptum. Sic et alia [70]) nomina, quae in prima parte sua partem orationis habent constitutam, et sequentem corruptam [71]), ex integro et corrupto ad compositam figuram necesse est ut pertineant [72]).

54. **Ex corrupto et integro.** Figura nominum ex corrupto et integro [73]) componitur, quando in prima parte nominis [74]) corruptum [75]) reperitur, et sequens pars orationis invenitur, ut puta: **portentum**; ·POR· enim corruptum esse reperitur, ·TENTUM· vero participium esse probatur. Sic [76]) et alia nomina, quae in prima parte sua corruptum habent constitutum, et in [77]) sequenti partem [78]) orationis appositam [79]), ex corrupto et integro ad compositam figuram necesse est ut pertineant [80]).

55. **Ex integro et corrupto et integro.** Figura nominum ex integro et corrupto et integro componitur, quando in prima et novissima parte nominis pars orationis reperitur; at vero in media corruptum invenitur, ut puta: **perpetuus**; ·PER· enim praepositio accusativi casus est; ·PE· vero corruptum invenitur; ·TUUS· autem pronomen esse reperitur [81]). Sic et alia nomina, in quorum prima et novissima parte pars orationis reperitur, et in media corruptum invenitur, ex integro et corrupto et integro ad figuram compositam pertinere monstrantur [82]).

---

[64]) variati inter se, prout sunt *V. A.* — variari inter se possunt *Emend. Edit. Vat.* [65]) exempla *V. P.* = *A.* [66]) eo *V. P.* = *A.* [67]) eo *V.* — et *A.* — cum *P.* [68]) loquellis *V. A.* [69]) pertinere *V. P.* — inpertinere *A.* [70]) alia *V. A.* — talia *P.* [71]) corruptam *V. A.* — corrupta *P.* [72]) necesse est ut pertineant *V.* — ut pertineant necesse est *A.* [73]) integro et corrupto *A.* — corrupto et integro *V. P.* [74]) nominis *V. P.* — orationis *A.* [75]) corruptum *V. P.* = *A.* [76]) sic *V. A.* — sed *P.* [77]) in *V. A.* = *P.* [78]) partem *V. P.* — parte *A.* [79]) appositam *A.* — oppositam *V.* [80]) pertineant *A.* — pertineat *V.* [81]) reperitur *V.* — invenitur *A.* [82]) monstrantur *V. A.* — monstratur *P.*

56. Ex corrupto et [83]) integro et corrupto. Figura nominum ex corrupto et [84]) integro et corrupto componitur, quando in prima
V. 16a. et novissima parte nominis corruptum invenitur; at vero in medio pars orationis esse reperitur, ut puta: Fannius; ·FAN· enim corruptum invenitur; ·NI· vero coniunctio esse probatur; ·US· autem corruptum esse dinoscitur. Sic et alia nomina, in quorum prima et novissima parte corruptum reperitur, et in media pars orationis invenitur, ex corrupto et integro et corrupto ad figuram compositam pertinere monstrantur.

57. Ex integro et corrupto et integro et corrupto. Figura nominum ex integro et corrupto et integro et corrupto componitur quando in prima et tertia parte nominis orationis pars reperitur; at vero in secunda et novissima corruptum esse invenitur, ut puta: inportunus; ·IN· enim praepositio utriusque casus reperitur; ·POR· vero corruptum accipitur; ·TU· pronomen esse cognoscitur; ·NUS· autem corruptum esse probatur. Sic et alia nomina, in quorum prima et tertia parte pars orationis esse reperitur, at vero in secunda et novissima corruptum esse invenitur, ex integro et corrupto et integro et corrupto ad figuram compositam pertinere probantur.

58. Ex corrupto et integro et corrupto et integro [85]). Figura nominum ex corrupto et integro et corrupto et integro componitur, quando in prima et tertia parte nominis [86]) corruptum invenitur; at vero in secunda et novissima pars orationis esse [87]) reperitur, ut puta: catulinam; ·CA· enim corruptum invenitur; ·TU· pronomen esse probatur; ·LI· vero corruptum esse consideratur [88]); ·NAM· autem [89]) coniunctio esse manifestatur. Sic et alia nomina in quorum prima et tertia parte corruptum invenitur, at vero in secunda et ultima pars orationis esse invenitur, ex [90]) corrupto et integro et corrupto et integro ad figuram compositam pertinere monstrantur.

59. Ex integris et corrupto. Figura nominum [91]) ex integris et corrupto componitur, quando in prima parte nominis duae vel eo plures partes [92]) orationis reperiuntur constitutae, et in sequenti corruptum invenitur consistere, ut puta: viator; ·VI· enim nomen esse reperitur. ·A· vero praepositio ablativi casus esse probatur; ·TOR· autem corruptum esse pronuntiatur. Eo plures, ut puta: invisibilis; ·IN· enim praepositio utriusque casus esse reperitur; ·VI· vero nomen invenitur; ·SI· coniunctio manifestatur; ·BILIS· autem nunc corruptum esse pronuntiatur a). Sic et alia nomina in quorum prima parte duae vel eo plures partes orationis reperiuntur, et in sequenti corruptum invenitur, ex integris et corrupto ad figuram compositam pertinere monstrantur.

---

[83]) et *V. P.* = *A.* [84]) et *V. P.* = *A.* [85]) et corrupto et integro *V. A.* — et [illegible] corrupto *P.* [86]) nominis *V. A.* *in marg.* — orationis *A.* *a pr. m.* [87]) esse [illegible] [88]) consideratur *V. P.* — pronuntiatur *A.* [89]) autem *V. P.* — vero *A.* [90]) [illegible] et *A.* [91]) nominum *V. P.* — nominis *A.* [92]) partes *V. A.* — partis *P.* [illegible] — talia *P.*

a) Id est *bilis* nunc non est accipiendum pro χολή. Cf. mox §. 62.

60. Ex corrupto et integris. Figura nominum [94]) ex corrupto et integris componitur, quando in prima parte nominis corruptum invenitur, et in sequenti duae vel eo plures partes orationis reperiuntur; duae, ut puta: candidi; ·CAN· enim corruptum invenitur, ·DI· et ·DI· duae praepositiones, quae loquellis [95]) deserviunt, esse reperiuntur. Eo plures, ut puta: Semproniani; ·SEM· enim corruptum invenitur; ·PRO· praepositio ablativi casus accipitur; ·NI· coniunctio iudicatur; ·A· praepositio ablativi casus praedicitur; ·NI· vero coniunctio pronuntiatur. Sic et alia nomina in quorum prima parte corruptum invenitur, et [96]) in sequenti duae vel eo amplius partes orationis sunt constitutae, ex corrupto et integris ad figuram compositam pertinere monstrantur. V. 163.

61. Nunc quoniam, quemadmodum variatis modis figura composita nominum fiat satis ostendimus, et ideo iam et quemadmodum in eadem figura soni caveantur [97]) moneamus, ut puta: quaeritur rogatus, visibilis et cetera talia ex quibus composita esse reperiantur; utique rogatus ex integro [98]) et corrupto; scilicet quoniam in prima parte verbum esse reperitur, in sequenti ·TUS·, quod licet iisdem litteris scribatur, quibus et nomen, quod facit huius turis, attamen in hoc nomine, id est, rogatus [99]), ad sonum probatur, quod ·TUS· presso accentu auditur, et ideo nunc corruptum esse iudicatur.

62. Item visibilis, utique in primis partibus nomen et coniunctio considerantur [100]); in sequenti vero ·BILIS·, quod licet iisdem litteris scribatur, quibus et nomen, quod iracundiam [1]) significare interpretatur [2]), id est, bilis; attamen in hoc nomine, id est visibilis ad sonum probatur, quod ·BILIS· presso accentu auditur, et ideo nunc corruptum esse iudicatur. Sic et cetera talia, quae iisdem litteris scribuntur, quibus et partes orationis, ad sonum propter figuram compositam sunt consideranda.

63. Item quaeritur venustus quemadmodum componatur, id est, ex nomine ·VENUS· [3]) et ·TUS·, an ex coniunctione ·VE· et ·NUSTUS·? Utique ex coniunctione et ·NUSTUS·; scilicet quoniam, sicuti [4]) docuimus, illa sunt nomina ex integro pronuntianda, quae sola tantum partem orationis contineant; nunc cum ·VENUS· [5]) ex parte orationis ·VE· [6]) et ·NUS· [7]) sit constituta, utique iam ex integro et corrupto invenitur esse composita; et ideo, ut donimus, venustus ex coniunctione ·VE· et ·NUSTUS· componi oporteat. Sic et cetera talia nomina in [8]) figura sive simplici seu composita sunt [9]) consideranda.

64. Sane etiam hoc monemus, quod sint [10]) aliqui artis latores, qui ex

---

94) Figura nominum *V. P.* = *A.* 95) loquellis *V. A.* 96) et *V. A.* = *P.* 97) soni caveantur *V. A.* — sonica veniantur *P.* 98) integro *V. P.* — integris *A.* 99) rogatus *V.* — rogato *A.* 100) considerantur *V.* — consideratur *A.* 1) iracundiam *V. P.* — iracundia *A.* 2) interpretatur *V. A.* *videtur tamen legendum:* interpretantur. 3) venus *A.* = *V.* 4) sicuti *V. P.* — ut *A.* 5) venus — venustus *V. A.* 6) ve *A.* = *V.* 7) nus *V.* — nustus *A.* 8) in *V. P.* = *A.* 9) sunt *V. P.* — sint *A.* 10) sint *V. A.* — sunt *P.*

V. 164. duobus corruptis dicant fieri posse [11]) figuram compositam; sed contra eorumdem [12]) imperitiam non dignum est, ut nostra respondeat scientia, quandoquidem nulla pars orationis reperiatur, quae ex duobus corruptis sit constituta, nisi si contra praecepta caelitus data integram, hoc est, partem orationis in duas partes scindunt et compositam figuram ex ipsis constituunt, ut simplicem quam adserere [13]) reperiantur; siquidem simplex ex integro, id est, ex una parte orationis tantum constituta esse inveniatur; et ideo, ut diximus, quia ex duobus corruptis numquam figura composita esse monstratur.

De figura nominum, quantum ratio poscebat, tractavimus.

65. DE COMPARATIONE. Comparatio nominum, scilicet appellativorum, est qua per gradus conlationis nomina augmenta [14]) aut diminutiones accipiunt.

Hi sunt tres, et appellantur: positivus sive absolutus, comparativus, superlativus.

66. Positivus sive absolutus gradus est ipsa positio, ut puta: fortis et cetera talia. Comparativus gradus est aliquid [15]) addens aut minuens per comparationem, ut puta: fortior, brevior et cetera talia. Superlativus gradus est eo plus adiciens [16]) aut minuens per comparationem, ut puta: fortissimus, miserrimus et cetera talia.

67. Sane non semper haec omnia nomina [17]) per omnes tres gradus conlationis perseverant. Interdum enim inveniuntur nomina, quae in positivo sive absoluto gradu tantum sunt constituta, ut puta: novus et cetera talia; interdum, quae in comparativo tantum, ut puta: interior et cetera talia; interdum, quae in superlativo tantum, ut puta [18]): novissimus et cetera talia [19]); interdum, quae in positivo sive absoluto et comparativo tantum, ut puta: ingens, ingentior et cetera talia; interdum, quae in positivo et superlativo tantum, ut puta [20]): pius, piissimus et cetera talia; interdum, quae in comparativo et superlativo tantum, ut puta: potior [21]), potissimus et cetera talia; frequenter vero, quae per omnes tres gradus perseverant, ut puta: felix, felicior, felicissimus et cetera talia.

68. Nunc hoc quaeritur, qua de causa haec aliqua nomina, sicuti supra ostendimus, non per omnes conlationis gradus perseverant; quare hoc monemus, quod eorundem sonos cum syllabis et accentibus in metris competenter tractare debebimus [22]); scilicet ut, quando haec nomina comparativos vel [23]) superlativos gradus sustinere possint [24]), doceamus.

69. Sane comparatio iis [25]) nominibus accidit, quae qualitatis vel
V. 165. quantitatis habent materiam. Praeterea non [26]) omnia nomina, quae qua-

---

[11]) posse *V.* = *A.* [12]) eorumdem *V. P.* — eorum *A.* [13]) adserere *V. P.* — adse *A.* [14]) augmenta *V. A.* — aut geminata *P.* [15]) aliquid *V. P.* — eo plus *A.* [16]) adiciens *V. P.* — adiiciens *A.* [17]) omnia nomina *V.* — nomina omnia *A.* [18]) puta *P.* = *A.* [19]) interdum quae in superlativo...... et cetera talia *A. P.* = *V.* [20]) puta *V.* = *A.* [21]) potior *V.* = *A.* [22]) debebimus *V. A.* — debemus *P.* [23]) vel *V. P.* — et *A.* [24]) possint *V.* — possiut pertineant *A.* [25]) iis *A.* — his *V.* [26]) non *V. P.* — vero *A.*

litatis et [27]) quantitatis habent materiam, comparativos vel superlativos gradus facere inveniuntur; [28]) sed [29]) quae comparativos vel [30]) superlativos gradus facere possunt, qualitatis [31]) materiam continere reperiuntur.

70. Nunc etiam hoc monemus, quod illa sunt qualitatis materiae nomina, quae, quale sit quid [32]), demonstrant, hoc est, iustum an iniustum, album an nigrum, bonum an malum; sic et cetera talia, quae, quid quale sit, significant, ad qualitatis materiae nomina necesse est ut pertineant. At vero quantitatis materiae sunt nomina, quae mensurae, vel numeri, aut ponderis habent formam, ut puta: altus, infinitus [33]), gravis, et cetera talia, quae, quid quantum sit, significant, ad quantitatis materiae [34]) nomina necesse est pertinere.

71. Nunc quoniam qui vel quot sunt gradus [35]) conlationis, et quemadmodum per eosdem nomina non semper perseverent, nec non et qualitatis et quantitatis quemadmodum appareant, demonstravimus, et ideo iam quot [36]) vel quae genera nominum singuli gradus in nominativo casu numeri singularis contineant [37]), nec non et singula genera in iisdem [38]) gradibus nominativo casu numeri singularis quot vel quibus [39]) formis definiantur, ostendam.

72. DE POSITIVO GRADU. Positivus sive absolutus gradus [40]) in nominativo casu numeri singularis genera nominum continet quinque: masculinum, femininum, neutrum, commune et [41]) omne.

73. De genere masculino. Positivi [42]) gradus nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis tribus his formis definiuntur tantum: ·ER· ·EX· ·US· [43]).

74. De genere feminino. Positivi gradus nomina generis feminini nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum: ·A·.

75. De genere neutro. Positivi gradus nomina generis neutri nominativo [44]) casu numeri singularis his duabus [45]) formis definiuntur tantum: ·E· ·UM·.

76. De genere communi. Positivi gradus nomina generis communis nominativo casu numeri singularis [46]) tribus his formis definiuntur tantum [47]): ·ER· ·IL· ·IS·.

77. De genere omni. Positivi gradus nomina generis omnis no-

---

[27]) et *V. P.* — vel *A.* [28]) sed quae.... gradus facere *V. P.* = *A.* [29]) sed *V.* — et *P.* [30]) comparativos vel *A.* = *V.* *Necessario haec supplenda videbantur.* [31]) *Supplendum:* vel quantitatis. [32]) quid *V. P.* — quod *A.* [33]) infinitus *V. P.* — infimus *A.* [34]) materiae *V.* — materiam *A.* [35]) sunt gradus *V.* — gradus sunt *A.* [36]) quot — quod *V. A.* [37]) contineant *V. P.* — coutingant *A.* [38]) iisdem *A.* — hisdem *V.* [39]) quot vel quibus *A.* — vel quot quibus *V.* [40]) sive absolutus gradus *V.* — gradus sive absolutus *A.* [41]) et *A.* = *V.* [42]) Positivi *V.* — positivus *A.* [43]) ·EX· ·US· *V.* — ·US· ·EX· *A.* [44]) nominativo *V.* = *A.* [45]) duabus *A.* = *V.* [46]) numeri singularis *V. P.* — numero singulari *A.* [47]) tantum *V.* = *A.*

V. 166 minativo casu numeri singularis[48] his decem formis definiuntur tantum: ·AX· ·EX· ·IX· ·OX· ·ANS· ·ENS· ·ERS· ·ORS·[49] ·AM· ·US·.

78. **DE COMPARATIVO GRADU.** Comparativi gradus generis communis nomina[50] nominativo casu[51] numeri singularis[52] una hac forma definiuntur tantum: ·IOR·.

79. De genere neutro. Comparativi gradus nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum: ·IUS·.

80. **DE SUPERLATIVO GRADU.** Superlativus[53] gradus in[54] nominativo casu numeri singularis tria haec genera nominum continet tantum: masculinum, femininum, neutrum.

81. De genere masculino. Superlativi gradus nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis quattuor his formis definiuntur tantum: ·RIMUS· ·SIMUS· ·TIMUS·[55] ·XIMUS·.

82. De genere feminino. Superlativi gradus nomina generis feminini nominativo casu numeri singularis[56] his quattuor formis definiuntur tantum[57]: ·RIMA· ·SIMA· ·TIMA· ·XIMA·.

83. De genere neutro. Superlativi gradus nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis[58] quattuor his formis definiuntur tantum ·RIMUM· ·SIMUM· ·TIMUM· ·XIMUM·[59].

84. Nunc quoniam quot[60] vel quae genera nominum singuli gradus in nominativo casu numeri singularis contineant, nec non et singula genera in[61] iisdem gradibus nominativo casu numeri singularis quot vel quibus formis definiantur[62] ostendimus; iam ideo[63] quemadmodum ex gradibus gradus fiant, doceamus.

85. **DE GRADIBUS, QUEMADMODUM GRADUS FIANT**[64]. Quaecumque nomina comparativos vel superlativos gradus ex se facere possunt, haec ex his[65] tribus generibus nominum indigent positione, id est, masculino, communi, omni; unde possint sui cuiusque generis eorundem graduum accipere rationem; et ideo haec tria genera subiciemus, quae scilicet ad rationem graduum pertinere reperiuntur.

86. **DE GENERE MASCULINO.** Masculini generis nomina, sicuti supra diximus, in positivo gradu nominativo casu numeri singularis[66] tribus his formis definiuntur tantum: ·ER· ·EX· ·US·[67].

---

48) numeri singularis *V. P.* — numero singulari *A.* 49) ·ORS· *V. P.* — ·OS· *A.* 50) comparativi gradus generis communis nomina *V.* — comparativus gradus *A.* 51) nominativo casu *V. P.* = *A.* 52) numeri singularis *V. P.* — numero singulari *A.* 53) superlativus *V. P.* — superlativi *A.* 54) in *V.* = *A.* 55) ·SIMUS· ·TIMUS· *V. P.* — ·TIMUS· ·SIMUS· *A.* 56) numeri singularis *V.* — singularis numeri singulis. *A.* 57) tantum *V. A.* = *P.* 58) numeri singularis *V.* — numero singulari *A.* 59) ·SIMUM· ·TIMUM· ·XIMUM· *V.* — ·TIMUM· ·XIMUM· ·RIMUM· *A.* 60) quot *A.* — quod *V.* 61) in *V. P.* = *A.* 62) definiantur *V.* — definiuntur *A.* 63) iam ideo *V.* — ideo iam *A.* 64) fiant *V.* — fiunt *A.* 65) his *V. P.* = *A.* 66) numeri singularis *V. P.* — numero singulari *A.* 67) ·EX· ·US· *V.* — ·US· ·EX· *A.*

Nunc earundem singularum rationem subicimus [68]), quo dinoscantur nomina quemadmodum ex ipsis formis gradus conlationis facere possint [69]).

87. DE ·ER·. Quaecumque nomina generis masculini in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se [70]) facere possunt, haec genitivo casu numeri singularis ·OR· syllabam accipiunt et comparativum gradum generis communis ostendunt. Scilicet quoniam quicumque comparativi [71]) gradus nominativo casu numeri singularis ·IOR· [72]) litteris definiuntur et [73]) non ex V. 167.
illa positione formae, quae ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ·EX· [74]) litteris definiuntur, venire intelleguntur: hi [75]) generis communis esse reperiuntur, ut puta: *hic niger, huius nigri, hic* et *haec nigrior* facere debeant.

88. Sane hoc monemus, quod in hoc praecepto sint aliqui quinque soni, qui ·OR· litteris post consonantem definiantur, ut puta: *minor* et cetera talia.

89. Nunc haec eadem supradicti generis nomina, quae diximus in [76]) supradicto gradu nominativo casu numeri singularis supradictis litteris definiri, in genetivo casu numeri singularis ·US· syllabam accipiunt et non tantum comparativum [77]) gradum generis neutri, sed et adverbiorum ostendunt. Scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·IUS· litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri, sed et adverbiorum esse reperiuntur, ut puta: *hic niger, huius nigri; nigrius* utrique [78]) respondeat. Sed tunc hi generis neutri esse reperiuntur, quando generibus neutris iungi inveniuntur ut puta; *nigrius officium*; at vero quando non generibus neutris, sed cum alia qualibet [79]) parte orationis miscentur, adverbiorum esse pronuntiantur, ut puta: *nigrius fecit*. Sic et alia [80]) comparativi gradus, quando generi neutro vel quando adverbiis respondeant, intelleguntur.

90. Sane hoc monemus, quod in hoc praecepto sint aliqui quinque soni, qui ·US· litteris post consonantem definiantur, ut puta: *minus*.

91. Item quaeritur qua de causa *minora*, non *minoria* dicatur [81]); hac de causa, quoniam comparativi gradus nunquam ·IA· [82]) litteris definiuntur.

92. Nunc haec eadem nomina generis scilicet masculini, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt [83]), in eodem nominativo casu numeri singularis ·RIMUS· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis sui ostendunt, ut puta: *hic niger, hic nigerrimus* facere debeat.

---

[68]) subicimus *V. A.* — subiecimus *P.* [69]) possint *V. A.* — possunt *P.* [70]) ex se *V.* = *A.* [71]) comparativi *V.* — comparativus *A.* [72]) ·IOR· *V. A.* — ·OR· *P.* [73]) et *V. P.* = *A.* [74]) ·EX· — ·ER· *V. A.* [75]) hi *V. P.* = *A.* [76]) in *V. P.* — qui *A.* [77]) comparativum *V. P.* — comparativi *A.* [78]) utrique *V.* — utique *A.* [79]) alia qualibet *V. P.* — aliqualibet *A.* [80]) alia *sic V. A.* [81]) dicatur — dicantur *V. A.* [82]) ·IA· *A.* — ·A· *V.* [83]) possunt *P.* — possint *V. A.*

Item haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·RIMA· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta: hic niger, haec nigerrima facere debeat [84]). At vero [85]) haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·RIMUM· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut puta: hic niger, hoc nigerrimum facere debeat.

V. 168. 93. Nunc in hac forma qua diximus generis masculini nomina in positivo gradu nominativo casu [86]) numeri singularis ·ER· [87]) litteris definiri, quaeritur qua de causa hic [88]) teter [89]) et [90]) non tetrus [91]) dicatur; hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina superlativos gradus ex se facere possunt, haec, si in eodem superlativo gradu in quolibet casu ante ultimam sive ante ultimas syllabas ·RI· syllabam habent constitutam et possunt ex se generis masculini positivi gradus facere nomina, eandem ·RI· syllabam cum sequentibus [92]) litteris omittunt [93]), et nominativum casum numeri singularis generis masculini positivi gradus, quibus litteris definiant [94]), ostendunt, ut puta: hic nigerrimus vel harum nigerrimarum aut [95]) hoc nigerrimum, hic niger in positivo gradu facere monstratur. Nam cum dicat Cicero in frumentaria [96]) — ut odor Aproni teterrimus [97]) [a]) — utique iam hic teter, non tetrus facere pronuntiatur.

94. Item in hac supradicta generis forma quaeritur qua de causa niger in genetivo casu numeri singularis per [98]) syllabam non crescat [99]) et tener in genetivo casu numeri singularis per syllabam crescat; hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiuntur, excepto vocativo [100]) casu numeri singularis, si per ceteros casus in ultima vel [1]) ante ultimam syllabam per geminatas [2]) consonantes scribuntur, nunquam a nominativo casu numeri singularis in ceteros casus, excepto genetivo casu numeri pluralis per syllabam crescunt, ut puta: niger [3]), nigri et cetera talia.

95. At vero cuiuscumque generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiuntur et per ceteros casus in ultima vel [4]) ante ultimam [5]) syllabam per singulares consonantes scribuntur, haec nominativo casu numeri singularis, excepto vocativo [6]) casu numeri singularis, in ceteros casus per syllabam crescunt, ut puta: hic tener, huius teneri, et

---

84) debeat *V. A.* — debeant *P. Doctrina de superlativo feminino in A bis totidem verbis scribitur.* 85) At vero *V. P.* — item *A.* 86) casu *V. P.* — gradu *A.* 87) ·ER· *V. P.* — ·EX· *A.* 88) hic *V. P.* = *A.* 89) teter *A.* — taeter *V.* 90) et *V. P.* = *A.* 91) te trus *A.* — taetrus *V.* 92) cum sequentibus *V. A.* — consequentibus *P.* 93) omittunt *V.* — omittant *A. diserte.* 94) definiant *V.* — definiantur *A.* 95) aut *V. P.* — ut *A.* 96) frumentaria *V.* — frumentari *A.* 97) teterrimus *A.* — taeterrimus *V. ita et mox infra* taeter *et* taetrus. 98) per *V. A.* = *P.* 99) crescat *V. A.* — crescant *P.* 100) vocativo *V. P.* — nominativo *A.* 1) vel *V. P.* — aut *A.* 2) geminatas *V. P.* — geminas *A.* 3) niger *V. P.* — niger et *A.* 4) vel *V. P.* et *A.* 5) ultimam — penultimam *V. A.* 6) vocativo *V. P.* — nominativo *A.*

a) Cic. in Verr. Act. II. lib. 3. c. 9.

cetera talia, quae nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiuntur, quando a [7]) nominativo casu numeri singularis per ceteros casus [8]) ex syllaba crescere vel non crescere reperiuntur.

96. Hoc etiam monemus, quod ii [9]) nominativi [10]), a quibus ceteri casus per syllabam crescunt, plus habent [11]) potestatis in structuris vel metris, quam illi nominativi a quibus ceteri casus per syllabam non crescunt; sed de eorundem [12]) potestate cum ad metra ipsa venerimus [13]).

97. Sane etiam hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ER· V. 169.
litteris definiri, quod non ex ea plures soni, id est, plura nomina possint [14]) exhiberi.

98. De forma generis masculini, qua [15]) in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ER· litteris definiuntur, quemadmodum ex comparativis gradus facere possint, quantum ratio poscebat, tractavimus.

99. DE ·EX·. Quaecumque nomina generis masculini in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·EX· litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt [16]), haec in dativo casu numeri singularis ·OR· syllabam accipiunt et comparativum gradum generis sui [17]) tantum ostendunt, ut puta: hic senex, huic seni, hic senior facere debeat. At vero haec generis masculini nomina, quae diximus in positivo gradu nominativo casu [18]) numeri singularis ·EX· litteris definiri, superlativos gradus facere prohibentur; scilicet quoniam haec eadem supradictae formae nomina in superlativo gradu sonum pedum in metris vel in [19]) structuris exhibere non possunt.

100. Sane hoc monemus, quod haec eiusdem supradictae formae nomina generis scilicet masculini, si cogantur ex specie sua et generis feminini facere nomina, quod haec eadem generis feminini nomina per immutationem reperiantur esse anomala [20]), ut puta: hic senex, haec anus facere debeat.

101. Nunc etiam hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·EX· litteris definiri, quod ex ea forma plus quam tres soni, hoc est [21]), quam tria nomina non possint exhiberi [22]).

De forma generis masculini, qua in [23]) positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·EX· litteris definiuntur [24]), quemadmodum ex se comparativos gradus, nec non et nomina feminina [25]) facere possint [26]), vel

---

7) a *V. A.* = *P.* 8) per ceteros casus *V. P.* = *A.* 9) ii *A.* — hi *V.* 10) nominativi *V. P.* — vocativi *A.* 11) habent *V.* — habeant *A.* 12) eorundem *V.* — eorum *A.* 13) venerimus *V.* — devenerimus *A.* 14) possint *V. P.* — possunt *A.* 15) qua — quam *V. A.* 16) possunt *V. P.* — possint *A.* 17) sui *V. P.* — sint *A.* 18) nominativo casu *V. P.* = *A.* 19) in *V.* = *A.* 20) anomala *V. A.* — anomalia *P.* 21) hoc est *V.* — i. e. *A.* 22) exhiberi *V.* — exhibere *A. diserte.* 23) qua in *V.* — quantum *A.* 24) definiuntur *V. A.* — definiantur *P.* 25) nomina feminina *V.* — feminina nomina *A.* 26) possint *V.* — possunt *A.*

intra quantum numerum esse reperiantur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

102. DE ·US·. Quaecumque nomina generis masculini in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·US· litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt [27]), haec in genetivo casu numeri singularis ·OR· syllabam accipiunt et comparativum gradum generis communis ostendunt. Scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·IOR· litteris definiuntur et non ex illa positione formae, qua [28]) ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ·EX· litteris [29]) nomina definiuntur, venire intelleguntur: hi generis communis esse reperiuntur, ut puta: **hic doctus, huius docti, hic et haec doctior** facere
V. 170. debeant [30]).

103. Nunc haec eadem supradicti generis nomina, quae diximus in supradicto gradu nominativo casu [31]) numeri singularis supradicta forma finiri, in genetivo casu numeri singularis ·US· syllabam accipiunt et non tantum comparativum gradum [32]) generis neutri, sed et adverbiorum ostendunt. Scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·IUS· litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri sed et adverbiorum esse reperiuntur, ut puta: **hic doctus, huius docti, doctius** utrique respondeat [33]). Sed tunc hi [34]) generis neutri esse reperiuntur, quando generibus neutris iuncti inveniuntur [35]), ut puta: **doctius officium**; at vero quando non generibus neutris, sed cum alia qualibet [36]) parte orationis miscentur, adverbiorum esse pronuntiantur, ut puta: **doctius fecit**. Sic et alii comparativi gradus, quando generi neutro vel quando adverbiis respondeant, intelleguntur.

104. Nunc haec [37]) eadem nomina generis scilicet masculini, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·US· litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in ablativo casu numeri pluralis ·SIMUS· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis sui ostendunt, ut puta: **hic doctus, ab his doctis, hic doctissimus** facere debeat. Nunc haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·SIMA· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta: **hic doctus, ab his doctis, haec doctissima** facere debeat [38]). At vero haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·SIMUM· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut puta: **hic doctus, ab his doctis, hoc doctissimum** facere debeat.

105. Nunc in hac forma qua diximus generis masculini nomina in po-

---

[27]) possunt *V. P.* — possint *A.* [28]) qua *V.* — quae *A.* [29]) ·EX· litteris *A.* — ·ER· litteris *P.* = *V.* [30]) debeant *V. P.* — debeat *A.* [31]) nominativo casu *V. P.* = *A.* [32]) comparativum gradum *V. A.* — comparativo gradu *P.* [33]) respondeat *V. P.* — responderit *A.* [34]) hi *V. P.* — his *A.* [35]) quando generibus neutris iuncti inveniuntur *V. P.* (*sed P.* iunctis) = *A.* [36]) alia qualibet *V. P.* — aliqualibet *A.* [37]) haec *V. P.* = *A.* [38]) Nunc haec eadem ...... facere debeat *V. P.* = *A.*

sitivo gradu nominativo casu numeri singularis ·US· litteris definiri, quaeritur qua de causa sobrius positivi gradus sit [39]) tantum; hac de causa, quoniam si sobrius secundum praeceptum supradatum [40]) genetivo casu numeri singularis ·OR· syllabam accipiat, sonum tamen comparativi gradus facere non potest, ut puta: hic sobrius, huius sobrii, hic vel haec sobrior, et ideo sobrius [41]) et cetera talia comparativos gradus facere prohibentur.

106. Sane hoc monemus, quod in forma hac [42]) qua diximus generis masculini nomina in positivo gradu nominativo casu [43]) numeri singula- V. 171.
ris ·US· litteris definiri, haec tria nomina reperiuntur [44]), quae per gradus conlationis propter sonos pedum, qui scilicet pertinent [45]) ad metra vel structuras [46]), anomale data sunt comparari, id est, bonus, malus, magnus; faciunt enim ex genere masculino in positivo gradu bonus, malus, magnus; in comparativo melior et melius, peior et peius, maior et maius. Scilicet quoniam omnis comparativus gradus duo haec genera continet, id est, commune et neutrum. Sed quando hic communis et quando neutri generis sive adverbiorum esse dinoscatur [47]), in superioribus iam satis tractavimus. In superlativo optimus, pessimus, maximus; sic et per femininum et neutrum genus, nec non et, sicut docuimus, commune haec tria suprascripta [48]) nomina per gradus conlationis propter supradictos pedum sonos anomale data sunt comparari.

107. Sane etiam hoc de his tribus suprascriptis [49]) nominibus quaeritur qua de causa propter pedum sonos sic anomale debeant comparari; quare hoc monemus, quod haec cum syllabis et accentibus in metris competenter tractabimus.

Nunc etiam hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·US· litteris definiri, quod ex ea plures soni, id est, plurima nomina possint [50]) exhiberi.

De forma generis masculini, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·US· litteris definita, quemadmodum ex se faciant [51]) comparativos vel superlativos gradus, nec non et tria nomina anomala, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Nunc quoniam, quemadmodum ex suo genere masculino gradus conlationis fiant, ostendimus, et ideo iam de communi incipiamus.

108. DE GENERE COMMUNI. Communis generis nomina, sicut supra docuimus [52]) in [53]) positivo gradu nominativo casu numeri singularis tribus his formis definiuntur tantum: ·ER· ·IL· ·IS·. Nunc earundem ratio-

---

[39]) sit *V. P.* = *A.* [40]) supradatum *V.* — supradictum *A.* [41]) hic vel haec sobrior, et ideo sobrius *V.* = *A* [42]) forma hac *V.* — hac forma *A.* [43]) nominativo casu *V.* — casu nominativo *A.* [44]) reperiuntur — reperiri *V. A.* [45]) pertinent *V.* — pertinet *A.* [46]) structuras *V.* — structuris *A.* [47]) dinoscatur — dinoscantur *V. A.* [48]) suprascripta *V.* — supradicta *A.* [49]) suprascriptis *V.* — supradictis *A.* [50]) p ssint *V.* — possunt *A.* [51]) faciant *V.* — faciunt *A.* [52]) docuimus *V. P.* — posuimus *A.* [53]) in *V. P.* = *A.*

nem subicimus [54]), qua dinoscantur [55]) nomina, quemadmodum ex ipsis formis gradus conlationis facere possunt.

109. DE ·ER· Quaecumque nomina generis communis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se [56]) facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis ·OR· [57]) syllabam accipiunt et comparativum gradum generis sui ostendunt. Scilicet V. 172. quoniam, sicuti supra docuimus, quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·IOR· litteris definiuntur et non ex illa positione formae [58]), quae ex genere masculino nominativ o casu numeri singularis ·EX· litteris definiuntur, nomina venire intelleguntur, *hi generis* communis esse reperiuntur, ut puta: hic et haec acer, huius acris, huic acri, hic et haec acrior facere debeant.

110. Nunc eadem supradicti generis nomina, quae diximus in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis supradicta forma [59]) definiri, in dativo casu numeri singularis ·US· syllabam accipiunt et non tantum comparativum gradum generis neutri, sed et [60]) adverbiorum ostendunt. Scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu [61]) numeri singularis ·IUS· [62]) litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri sed et [63]) adverbiorum reperiuntur, ut puta: hic et haec acer, huic acri, acrius utrique [64]) respondeat. Sed tunc [65]) hi generis neutri esse reperiuntur, quando, sicuti supra diximus, generibus neutris iungi inveniuntur, ut puta: acrius acetum; at vero quando non generibus neutris, sed cum alia qualibet [66]) parte orationis miscentur, adverbiorum esse pronuntiantur, ut puta: acrius respondeat. Sic et alii comparativi gradus quando [67]) generi neutro vel quando adverbiis [68]) respondeant, intelleguntur.

111. Nunc haec [69]) eadem nomina generis scilicet communis, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·ER· [70]) litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in eodem nominativo casu numeri singularis ·RIMUS· [71]) syllabas accipiunt et superlativum gradum generis masculini [72]) ostendunt, ut puta: hic et haec acer, hic acerrimus facere debeat [73]). Item haec eadem [74]) supradicti generis nomina in supradicto casu ·RIMA· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini [75]) ostendunt, ut puta: hic et haec acer, haec acerrima facere debeat. At vero haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·RIMUM· syllabas accipiunt et superlativum

---

[54]) subicimus *V. P.* — subiiciamus *A.* [55]) qua dinoscantur *V. P.* — quae dinoscuntur *A.* [56]) ex se *V.* = *A.* [57]) ·OR· *V. P.* — ·ER· *A.* [58]) formae *V. P.* — formantur *A.* [59]) forma *V. P.* — causa *A.* [60]) et *V.* = *A.* [61]) nominativo casu *V.* = *A.* [62]) ·IUS· *A.* = *V.* [63]) et *V.* = *A.* [64]) utrique — utique *V.* — utriusque *A.* [65]) tunc *V.* — nunc *A.* [66]) alia qualibet *V.* — aliqualibet *A.* [67]) quando *V. P.* = *A.* [68]) adverbiis *V. P.* — ad utrium us *A.* [69]) haec *V.* = *A.* [70]) ·ER· *V.* = *A.* [71]) ·RIMUS· *A.* — ·RIMA· *V.* [72]) masculini *A.* — feminini *V.* [73]) debeat *V. P.* — debent *A.* [74]) eadem *V. P.* = *A.* [75]) feminini *V.* — feminini esse *A.*

gradum [76]) generis neutri ostendunt [77]), ut puta: hic et haec acer, hoc acerrimum facere debeat.

112. Nunc in hac forma qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiri [78]), quaeritur qua de causa hic vel [79]) haec acer et non [80]) acris dicatur [81]); hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina superlativos gradus ex se facere possunt, haec si [82]) in eodem superlativo gradu, in quolibet casu ante ultimam sive ante ultimas syllabas ·RI· [83]) syllabam habent [84]) constitutam et possunt ex se generis communis positivo gradu [85]) facere V. 173.
nomina, eandem ·RI· syllabam [86]) cum sequentibus litteris omittunt et nominativum casum numeri singularis generis [87]) communis positivi gradus, quibus litteris definiatur, ostendunt. Nunc cum dicat Vergilius — acerrimus Aiax [a]) — utique iam hic vel haec acer, non acris facere demonstravit.

113. Item in hac supradicti generis forma quaeritur qua de causa acer communis generis esse dicatur; hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina genetivo casu numeri singularis ·IS· litteris definiuntur, et ex sua specie vocabula feminina [88]) facere possunt, haec generis esse communis [89]) pronuntiantur. Nunc cum dicat Vergilius — acris Orontis [b]) — utique iam acrem generis communis esse demonstravit.

114. Item in hac [90]) supradicta forma quaeritur, si haec eadem supradicta communis generis nomina ex sua specie in genera neutra transeant, in eodem genere neutro in positivo gradu nominativo casu numeri singularis qua littera debeant terminari; utique ·E·; scilicet [91]) quoniam quaecumque nomina generis communis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·ER· [92]) litteris definiuntur, si ex sua specie in genera neutra transeunt, haec eadem genera neutra in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·E· littera terminantur; at vero pluralis [93]) ·IA· litteris definiuntur, ut puta: hic et haec acer et hoc acre, et [94]) haec acria facere debeant [95]).

115. Item in hac supradicti generis forma quaeritur qua de causa acer genetivo casu numeri singularis a nominativo casu singularis numeri [96]) per syllabam non crescat, et pauper in genitivo casu numeri

---

76) gradum *V. P.* = *A.* 77) ostendunt *V.* — ostendant *A. diserte.* 78) definiri *V.* — definiuntur *A.* 79) vel *V. A.* — et *P.* 80) non *A.* = *V.* 81) dicatur *V.* — dicitur *A.* 82) si = *V. A.* 83) ·RI· *V. P.* — ·RIS· *A.* 84) habent *V. A.* — habet *P.* 85) positivo gradu *V. P.* — positivos gradus *A.* 86) eandem ·RI· syllabam *V.* — de nominativo ·ER· syllabum *A. Ab his verbis incipiendo usque ad finem* §. 134. *omnia desunt in P.* 87) generis *V.* = *A.* 88) feminina *V. A.* — neutra *A. in margine.* 89) generis esse communis *V.* — communis esse generis *A.* 90) hac *A.* = *V.* 91) ·E· scilicet *V.* — scilicet in ·E· *A.* 92) ·ER· *V.* — eis *A.* 93) pluralis *V.* — plurales *A.* 94) et *V.* = *A.* 95) debeant *V.* — debeat *A.* 96) qua de causa .... singularis numeri *V.* — qua de causa genetivo casu numeri singularis acer *A.*

a) Virg. Aen. II. 414. b) Virg. Aen. I. 220.

singularis a nominativo casu numeri singularis per syllabam crescat; hac de causa, quoniam cuiuscumque generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiuntur, haec, excepto vocativo casu numeri singularis, si per ceteros casus in ultima vel ante ultimam syllabam [97]) per geminatas consonantes scribuntur, numquam a [98]) nominativo casu numeri singularis in ceteros casus [99]), excepto genetivo casu numeri pluralis, per syllabam crescunt [100]), ut puta: acer, acris et cetera talia. At vero cuiuscumque generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiuntur et per ceteros casus in ultima [1]) vel ante ultimam syllabam per singulares [2]) consonantes scribuntur, haec a nominativo casu numeri singularis, excepto vocativo casu numeri singularis [3]), in ceteros casus per syllabam crescunt, ut puta: hic pauper, huius pauperis. Sic et cetera talia, quae nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris
V. 174 definiuntur, quando a nominativo casu numeri singularis per ceteros casus e [4]) syllaba crescere vel non crescere possint, reperiuntur.

116. Nunc etiam hoc monemus, quod nominativi [5]), a quibus ceteri casus per syllabam crescunt, plus habeant potestatis in structuris vel metris, quam illi nominativi, a quibus ceteri casus per syllabam non crescunt; sed de eorum potestate, cum ad metra ipsa venerimus, competenter tractabimus.

117. Nunc etiam hoc monemus in hac forma generis communis, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ER· litteris definiri [6]), quod ex ea scilicet forma plus quam quatuordecim nomina non possint [7]) exhiberi.

De forma generis communis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ER· litteris definita, quemadmodum ex se comparativos vel superlativos, nec non et ipsos positivos gradus facere possint [8]), vel [9]) intra quantum numerum esse reperiantur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

118. DE ·IL·. Quaecumque nomina generis scilicet [10]) communis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·IL· [11]) litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis ·OR· [12]) syllabam accipiunt et comparativum gradum generis sui ostendunt. Scilicet quoniam, sicuti supra diximus, quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·IOR· litteris [13]) definiuntur et non ex illa formae positione, qua [14]) ex genere masculino

---

97) in ultima vel ante ultimam syllabam *V.* — in ultimam syllabam vel ante ultimam syllabam *A.* 98) a *V.* = *A.* 99) in ceteros casus *V.* + in ultimam syllabam *A.* 100) crescunt *V.* — crescit *A.* 1) in ultima *V.* — in ultimam *A.* 2) singulares *V.* — — singulas *A.* 3) excepto vocativo casu numeri singularis *A.* = *V.* 4) e *A.* — ex *V.* 5) hi nominativi *V.* — ablativi *A.* 6) definiri *V.* — definiuntur *A.* 7) possint *V.* — possunt *A.* 8) possint *V.* — possunt *A.* 9) vel *V.* — aut *A.* 10) scilicet *V.* = *A.* 11) ·IL· *V.* — ·IS· *A.* 12) ·OR· *V.* — ·ER· *A.* 13) ·IOR· litteris *V.* — litteris ·IOR· *A.* 14) qua *A.* — quae *V.*

nominativo casu numeri singularis ·EX· litteris definiuntur, nomina venire intelleguntur, hi generis communis esse reperiuntur, ut puta: hic et haec pugil, huic pugili, hic vel haec pugilior facere debeant.

119. Nunc haec eadem supradicti generis nomina, quae diximus in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis supradicta forma definiri, in dativo casu numeri singularis ·US· [15]) syllabam accipiunt et non tantum comparativum gradum generis neutri, sed et adverbiorum ostendunt. Scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·IUS· litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri sed et adverbiorum esse reperiuntur, ut puta: hic et haec pugil, huic pugili, pugilius utrique [16]) respondeat. Sed quando pugilius generi neutro, vel quando adverbio in comparatione respondeat, in superioribus iam satis ostendimus.

120. Nunc in hac forma qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·IL· litteris definiri, V. 175
quaeritur qua de causa pugil communis generis [17]) esse dicatur; hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis ·IL· litteris definiuntur et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec communis generis esse pronuntiantur.

121. Item in hac supradicta forma quaeritur, si haec supradicta communis generis [18]) nomina ex sua specie in genera neutra transeant ut eodem genere neutro [19]) in positivo gradu nominativo casu numeri singularis qua littera debeant terminari; ·E· scilicet, quoniam quaecumque generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·IL· litteris definiuntur, si ex sua specie in genera neutra transeant [20]), haec eadem genera neutra [21]) in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·E· littera terminantur; at vero pluralis ·IA· litteris definiuntur, ut puta: hic et [22]) haec et [23]) hoc pugil, hoc pugile et haec pugilia facere debeant.

122. Nunc etiam hoc significamus, quod etsi [24]) ex omnibus clarum est, attamen, ne obscuro exemplo usi esse videamur, quod pugiles illi vel illae appellentur, hoc est, qui non exiles, sed bono corpore esse probantur.

123. Sane haec supradicta generis communis nomina, quae diximus in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis ·IL· litteris definiri, superlativos gradus facere prohibentur; scilicet quoniam haec eadem supradictae formae nomina in superlativo gradu sonum pedum in metris vel structuris [25]) exhibere non possunt.

124. Nunc etiam hoc monemus in hac forma generis communis, qua

---

[15]) ·US· *V*· —vel *A*. [16]) utrique *A* —utri *V*. [17]) communis generis *V*. — generis communis *A*. [18]) communis generis *V*. — generis communis *A*. [19]) eodem genere neutro *A*. — eadem genera neutra *V*. [20]) transeant *A*. — transeunt *V*. [21]) neutra *V*. = *A*. [22]) et *V*. = *A*. [23]) et *A*. = *V*. [24]) etsi *V*. — si *A*. [25]) structuris *V*. — ex structuris *A*.

diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·IL· litteris definiri, quod ex ea forma plus quam septem nomina non possint [26]) exhiberi.

De forma generis communis qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·IL· [27]) litteris definita, quemadmodum ex se faciant comparativos gradus, nec non et [28]) intra quantum numerum esse reperiantur, quantum ratio poscebat tractavimus.

125. DE ·IS·. Quaecumque nomina generis scilicet communis in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec in dativo casu numeri singularis ·OR· syllabam accipiunt et comparativum gradum generis sui ostendunt. Scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·IOR· litteris definiuntur et non ex illa positione
V. 176. formae, qua [29]) ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ·EX· litteris definiuntur nomina, venire intelleguntur: haec generis communis esse reperiuntur, ut puta: **hic et haec fortis, huic forti, hic** [30]) et **haec fortior** facere debeant.

126. Nunc haec eadem supradicti generis nomina, quae diximus in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis supradicta forma definiri, in dativo casu numeri singularis ·US· syllabam accipiunt et non tantum comparativum gradum generis neutri, sed etiam adverbiorum esse [31]) ostendunt. Scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·IUS· litteris finiuntur, hi non tantum generis neutri sed et [32]) adverbiorum esse reperiuntur, ut puta: **hic et haec fortis, huic forti, fortius** utrique respondeat. Sed quando **fortius** generi neutro vel quando adverbio in comparatione respondeat, in superioribus iam satis ostendimus.

Sane in hac forma qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiri, hoc monemus, quod hoc unum nomen reperiatur, quod in comparativo gradu tam genere suo [33]), quam neutro, nec non adverbio, propter sonum metri, vel structurae, per [34]) immutationem anomaliae sic debeat comparari, id est, **iuvenis**; facit enim comparativo gradu generis scilicet communis **iunior**, neutri autem sive adverbii [35]) **iunius**; at vero superlativum gradum facere prohibetur. Sed hoc nomen qua de causa in supradicto gradu anomale per immutationem comparetur [36]), vel superlativum gradum facere prohibeatur, tunc competenter tractabimus, cum ad ipsa metra veniemus [37]).

127. Nunc haec eadem nomina generis scilicet communis, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris de-

---

[26]) possint *V.* — possunt *A.* [27]) ·IL· *V.* — ·IS· *A.* [28]) et *V.* = *A.* [29]) qua *V.* — quae *A.* [30]) hic = *V. A.* [31]) esse *A.* = *V.* [32]) et *V.* — etiam *A.* [33]) tam genere suo — generi suo *V. A.* [34]) per *V.* — vel *A.* [35]) sive adverbii *V.* — sic *A.* [36]) comparetur *V.* — comparativum *A.* [37]) veniemus *V.* — venerimus *A.*

finiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in eodem nominativo casu numeri singularis ·SIMUS· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis masculini ostendunt, ut puta: hic et haec fortis [38]), hic [39]) fortissimus facere debeat. Item haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·SIMA· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta: hic et haec fortis, haec fortissima facere debeat. At vero haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·SIMUM· syllabas accipiunt et superlativum gradum [40]) generis neutri ostendunt, ut puta: hic et haec fortis, hoc fortissimum facere debeat.

128. Nunc quaeritur, qua de causa ex ista [41]) forma, qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiri, austeris et non ex illa [42]) qua [43]) ·US· litteris definiuntur [44]) austerus dicatur; hac de causa quoniam cuiuscumque generis nomina superlativi gradus in quolibet casu ante ultimam sive ante ultimas syllabas ·IS· syllabam habent constitutam, et ex sua specie positivi gradus facere possunt nomina, haec in eodem superlativo gradu ex quolibet casu ante ultimam sive ante ultimas syllabas ·IS· syllabam [45]) quam habent constitutam cum sequentibus litteris omittunt, et [46]) positivi gradus nominativum casum ostendunt. Nunc cum dicat Lucilius — austerissimarum herbarum succos exprimebat [a]) — utique iam [47]) hic vel haec austeris, non hic austerus facere demonstratur. V. 177.

129. Nunc in hac forma qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu [48]) numeri singularis ·IS· [49]) litteris definiri, quaeritur qua de causa fortis communis generis esse dicatur; hac de causa quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiuntur, et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec communis generis esse pronuntiantur.

130. Item in hac supradicta forma quaeritur, si haec supradictae formae [50]) communis generis nomina ex sua specie in genera neutra transeant [51]), in eodem genere neutro in positivo gradu nominativo casu numeri singularis qua littera debeant terminari; utique ·E·, scilicet quoniam quaecumque generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiuntur, si ex sua specie in genera neutra transeunt, haec eadem genera neutra in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·E· littera terminantur; at vero plurali ·IA· litteris definiuntur, ut puta: hic et haec fortis et [52]) hoc forte et [53]) haec fortia facere debeant [54]).

---

38) fortis *V.* = *A.* 39) hic *V.* = *A.* 40) gradum *A.* = *V.* 41) ista *V.* — illa *A.* 42) illa *V.* — illo *A.* 43) qua — quae *V. A.* 44) definiuntur *A* — definitur *V.* 45) ·IS· syllabam *V.* = *A.* 46) et *V.* = *A.* 47) iam *V.* — iam iam *A.* 48) nominativo casu *V.* = *A.* 49) ·IS· *A.* = *V.* 50) supradicta forma *A.* — supradictae formae *V.* 51) transeant *V.* — transeant et *A.* 52) et *A.* = *V.* 53) et *V.* = *A.* 54) debeant *A.* — debeat *V.*

a) Novum Lucilii fragmentum. Formam *austerissimus* habes apud Scribon. Larg. comp. medic. 142.

131. Item in hac supradicta forma quaeritur qua de causa facillimus, non superlativus gradus facilissimus [55]) esse dicatur; hac de causa, quoniam quaecumque generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiuntur, si superlativos gradus ex se facere possunt, haec in eodem nominativo casu numeri singularis ·SIMUS· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis masculini ostendunt. Nunc si facilis ·SIMUS· syllabas accipiat, numquidnam facillimus et non facilissimus facere ostendat; et ideo facillimus, non facilissimus [a]), gradum suum superlativum esse demonstrat.

V. 178. 132. Propterea etiam hoc [56]) monemus, quod propter sonos metri vel structurae non possint superlativi gradus ante ultimam syllabam ·LIS· syllabam habere constitutam. Sed qua de causa superlativi gradus ante ultimam syllabam propter metricam rationem vel structuram [57]) ·LIS· syllabam non possint habere constitutam, et hoc in metris competenter tractabimus [58]).

133. Item in hac forma qua diximus generis communis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiri, quaeritur qua de causa haec iuvenis dure accipiatur, cum iuvenis communis generis [59]) esse doceatur; quare hoc monemus, quod cuiuscumque generis nomina iunguntur cum alterius generis vocabulo, haec consideranda esse quemadmodum sonos [60]) suos exhibeant, hoc est, si ad coniunctum genus respondeant eius generis esse duas, cuius generis esse oporteat. Sin [61]) vero in sono, hoc est, a genere discrepant, pro locutione accipias. Sed haec apertius, cum de sonis in metris tractare coeperimus, ostendemus [62]).

134. Nunc etiam hoc monemus, quod hoc nomen, id est, iuvenis, in genere neutro propter metri vel structurae sonum numerum pluralem facere prohibeatur [63]).

Sane hoc monemus in hac forma generis communis qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·IS· litteris definiri, quod ex ea forma plures soni, hoc est eo [64]) plura nomina, possint [65]) exhiberi.

De forma generis communis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·IS· litteris definita quemadmodum ex se faciat comparativos vel superlativos nec non et ipsos positivos gradus, vel unum nomen anomalum, quantum ratio poscebat, tractavimus.

Nunc quoniam quemadmodum ex genere communi gradus conlationis fiant, ostendimus, et ideo iam [66]) de genere omni incipiamus.

135. [b]) DE GENERE OMNI. Omnis generis nomina, sicuti supra do-

---

55) facilissimus *V.* — facillimus *A.* 56) etiam hoc *V.* — hoc etiam *A.* 57) structuram *V.* — structurarum *A.* 58) tractabimus *V.* — tractavimus *A.* 59) generis *V.* = *A.* 60) sonos *A.* — sonus *V.* *Cfr. Mai praef.* 61) Sin *V.* — sin *A.* 62) ostendemus *V.* — ostendimus *A.* 63) prohibeatur *V.* — prohibentur *A.* 64) eo *V.* = *A.* 65) possint *V.* — possunt *A.* 66) et ideo iam *V.* — et iam *A.*

a) Locum in V. et A. mutilum: „*et ideo facillimum non*“ supplevimus. b) In sequentibus iterum Cod. P. accedit.

cuimus, in [67]) positivo gradu nominativo casu numeri singularis decem [68]) his formis definiuntur tantum [69]): ·AX· ·EX· ·IX· ·OX· ·ANS· ·ENS· ·ERS· ·ORS· ·US· ·AN·.

136. Nunc earundem rationem subicimus, qua dinoscantur nomina, quemadmodum ex ipsis formis gradus conlationis facere possunt.

137. DE AX. Quaecumque nomina generis scilicet omnis in positivo gradu nominativo casu [70]) numeri singularis ·AX· litteris definiuntur, si V. 179.
comparativos gradus ex se facere possunt, haec in dativo [71]) casu [72]) numeri singularis ·OR· syllabam accipiunt et comparativum gradum generis communis ostendunt. Scilicet quoniam, sicuti saepe diximus, quicumque [73]) comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·IOR· litteris [74]) definiuntur, et non ex illa positione formae qua [75]) ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ·EX· litteris nomina definiuntur, venire intelleguntur, hi generis communis esse reperiuntur, ut puta: hic et haec et hoc audax, huic audaci, hic et haec audacior facere debeat. Nunc haec eadem supradicti generis nomina, quae diximus in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis ·AX· litteris definiri in dativo casu numeri singularis ·US· syllabam accipiunt et non tantum comparativum gradum generis neutri sed et [76]) adverbiorum ostendunt. Scilicet quoniam quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·IUS· litteris definiuntur, hi non tantum generis neutri sed et [77]) adverbiorum esse reperiuntur, ut puta: hic et haec et hoc audax, huic audaci, audacius utrique respondet. Sed tunc hi [78]) generis neutri esse reperiuntur, quando, ut supra diximus, generibus neutris iungi [79]) inveniuntur, ut puta: audacius mancipium; at vero quando non generibus neutris, sed cum alia qualibet [80]) parte orationis miscentur, adverbiorum esse pronuntiantur [81]), ut puta: audacius dixit. Sic et alii comparativi gradus quando generi neutro vel quando adverbio respondeant intelleguntur.

138. Nunc haec [82]) eadem nomina generis scilicet omnis, quae diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·AX· litteris definiri, si superlativos gradus ex se facere possunt, in genetivo casu numeri singularis ·SIMUS· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis masculini ostendunt, ut puta: hic et haec et hoc [83]) audax, huius audacis, hic audacissimus facere debeat. Item haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·SIMA· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini ostendunt, ut puta: hic et haec et hoc audax, huius audacis, haec audacissima facere debeat. At

---

67) in *V. P.* = *A.* 68) decem *V. P.* = *A.* 69) tantum *V. P.* = *A.* 70) nominativo casu *V. P.* = *A.* 71) in dativo *P.* — indicativo *V. A.* 72) casu *V. P.* — gradu *A.* 73) quicumque *V.* — quaecumque *A.* 74) ·IOR· litteris *V. P.* = *A.* 75) qua *V.* — quam *A.* — quae *P.* 76) et *V.* = *A.* 77) et *V.* = *A.* 78) hi *V. A.* = *P.* 79) iungi *V. A.* — iuncti *P.* 80) alia qualibet *V. P.* — aliqualibet *A.* 81) adverbiorum esse pronuntiantur. *V. P.* = *A.* 82) haec *V.* = *A.* 83) et hoc *V. P.* = *A.*

vero haec eadem supradicti generis nomina in supradicto casu ·SIMUM· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis neutri ostendunt, ut puta: hic et haec et hoc audax, huius audacis, hoc audacissimum facere debeat.

139. Sane hoc monemus, ut ex his septem supradictis scilicet formis,
V. 180. id est, ·EX· ·IX· ·OX· ·ANS· ·ENS· ·ERS· ·ORS· quaecumque nomina comparativos vel superlativos gradus [84]) ex se facere possunt, supradatae [85]) formae, qua diximus in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·AX· litteris definiri, disciplinam sequantur, ut puta: simplex, felix, velox, amans, sapiens, iners, vecors. Sic et cetera [86]) talia nomina, quae ex iisdem suprascriptis [87]) formis venire intelleguntur, et comparativos vel superlativos gradus ex se facere possunt, ut supra diximus [88]), supradatae [89]) formae disciplinam sequuntur.

140. Nunc quoniam quemadmodum supradictarum formarum nomina comparativos vel superlativos gradus ex se facere possunt demonstravimus, et ideo iam quot [90]) ex iisdem singulis formis soni exhiberi possint moneamus [91]).

141. Ex forma [92]) generis scilicet omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·AX· [93]) litteris definiuntur, hoc monemus, quod plus quam viginti tres soni, hoc est, quam viginti tria nomina exhiberi non possint.

142. Ex forma generis scilicet [94]) omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis [95]) nomina ·EX· litteris definiuntur, hoc monemus, quod plus quam viginti duo nomina exhiberi non possint.

143. Ex forma generis scilicet [96]) omnis, qua in [97]) positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·IX· litteris definiuntur, hoc monemus quod plus quam quinque [98]) soni, hoc est, quam quinque [99]) nomina exhiberi non possint.

144. Ex forma scilicet omnis generis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·OX· litteris definiuntur, hoc monemus, quod plus quam novem soni, hoc est, quam novem nomina exhiberi non possint.

145. Ex forma scilicet generis omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ANS· litteris definiuntur, hoc monemus, quod eo [100]) plures soni, hoc est, plurima nomina possint exhiberi.

146. Ex forma generis scilicet omnis, qua in positivo gradu nominativo

---

84) comparativos vel superlativos gradus *V.* — comparativos gradus vel superlativos *A.* 85) supradatae *V.* — supradictae *A.* 86) sapiens, iners, vecors. Sic et cetera *V. P* = *A.* 87) suprascriptis *V. P.* — supradictis *A.* 88) diximus *V. A.* — diximus est *P.* 89) supradatae *V.* — supradictae *A.* 90) quot *V.* — quod *A.* 91) possint moneamus *V. P.* — possit monemus *A.* 92) Ex forma *V. P.* — ex hac forma *A.* 93) ·AX· *V. P.* — EX· *A.* 94) generis scilicet *V.* — scilicet generis *A.* 95) numeri singularis *V. P.* = *A.* 96) generis scilicet *V.* — scilicet generis *A.* 97) in *V. A.* = *P.* 98) quinque *V. P.* — duo *A.* 99) quam quinque *V. P.* — duo *A.* (= quam). 100) eo *V. A.* = *P.*

casu numeri singularis nomina ·ENS· litteris definiuntur hoc monemus, quod eo plures soni, hoc est, eo [1]) plurima nomina possint [2]) exhiberi.

147. Ex forma scilicet generis omnis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina ·ERS· litteris definiuntur, hoc monemus, quod eo plures soni [3]), hoc est, eo plurima nomina exhiberi possint.

148. Ex forma scilicet omnis generis, qua in positivo gradu nominativo casu numeri singularis nomina [4]) ·ORS· litteris definiuntur, hoc monemus, quod eo [5]) plus quam octo [6]) soni, hoc est, eo plurima [7]) nomina exhiberi non possint [8]).

149. Nunc etiam hoc quaeritur, qua de causa supradictarum forma- V. 181.
rum nomina generis omnis esse dicantur; hac de causa quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis iisdem supradictis formis definiuntur et ex sua specie vocabula feminina vel neutra [9]) facere possunt, haec generis omnis esse pronuntiantur.

De formis suprascriptis [10]) octo generis scilicet omnis, quemadmodum ex his nomina comparativos vel superlativos gradus facere reperiantur, nec non et [11]) ex singulis formis intra quot sonos exhiberi possint, quantum ratio poscebat, tractavimus.

150. DE ·US·. Quaecumque nomina generis omnis [12]) in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·US· litteris definiuntur, si comparativos gradus ex se facere possunt, haec nomina [13]) in dativo casu numeri singularis ·OR· syllabam [14]) accipiunt et comparativum gradum generis communis ostendunt. Scilicet quoniam, sicuti supra diximus [15]), quicumque comparativi gradus nominativo casu numeri singularis ·IOR· litteris definiuntur et non ex illa positione formae, qua ex genere masculino nominativo casu numeri singularis ·EX· litteris nomina definiuntur, venire intelleguntur, hi [16]) generis communis esse reperiuntur, ut puta: hic et haec et hoc vetus, huic veteri, hic et haec veterior facere debeant.

151. Nunc haec eadem supradicti generis nomina, quae diximus [17]) in supradicto gradu nominativo casu numeri singularis ·US· litteris definiri, in dativo casu numeri singularis ·US· syllabam [18]) accipiunt et non tantum comparativi gradus [19]) generis neutri, sed et adverbiorum esse reperiuntur, ut puta: hic et haec et hoc vetus, huic veteri, veterius utrique respondeat. Sed quando veterius generi neutro vel quando adverbio in comparatione respondeat, iam satis in superioribus ostendimus.

---

[1]) eo *V. P.* = *A.* [2]) possint *V. P.* — possunt *A.* [3]) plures soni *V.* — plures quam octo soni *A.* [4]) nomina *V. P.* = *A.* [5]) eo *V.* = *A.* [6]) octo *V. P.* — XI *A.* [7]) eo plurima *V. P.* = *A.* [8]) possint *V. A.* — possunt *P.* [9]) vel neutra *V. A.* — vel genera neutra *P.* [10]) suprascriptis *V. P.* — supradictis *A.* [11]) et *V. P.* = *A.* [12]) generis omnis *V. P.* = *A.* [13]) nomina *A.* = *V.* [14]) syllabam *V. P.* — syllabas *A.* [15]) diximus *V.* — docuimus *A.* [16]) hi *V. P.* — his *A.* [17]) diximus *V. P.* = *A.* [18]) litteris . . . . . syllabam *V. P.* = *A.* [19]) comparativi gradus *V. A.* — comparativo gradu *P.*

152. Nunc haec eadem nomina generis omnis, quae diximus in po-
sitivo gradu nominativo casu numeri singularis ·US· litteris definiri, si
superlativos gradus ex se facere possunt, haec ex dativo casu numeri
singularis ·I· ultimum omittunt et in eodem dativo casu numeri singula-
F. 17. r. col. a. ris * ·RIMUS·[20]) syllabas accipiunt et superlativum gradum generis mascu-
lini ostendunt, ut puta: hic et haec et hoc vetus, huic veteri, hic
veterrimus facere debeat. Item haec eadem supradicti generis nomina
ex supradicto casu supradictam litteram omittunt et in eodem supradicto
V. 182. casu ·RIMA· syllabas accipiunt et superlativum gradum generis feminini
ostendunt, ut puta: hic et haec et hoc vetus, huic veteri, haec
veterrima facere debeat; at vero haec eadem supradicti generis nomina
ex supradicto casu supradictam litteram omittunt et [21]) in eodem supra-
dicto casu ·RIMUM·[22]) syllabas accipiunt et superlativum gradum gene-
ris neutri ostendunt, ut puta: hic et haec et hoc vetus, huic veteri,
hoc veterrimum facere debeat [23]).

153. Nunc quaeritur, qua de causa vetus in genere neutro numeri pluralis vetera et non veteria faciat; hac [24]) de causa, quoniam [25]) quaecumque vocabula neutra nominativo casu numeri singularis ·US· litteris definiuntur, haec nominativo casu [26]) numeri pluralis ·A· littera post consonantem concluduntur.

154. Sane etiam hoc [27]) monemus in hac forma generis omnis, qua diximus in [28]) positivo gradu, nominativo casu numeri singularis nomina ·US· litteris definiri, quod ex ea forma plus quam III soni, hoc est quam tria nomina non possunt exhiberi [29]).

155. Item in hac forma, qua diximus generis omnis nomina in positivo gradu nominativo casu numeri singularis ·US· litteris definiri, quaeritur, qua de causa vetus omnis generis esse dicatur; hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis ·US· litteris definiuntur et ablativo casu numeri singularis ·E· [30]) vel ·I· littera terminantur, haec, si [31]) ex sua specie vocabula feminina vel neutra facere possunt [32]), generis omnis esse pronuntiantur.

De forma generis omnis, qua in positivo gradu, nominativo casu numeri singularis nomina ·US· litteris definiuntur, quemadmodum ex se faciant comparativos vel superlativos gradus, nec non et [33]) intra quantum numerum esse reperiantur, quantum ratio poscebat tractavimus.

---

[20]) ·RIMUS· *Hic incipit Codex noster Bobiensis* (*B*). [21]) et *V. P.* = *A.* [22]) ·RIMUM· *V. P.* = ·RIMUS· *A.* [23]) *Totum h. l.* Item haec eadem . . . . veterrimum facere debeat, *tali compendio exhibet B.:* Item haec cadem supradicti generis nomina in supradicto casu praedictam litteram omittunt et ·RIMA· et ·RIMUM· syllabas accipiunt, sicque femininum et neutrum genus ostendunt. [24]) hac *B. V. P.* — est hac *A.* [25]) quoniam *B. V. P.* = *A.* [26]) nominativo casu *B. V.* — nominativum casum *A.* [27]) etiam hoc *B. V.* — hoc etiam *A.* [28]) in *B V.* = *A.* [29]) possunt exhiberi *V. A.* — posse exhiberi *A.* [30]) ·E· *B. V. P.* — et *A.* [31]) si *V. A.* — sive *B.* [32]) possunt *B. A.* — possiut *V.* [33]) et *B. V.* = *A.*

156. DE ·AM·. Omnis generis nomen est, quod in positivo gradu ·AM· litteris definitur, id est, nequam. Hoc idem [34]) nomen in positivo gradu tam numeri singularis, quam pluralis aptote declinatur [35]), hoc est, per omnes casus uno sono [36]) pronuntiatur [37]); in comparativo autem ex genere communi nequior, ex genere neutro sive adverbio nequius facere declaratur [38]). Sed quando nequius generi neutro [39]) vel quando adverbio comparetur, in superioribus iam satis tractavimus [40]); at vero in superlativo gradu genere masculino nequissimus, genere feminino nequissima, genere neutro nequissimum facere pronuntiatur [41]).

157. Nunc [42]) quaeritur, qua de causa nequam omnis generis [43]) V. 143.
esse dicatur. Quare hoc monemus, quoniam quaecumque [44]) res sola reperitur, exemplum non habet a quo corrigatur; et ideo quemadmodum ad sonum suum confirmata esse reperitur [45]), necesse est ut sic accipiatur.

*De nomine generis omnis, quod in positivo gradu per omnes casus col. b.
·AM· litteris definitur, quemadmodum per omnes gradus sonet [46]) ostendimus.

158. Sane [47]) quaeritur, qua de causa summus, intimus, extremus, ultimus [48]) et cetera talia, positivi et non superlativi gradus esse reperiuntur [49]); hac de causa, quoniam omnia nomina, generis scilicet masculini, superlativi gradus, exceptis tribus his [50]) anomalis, id est, optimo, pessimo, maximo, nominativo casu numeri singularis, duabus his formis definiuntur tantum ·RIMUS· ·SIMUS·, ut puta: nigerrimus, doctissimus. Nunc cum summus, intimus, extremus, ultimus et cetera talia, nominativo casu numeri singularis, non isdem [51]) supradictis formis definiantur, utique iam non [52]) superlativi, sed positivi gradus nomina esse pronuntiantur.

Item et alia ratio, qua probantur haec [53]) supradicta nomina positivi, non superlativi gradus esse pronuntianda; scilicet quoniam omnia nomina in superlativo gradu, exceptis tribus nominibus [54]) supra memoratis anomalis, nominativo casu numeri singularis quattuor excessusve [55]) syllabis constituta esse reperiuntur; nunc [56]) cum haec intra datum supradictum numerum syllabarum esse reperiuntur [57]), et ideo non superlativi sed positivi gradus nomina esse probantur.

---

[34]) Hoc idem *B.* — hoc id est *V.* — hoc (= idem) *A.* [35]) declinatur *V. A.* — declinantur *B.* [36]) sono *B. A.* — sonu *V.* [37]) pronuutiatur *V. A.* — pronuntiantur *B.* [38]) declaratur *B.* — debeat *V. A.* [39]) generi neutro *V. A.* — genere neutro *P.* — generis neutri *B.* [40]) tractavimus *B.* — ostendimus *V. A.* [41]) pronuntiatur *A.* — pronuntiantur *B. V.* [42]) Nunc *V. A.* — Nun *B.* [43]) omnis generis *B.* — generis omnis *V. A.* [44]) quaecumque *V. P.* — queo *B.* [45]) reperitur *V. A.* — reperiuntur *B. P.* [46]) sonet *A.* — sonent *V.* — *B. h. l. madore corruptus silet.* [47]) Sane *B. V.* = *A.* [48]) ultimus *B. V.* = *A.* [49]) reperiuntur *V. A.* — *B. hiat.* [50]) his *V. A.* = *B.* [51]) isdem *B.* — hisdem *V.* — iisdem *A.* [52]) iam non *B.* — non iam *V. A.* [53]) et alia ratio qua probantur haec *B. P.* — alia ratio quare variantur haec *A.* = *V.* [54]) nominibus *V. A.* — nomenibus *B.* [55]) excessusve *B. A.* — excessu sue *V. P.* [56]) nunc *B. V. P.* = *A.* [57]) reperiuntur *B.* — inveniuntur *V. A.*

159. Item quaeritur, ultimus an ulterioris positivus [58]) gradus esse dicatur? Sed ultimus [59]), si in sua forma secundum supra datam [60]) disciplinam ·OR· syllabam in genetivo casu numeri singularis accipiat [61]) numquidnam [62]) ulterior facere ostentat [63])? et ideo ultimum, non positivum gradum ulterioris esse, demonstrat.

Sane etiam hoc monemus, quod nominibus comparativi vel superlativi gradus haec XI adverbia adiungi [64]) non debeant, id est, adeo, magis, tam, potius, per, bene, valde, minus, plus, satis, nimium, ut puta: adeo doctior vel adeo doctissimus, sed doctior et doctissimus sine adeo dici debeant, sic [65]) et sine aliis [66]) suprascriptis adverbiis comparativi vel superlativi gradus nomina pronuntiari oporteant [67]).

160. Item etiam hoc monemus, quod, si haec eadem [68]) supradicta [69]) adverbia nominibus [70]) positivi gradus inveniantur adiuncta, haec nomina iam [71]) non positivi gradus [72]) potestatem, sed pro [73]) comparativis vel
V. 184. superlativis [74]) in metris vel structuris sint [75]) accipienda, ut puta: adeo doctus et sonat doctior vel doctissimus; sic et alia positivi gradus
F 17. v. col. 2. nomina iuncta * supradictis adverbiis pro [76]) comparativo vel superlativo [77]) sunt accipienda.

Sed quando haec comparativo et quando superlativo gradui [78]) respondeant, in metris propter sonos competenter tractabimus.

161. Sane hoc monemus, quod comparativi gradus nomina ablativo casui [79]) respondeant, ut puta: doctior illo vel illis [80]).

162. Hoc item monemus, quod si nominibus comparativi gradus quam syllabam adiungamus, iam non ablativo, sed nominativo casui [81]) respondere reperiantur, ut puta: doctior, quam ille vel illi [82]). Sic et alia comparativi gradus nomina adiuncta sibi quam syllaba, nominativo, non ablativo casui [83]) necesse est ut respondeant.

163. Item hoc monemus, quod superlativi gradus nomina genetivo casui [84]) respondeant, ut puta: servantissimus aequi; disertissimus Romanorum; omnium, quos terra sustinet, sceleratissimus. Sic et alia superlativi gradus nomina genetivo casui necesse est ut [85]) respondeant.

---

58) positivus *B. V.* — positivi *A.* 59) ultimus *B.* — a in ultimus *A.* = *V.* 60) secundum supra datam *B. V.* — si secundum datam *A.* — si secundum supradictum *P.* 61) accipiat *V. A.* — accipiant *B.* 62) numquiduam *V. A.* — numquinam *B.* 63) ostentat *V.* — ostendat *B. A.* 64) adiungi *V. A.* — iungi *B.* 65) sic *B. V.* = *A.* 66) aliis *B. V. P.* — his *A.* 67) oporteant *V. A. B. ex em. pr. man., quae primum* oporteat *scripserat.* 68) eadem *B. V. P.* = *A.* 69) supradicta *B. A.* — suprascripta *V.* 70) nominibus *V. P.* — nomenib. *B.* — nominis *A.* 71) iam *B. V. P.* = *A.* 72) gradus *B. A.* = *V.* 73) pro *B. V. A.* = *P.* 74) comparativis vel superlativis *V. A.* — comparativi vel superlativi *B.* 75) sint *B. V. P.* — sunt *A.* 76) pro *B. V.* = *A.* 77) superlativo *B. A.* — superlativo gradu *V. P.* 78) gradui *P.* — gradu *B. V. A.* 79) casui *B. A.* — casu *V.* 80) illo vel illis *B. V.* — illis vel illo *A.* 81) casui *B. V. P.* — casu *A.* 82) quam ille vel illi *B. V.* — quam illi vel quam ille *A.* 83) casui *B. V. P.* — casu *A.* 84) casui *B. V. P.* — casu *A.* 85) ut *B. V. P.* = *A.*

De comparatione, quantum ratio poscebat, tractavimus.

164. DE ORDINE. Ordines nominum [86]) sunt III: positio, derivatio [87]), deminutio.

165. Positio nominum est ipsa origo, ut puta: mons, fons [88]) et cetera talia. Derivatio nominum est [89]), quae ex [90]) ipsa positione nominum concipitur. Haec biformi specie nascitur, ut puta: a monte, montius [91]) et montanus, a fonte, fontius et fontanus [92]); sic et cetera talia nomina [93]) a derivatione biformi figura nascuntur.

166. Diminutio nominum est, quando ex ipsa positione nominum unaquaeque res breviatur, ut puta: a monte, monticulus, a fonte, fonticulus [94]); sic et cetera deminutionis dinoscuntur [95]), cum a [96]) sua positione breviantur.

167. Nunc et hic [97]), sicuti in gradibus conlationis [98]), considerandum est, quod non omnia nomina per omnes ordines [99]) semper perseverant. Interdum enim inveniuntur nomina, quae in positione et [100]) derivatione tantum sint constituta, ut puta: pater, paternus et patrius; qua ratione Vergilius — patrius amor [a]) — et Terentius — patrium monumentum [b]) — dicendum esse censuerunt. Interdum in positione et deminutione tantum, ut puta: canis, catulus. Frequenter vero per omnes ordines perseverant, ut puta: mons, montius vel [1]) montanus et [2]) monticulus.

168. Nunc et hic quaeritur, qua de causa non omnia nomina per V. 185.
omnes ordines semper [3]) perseverant; quare hoc monemus, sicuti in comparatione monuimus, * quod eorundem sonos cum syllabis et accentibus col. b.
in metris competenter tractare debeamus [4]), scilicet ut [5]), quando haec nomina derivationem vel deminutionem [6]), sustinere possint, doceamus.

De ordine nominum, quantum ratio poscebat, tractavimus.

169. DE CASIBUS. Casus sunt VI: nominativus, genetivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus. Casus autem dicti sunt, quod per eos partes aliquae orationis in declinationem [7]) cadant.

170. DE NUMERIS. Numeri nominum sunt III: singularis [8]), pluralis et communis [9]). Singularis ut unus; pluralis, ut duo vel eo plures [10]),

---

[86]) nominum *V. A.* — numinum *B.* [87]) derivatio *V. A.* — dirivatio *B.* [88]) fons *A.* — pons *V.* [89]) ipsa origo.... nominum est = *B.* [90]) quae ex *V.* — qua ex *A.* — quae et *B.* [91]) montius *B. V. P.* — montinus *A.* [92]) a fonte fontius et fontanus *B. A.* — a ponte pontius et pontanus. [93]) nomina *B. V.* = *A.* [94]) fonte fonticulus *B. A.* — ponte ponticulus *V.* [95]) dinoscuntur *V. A.* — dinuscuntur *B.* [96]) cum a *B. V. P.* — non a *A.* [97]) et hic *B. V.* — etiam hic *A.* [98]) conlationis *V. B. P.* — conlationes *A.* [99]) omnes ordines *B. A.* — ordines omnes *V.* [100]) et *B. A.* — et in *V.* [1]) vel *B. V.* — et *A.* [2]) et *B. V.* = *A.* [3]) per omnes ordines semper *B. V. P.* — per omnes casus *A.* [4]) tractare debeamus *B.* — tractabimus *V.* — tractavimus *A.* [5]) ut *B.* = *V. A.* [6]) vel deminutionem *V. A.* = *B.* [7]) declinationem *V.* — declinationes *A.* — declinatione *B.* [8]) singularis *B. V.* — singularis et *A.* [9]) communis, *post h. v. P. habet inscriptionem:* De numeris tribus necessaria ratio, *quam reliqui omnes omittunt.* [10]) eo plures *V. A. B. ex em. pr. m.* — eo plurules *B. a pr. m.*

a) Virg. Aen. I. 643. 644. *b*) Terent. Eunuch. prol. 13.

communis autem numerus dicitur, qui singulare et plurale nomen continere invenitur, ut puta: dies, nubes, acies et cetera talia. Quae [11]) scilicet ad [12]) singularem et ad [13]) pluralem numerum respondere reperiuntur, haec communis numeri esse [14]) pronuntiantur. Sane etiam hoc monemus, quod haec nomina non secundum communem numerum per omnes casus perseveraut; scilicet quoniam [15]) si est dies communis numeri, diei autem singularis, dierum vero pluralis, et ideo, ut diximus, haec nomina per casus secundum suum numerum sunt pronuntianda.

171. DE ACCENTU. De accentibus [16]) autem, quia non brevis ratio est, in metris cum syllabis competenter tractabimus [17]). Nunc quoniam, quae accidunt [18]) nomini ex ordine universa [19]) tractavimus, et ideo iam ablativus [20]) casus numeri singularis quibus vel quot litteris definiatur [21]), doceamus.

172. DE ABLATIVO CASU. Ablativus casus numeri singularis VII his litteris definitur tantum, hoc est vocalibus V ·A· ·E· ·I· ·O· ·U·; semivocalibus duabus ·M· ·S·. Harum singularum rationem subicimus [22]), qua dinoscantur nomina, quemadmodum secundum formas suas [23]) per casus declinentur.

173. DE ·A· [24]). ·A· littera [25]) ablativus casus numeri singularis terminatus genera haec tria continet tantum: masculinum, femininum, commune.

174. DE GENERE MASCULINO. Masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis IV his [26]) formis definiuntur [27]) tantum: ·A· ·IA· ·AS· ·ES·.

175. DE ·A·. Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu,
V. 186. numeri singularis ·A· littera terminantur, et nominativo casu numeri sin-
F. 18. r. col. a. gularis ·A· littera post consonantem definiuntur, *ut puta: ab hoc Catilina [28]), hic Catilina, haec ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis [29]): hic Catilina, huius Catilinae, huic Catilinae, hunc Catilinam, o Catilina, ab hoc Catilina. Numeri pluralis [30]): hi Catilinae, horum Catilinarum, his Catilinis, hos Catilinas, o Catilinae, ab his Catilinis.

Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri sin-

---

[11]) Quae *V. A.* — qua *B.* [12]) ad *V. A.* = *B.* [13]) ad *B V. P.* = *A.* [14]) esse *B. V. P.* = *A.* [15]) quoniam *B. V. A.* = *P.* [16]) accentibus *B. V. P.* — accentu *A.* [17]) tractabimus *V.* — tractavimus *B. A.* [18]) accidunt *V. A B. ex em. pr. m.* — accedunt *B. a pr. m.* [19]) universa *B. V. A.* — universe *P.* [20]) ablativus *B.* — ablativos *V. A.* — ablativi *P.* [21]) definiatur *B.* — definiantur *V. A.* [22]) subicimus *A.* — subiicimus *B. V. const. cfr. Lindem. ad Pomp. p.* 75. [23]) suas *B. V. P.* = *A.* [24]) De ·A· *B. V.* — — de ·A· littera *A.* [25]) ·A· littera *B. V.* — ·A· (=littera) *P.* = *A.* [26]) his *B. V.* — iis *A.* [27]) definiuntur *B. V. P.* — definiantur *A.* [28]) Catilina *V. A.* — Catillina *B. const.* [29]) numeri singularis *B.* — numero singulari *V.* — numerus singularis *A.* [30]) Numeri pluralis *B.* — numero plurali *V.* — numerus pluralis *A.*

gularis ·A· littera terminantur et [31]) nominativo casu numeri singularis ·A· littera post consonantem definiuntur, ad exemplum Catilinae per omnes casus declinantur.

176. Nunc hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu [32]) numeri singularis ·A· littera nomina terminari et nominativo casu numeri singularis ·A· littera post consonantem definiri, quod ex ea plus quam ducenti septuaginta tres soni, hoc est, quam ducenta septuaginta tria nomina non possint exhiberi [33]).

De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ·A· littera post consonantem definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus [34]).

177. DE ·IA·. Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri [35]) singularis ·A· littera [36]) terminantur, et nominativo casu [37]) numeri singularis [38]) ·IA· litteris definiuntur, ut puta [39]): ab hoc Sosia, hic Sosia, haec ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis [40]): hic Sosia, huius Sosiae, huic Sosiae, hunc Sosiam, o Sosia, ab hoc Sosia. Numeri pluralis [41]): hi Sosiae, horum Sosiarum, his Sosiis, hos Sosias, o Sosiae, ab his Sosiis.

Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur [42]), et nominativo casu numeri singularis ·IA· litteris, non ·IA· syllaba definiuntur [43]), per omnes [44]) casus declinantur.

178. Nunc in hac supradicta forma hoc [45]) monemus, quod quaecumque nomina generis scilicet masculini unumquemlibet casum ad formam [46]) Sosiae facere inveniuntur, haec dativo et ablativo casu numeri pluralis ante [47]) ultimam consonantem per duas ·I· [48]) litteras scribuntur.

179. Nunc in hac supradicta [49]) forma quaeritur qua de causa nomina

---

31) et *B. A.* — a *V.* 32) ablativo casu *B. V.* — ablativum casum *A.* — ablativi casus *P.* 33) *Totum hunc locum* Sic et alia . . . . non possint exhiberi *ita contraxit librarius B:* „Si (*sic pro* sic) et alia nomina supradictae formae, quae nominativo et ablativo casu post consonantem ·A· littera terminantur, ad exemplum Catilinae per omnes casus declinantur. Hoc monemus quod in ac (*sic pro* hac) forma plus quam CCXXIII soni, hoc est CC[a] et XXIII[a] nomina non possint exhiberi.“ 34) De forma — tractavimus *V. P. Locus in B et A. in hunc modum contractus:* „De forma generis masculini qua (quae *A.*) nominativo et (*duo haec verba* = *A.*) ablativo casu singularis numeri (numeri singularis *A.*) ·A· littera post consonantem definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.“ 35) numeri *V. A.* — nomeri *B.* 36) ·A· littera *B. V.* — ·IA· litteris *A.* 37) nominativo casu *B. V. P.* — nominativum casum *A.* 38) numeri singularis *B.* (*sed vitiose* mumeri) *V.* — singularis numeri *A.* 39) ut puta *V. A.* — ut pota *B.* 40) numeri singularis *B.* — numero singulari *V. A.* 41) numeri pluralis *B.* — numero plurali *V. A.* 42) ·A littera terminantur *B.* — ·IA· litteris definiuntur *V. A.* 43) definiuntur — finitur *B.* — terminantur *V. A.* 44) omnes *V. A.* — omnis *B.* 45) hoc *B.* — haec *V. V.* 46) formam *V. A.* — forma *B.* 47) ante *V. A.* — post *B.* 48) ·I· *V. A.* — ·II· *B. ita et mox infra:* 49) supradicta *V. P.* = *B.*

in dativo vel ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas ·I· litteras scribantur [50]). Hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·A· littera [51]) terminantur, haec in dativo vel [52]) ablativo casu numeri pluralis cum eodem dativo et abla-
V. 187. tivo [53]) casu numeri singularis pari numero [54]) syllabarum oportet pronuntiari.

180. Item etiam hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera [55]) terminari, et nominativo casu numeri singularis ·IA· litteris definiri [56]), quod ex ea plus quam XXXII soni, hoc est, XXXII nomina [57]) non possint [58]) exhiberi [59]).

De forma generis masculini, qua [60]) ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera [61]) terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·IA· litteris, non ·IA· syllaba, definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus [62]).

181. DE ·AS·. Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, et nominativo casu numeri singula-
col.b. ris [63]) ·AS· litteris definiuntur, * ut puta: ab hoc Aenea, hic Aeneas, haec ad hoc exemplum declinantur [64]):

Hic Aeneas, huius Aeneae, huic Aeneae, hunc Aenean, o Aenea, ab hoc Aenea.

182. Haec numerum pluralem non admittunt [65]), scilicet quoniam quaecumque nomina latina dumtaxat [66]) generis masculini accusativo casu numeri singularis ·AN· litteris definiuntur, haec pluralem sonum facere prohibentur. Sed qua de causa haec supramemoratae [67]) formae nomina pluralem sonum facere prohibeantur [68]), hi Aeneae [69]), in metris competenter tractabimus [70]).

183. Nunc hoc monemus, quod in hac forma [71]) generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera terminari [72]) et nominativo casu numeri singularis ·AS· litteris definiri [73]), quod ex ea plus

---

[50]) Nunc in hac.... scribantur, *totam hanc interrogationem* = *A.* (*P. habet*). [51]) ·A· littera *B.* — ·IA· litteris *V. A* [52]) vel *B.* — et *V. A.* [53]) cum eodem dativo et ablativo — cum eo dativo et ablativo *P.* — cum eodem ablativo *B. V.* — cum eodem ablativo casu numeri pluralis cum eodem ablativo *A.* [54]) numero *V. A.* — nomero *B.* [55]) ·A· littera — ·IA· litteris *V. A.* [56]) ablativo casu.... ·IA· litteris definiri *V. A.* = *B.* [57]) hoc est XXXII nomina *B. V. P.* = *A.* [58]) possint *B. V. P.* = *A.* [59]) exhiberi *V. A.* — exiberi *B.* [60]) qua *V.* — quae *A.* [61]) ·A· littera — ·IA· litteris *V. A.* [62]) De forma.... tractavimus *V. A. Locum sic contrahit B:* „De forma hac, quantum ratio poscebat tractavimus.“ [63]) ·A· littera.... numeri singularis *B. V. P.* = *A.* [64]) In *A paradigmati praefigitur inscriptio:* numero singulari, *quam B. et V. non agnoscunt.* [65]) Haec numerum (*nomerum B.*) pluralem non admittunt *B. V.* — numero plurali non declinatur (*declinantur P.*) *A. P.* [66]) dumtaxat *B. V.* — duntaxat *A.* [67]) supra memoratae *B. V. P.* — supradictae *A.* [68]) prohibeantur *B* — prohibentur *V. A.* [69]) hi Aeneae *B.* = *V. A.* [70]) tractabimus *V.* — tractavimus *B. A.* [71]) quod in hac forma *B.* — in hac forma *V.* = *A.* [72]) terminari *V. P.* — definiri *A.* [73]) litteris definiri *V. P.* — litteras (*sic*) terminari *A.*

quam octoginta duo soni, hoc est, octoginta duo nomina non possint [74]) exhiberi [75])

De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ·AS· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus [76]).

184. DE ·ES·. Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis [77]) ·ES· litteris definiuntur, ut puta: ab hoc Anchisa, hic Anchises, haec ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis [78]): hic Anchises, huius Anchisae, huic Anchisae, hunc Anchisen [79]), o Anchisa [80]), ab hoc Anchisa.

185. Haec numerum pluralem non admittunt, scilicet quoniam quaecumque nomina [81]) dumtaxat generis masculini accusativo casu numeri singularis ·EN· [82]) litteris definiuntur et ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, haec pluralem sonum facere prohibentur. Sed qua de causa haec [83]) supra memoratae formae nomina pluralem sonum V. 188.
facere prohibeantur [84]), hoc [85]) in metris competenter tractabimus [86]).

186. Nunc hoc monemus in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu [87]) numeri singularis [88]) nomina ·A· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·ES· definiri, quod ex ea [89]) plus quam [90]) XXVII soni, hoc est, quam [91]) XXVII [92]) nomina non possint [93]) exhiberi [94]).

De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis [95]) ·ES· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus [96]).

Nunc in his nominibus generis scilicet masculini, qua [97]) diximus abla-

---

[74]) possint *V. P.* — possunt *A.* [75]) Nunc hoc monemus . . . . possint exhiberi. *Hunc locum sic contractum habet B:* „Nuno hoc monemus quod in hac forma plus quam XXXII soni hoc est XXXII nomina non possint exhibere (*sic*). [76]) De forma.... tractavimus *V. A.* — De forma supradicta generis masculini, quantum ratio poscebat, tractavimus *B.* [77]) ·A· littera . . . . numeri singularis *B. V. P.* = *A.* [78]) numeri singularis *B.* — numero singulari *V. A.* [79]) hunc Anchisen *B. V. P.* — hunc Anchisan *A.* [80]) o Anchise *P.* — o Anchisa *V. A.* o Anchises *B.* [81]) nomina *V. A.* — nomina latina *B. male, nam nomina latina sic exeuntia non habentur.* [82]) ·EN· *B.* — ·AN· *V. A.* — ·ES· *P.* [83]) haec *V. A.* = *B.* [84]) prohibeantur *B.* — prohibentur *V. A.* [85]) hoc *B. V. P.* — haec *A.* [86]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B. P.* [87]) qua diximus ablativo casu *V.* — qua diximus ablativi casus *P.* = *A.* [88]) numeri singularis *V.* — singularis numeri *A.* [89]) ea *V. P.* — eo *A.* [90]) plus quam *V.* — plures quam *A.* [91]) XXVII soni hoc est quam *V.* = *A.* [92]) XXVII nomina *V.* — XXIII nomina *B.* [93]) possint *V.* — possunt *A.* [94]) Nunc hoc monemus . . . . possint exhiberi. *Totus locus sic contractus est in B.* Nunc hoc monemus in ac (*sic*) supradicta forma, quod ex ea plus quam XXVII soni, hoc est XXVII nomina non possint exiberi (*sic*). [95]) ·A· littera . . . . uumeri singularis *V. P.* = *A.* [96]) De forma . . . tractavimus. *Haec sic abbreviata sunt in B:* De forma autem supradicta in genere masculino, quantum ratio poscebat tractavimus. [97]) qua *B.* — quae *V.* — quod *A.*

tivo casu [98]) numeri singularis nomina [99]) ·A· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis [100]) suprascriptis [1]) formis definiri, quaeritur qui casus quem casum [2]) regere possit, et ideo eosdem subicimus [3]), ut [4]) quemadmodum se [5]) regere possint doceamus [6]).

187. De nominativo casu numeri singularis, qui ·A· littera post consonantem terminatur [7]). Quaecumque nomina generis masculini nominativo casu [8]) numeri singularis ·A· littera [9]) post consonan-
F. 18. v. col. a. tem terminantur, et aptota esse non inveniuntur [10]), * haec ad sonum Catilinae per ceteros casus declinantur.

188. De accusativo casu numeri singularis, qui ·AM· [11]) litteris post consonantem definitur. Quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis ·AM· litteris post consonantem concluduntur, et aptota esse non inveniuntur, haec ad sonum Catilinae per ceteros casus declinantur.

189. De nominativo et vocativo casu numeri pluralis, qui ·AE· litteris post consonantem definiuntur [12]). Quaecumque nomina generis masculini nominativo vel vocativo casu numeri pluralis ·AE· litteris post consonantem definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, haec ad sonum Catilinae per ceteros casus declinantur.

190. De genetivo casu numeri pluralis, qui ·ARUM· litteris post consonantem definitur [13]). Quaecumque nomina generis masculini genetivo casu numeri pluralis ·ARUM· litteris post consonantem definiuntur, haec ad sonum Catilinae per omnes [14]) casus declinantur.

191. De accusativo casu numeri pluralis [15]), qui ·AS· litteris post consonantes definitur. Quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri pluralis ·AS· litteris post consonantem definiuntur, et aptota esse non reperiuntur, haec ad sonum Catilinae per ceteros casus declinantur.

192. De accusativo casu numeri singularis, qui ·AN· litte-
V. 189. ris definitur [16]). Quaecumque nomina generis masculini [17]) accusativo casu numeri singularis ·AN· [18]) litteris definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, haec ad sonum Aeneae [19]) per ceteros casus declinantur.

193. De genetivo vel dativo casu numeri singularis, qui

---

[98]) ablativo casu *B. V. A.* — ablativi casus *P.* [99]) nomina *P.* = *B. V. A.* [100]) ·A· littera .... numeri singularis *B. P.* = *V. A.* [1]) suprascriptis *B. V P.* — supradictis *A.* [2]) casum *B. A.* — casus *V.* [3]) subiicimus *A.* — subicimus *B. V.* [4]) ut *V. A. B. a pr. m.* — et *B. ex em.* [5]) se *B. V. A.* = *P.* [6]) doceamus *V. A.* - tractavimus *B.* [7]) De nominativo ..... terminatur *V. A.* = *B.* [8]) nominativo casu *V. A.* — nominativi casus *B.* [9]) littera *V. A.* — litteram *B.* [10]) inveniuntur *B. A.* — invenientur *V.* [11]) ·AM· *A.* — ·EM· *V. P. Totum titulum* = *B.* [12]) *Titulus in B. est*: De nominativo casu numeri pluralis. [13]) *Titulus in B. est:* De genitivo plurali. [14]) omnes *V. A.* — omnis *B.* [15]) De accusativo casu numeri pluralis *V.* — De accusativo pluralis *A. Ceterum totum hunc locum de accusativo plurali in AS.* = *B.* [16]) *Titulus in B. est:* De accusativo singulari. [17]) generis masculini *B. V.* — masculini generis *A.* [18]) ·AN· *B. V. P.* — ·AM· *A.* [19]) Aeneae *V A.* — inee *B.*

·AE· litteris post consonantem definiuntur [20]). Quaecumque nomina generis masculini [21]) genetivo vel dativo casu numeri singularis [22]) ·AE· litteris post consonantem definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus per quos appareant [23]) ad quam formam pertinere reperiantur. Ceterum ablativo casu numeri singularis ad formam Catilinae nec non et Anchisae declinantur, et ideo eosdem casus, quibus indigent [24]) subicimus, ut appareant per quos casus ad quam formam [25]) pertinere [26]) reperiantur.

194. Quare quaecumque nomina generis masculini genetivo vel dativo casu numeri singularis ·AE· litteris post consonantem definiuntur, si nominativum vel accusativum casum [27]) numeri singularis, vel alium quemlibet casum numeri pluralis ad formam Catilinae facere reperiuntur [28]), tunc haec per ceteros casus ad sonum Catilinae declinantur.

195. Quaecumque autem nomina generis masculini genetivo vel dativo casu numeri singularis ·AE· litteris definiuntur, si nominativum vel accusativum casum numeri singularis [29]) ad formam Aeneae facere reperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum [30]) Aenēae declinantur.

196. Quaecumque vero nomina generis masculini genetivo vel dativo casu numeri singularis ·AE· litteris post consonantem definiuntur, si nominativum, aut accusativum vel vocativum casum [31]) numeri singularis ad formam Anchisae [32]) facere reperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum [33]) Anchisae [34]) declinantur [35]).

197. De vocativo casu numeri singularis, qui ·A· littera post consonantem terminatur [36]). Quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis ·A· littera [37]) post consonantem terminantur, * et aptota esse non inveniuntur, haec indigent [38]) aliis [39]) col. b. casibus per quos appareant ad quam formam pertinere reperiantur; ceterum genetivo vel ablativo casu [40]) numeri singularis ad [41]) formam Catilinae declinantur, et ideo eosdem casus, quibus indigent, subicimus, ut appareant per quos casus ad quam formam pertinere reperiantur [42]).

---

[20]) definiuntur *V.* — definitur *A. Titulus in B. est:* De genitivo et dativo nomeri (*sic*) singularis. [21]) generis masculini *B. V.* = *A.* [22]) genitivo vel dativo casu numeri singularis *V. B.* (*sed* = casu) — casu numeri singularis genitivo vel dativo *A.* [23]) appareant *B A.* (*diserte*) — appareat *V. sed mox infra idem* appareant. [24]) quibus indigent *B* (*sed* indegent) *V. P.* = *A.* [25]) formam *V. A.* — furmam *B.* [26]) pertinere *V. A.* — pertenere *B.* [27]) si nominativum vel accusativum casum *B.* — si nominativum casum *V.* — si nominativo vel accusativo casu *A.* [28]) reperiuntur *B. V.* — reperiantur *A.* [29]) ·AE· litteris.... numeri singularis *B. V.* = *A.* [30]) sonum *B V. A.* formam *P.* [31]) nominativum..... casum *B. V.* — nominativo aut accusativo vel vocativo casu *A* [32]) Anchisae *V. A.* — Auchises *B.* [33]) sonum *V. A.* — sononum *B.* [34]) Anchisae *B. V.* — Aeneae *A.* [35]) *Totus hic locus* Quaecumque vero.... declinantur, *in A. totidem verbis repetitur, nisi quod* vel vocativo casu =, et Anchisae *recte scribatur.* [36]) *Titulus in B. est:* De vocativo singulari. [37]) littera *V. A.* — littera u *B.* [38]) indigent *V. A.* — indegent *B.* [39]) aliis *V. B. P.* — his *A.* [40]) genetivo..... casu *B.* — genitivus vel ablativus casus *V.* [41]) ad *V.* = *B.* [42]) *Totum h. l.* Ceterum genetivo.... pertinere reperiantur = *A.*

198. Quare quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, et aptota esse non inveniuntur, haec si nominativum vel accusativum casum [43]) numeri singularis ad for-
V. 190. mam Aeneae facere reperiantur [44]), tunc per ceteros casus ad sonum Aeneae declinantur.

199. Quaecumque vero [45]) nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis ·A· littera post consonantem terminantur, et aptota esse non reperiuntur, haec si nominativum et accusativum casum [46]) numeri singularis vel alium quemlibet numeri pluralis [47]) ad formam Catilinae facere reperiantur, tunc per ceteros casus ad sonum Catilinae declinantur.

200. De ablativo casu [48]) numeri singularis, qui [49]) ·A· littera post consonantem terminatur [50]). Quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·A· littera post consonantem terminantur, et aptota esse non reperiuntur [51]), haec indigent aliis casibus [52]) per quos appareant ad quam [53]) formam pertinere reperiantur; ceterum genetivo et dativo [54]) casu numeri singularis ad formam Catilinae nec non et Anchisae declinantur, et ideo eosdem casus, quibus indigent, subicimus, ut appareant per quos casus ad quam formam [55]) pertinere reperiantur.

201. Quare quaecumque nomina generis masculini ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur et aptota esse non inveniuntur, haec si nominativum vel accusativum casum [56]) numeri singularis ad formam Aeneae facere reperiuntur, tunc per ceteros casus ad sonum Aeneae declinantur.

202. Quaecumque vero generis masculini nomina [57]) ablativo casu numeri singularis ·A· littera post consonantem terminantur et aptota esse [58]) non inveniuntur, haec si nominativum aut accusativum casum [59]) numeri singularis, vel alium quemlibet casum numeri pluralis ad formam [60]) Catilinae facere reperiuntur, tunc per ceteros casus ad sonum Catilinae declinantur.

203. De dativo et ablativo casu numeri pluralis, qui [61]) ·IS· litteris post consonantem definiuntur [62]). Quaecumque nomina

---

[43]) nominativum ..... casum *B. V.* — nominativo vel accusativo casu *A.* [44]) reperiantur *B.* — reperiuntur *V. A.* [45]) vero *B. V.* = *A.* [46]) nominativum ..... casum *B. V.* — nominativo et accusativo casu *A.* [47]) vel alium .... pluralis *V. A.* = *B.* [48]) casu *V.* = *A.* [49]) qui *V. P.* = *A.* [50]) terminatur *V. P.* — terminante *A. Titulus in B. est:* De ablativo singulari. [51]) reperiuntur *B.* — inveniuntur *V. A.* [52]) casibus *V. A. B. ex em. pr. m.* — vocalibus *B. a pr. m.* [53]) quam *B. V. P.* = *A.* [54]) et dativo *B.* = *V. A.* [55]) formam *B. V.* = *A.* [56]) nominativum vel accusativum casum *V. B.* (*sed* = casum) — nominativo vel accusativo casu *A.* [57]) generis masculini nomina *V.* — masculini generis nomina *A.* — masculini generis (= nomina) *B.* [58]) esse *V. A.* — ē (*id est:* est) *B. vitiose pro* ēē (esse). [59]) nominativum .... casum *B. V P.* — nominativo aut accusativo casu. *A.* [60]) formam *V. A.* — forma *B.* [61]) qui *V. P.* = *A.* [62]) definiuntur *V. P.* — definientibus *A*: *In B. titulus est:* De dativo et ablativo plurali.

generis masculini dativo vel ablativo casu [63]) numeri pluralis ·IS· litteris [64]) post consonantem definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus per quos appareant [65]) ad quam formam pertinere reperiantur, et ideo eosdem casus, quibus indigent, subicimus, ut appareant per quos casus [66]) ad quam formam [67]) pertinere reperiantur.

204. Quare quaecumque nomina generis masculini dativo et ablativo casu numeri pluralis ·IS· litteris post consonantem definiuntur [68]), haec si alium quemlibet casum ad formam Catilinae facere reperiuntur [69]), tunc per ceteros casus [70]) ad sonum Catilinae declinantur.

205. *De nominativo casu numeri singularis, qui ·AS· litte- F. 19. r. col. a.
ris definitur [71]). Quaecumque nomina generis masculini nominativo V. 191.
casu numeri singularis ·AS· litteris definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus per quos appareant ad quam formam pertinere reperiantur.

206. Quare quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis ·AS· litteris definiuntur, et aptota esse non inveniuntur, si alium quemlibet casum ad formam Aeneae facere reperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum Aeneae declinantur.

207. Nunc [72]) in hac suprascripta [73]) forma qua diximus generis masculini nomina nominativo casu numeri singularis [74]) ·AS· litteris definiri, quaeritur qua de causa Maecenas [75]), huius Maecenatis, et non huius Maecenae, facere reperiatur [76]). Hac de causa quoniam cuiuscumque generis nomina nominativo et [77]) vocativo casu numeri singularis ·AS· litteris definiuntur et aptota esse [78]) non reperiuntur, haec genetivo casu numeri singularis, ·IS· litteris concluduntur et [79]) ad formam eorundem nominum, quae [80]) ablativo casu numeri singularis ·E· littera scilicet correpta terminantur, secundum suum genus declinantur [81]). Nunc [82]) cum dicat Vergilius — quo sidere terram Vertere, Maecenas [a]) — utique iam vocativum casum [83]) eiusdem [84]) formae ostendit, qua nomina ablativo casu numeri singularis ·E· littera correpta terminantur, et ideo Maecenas, huius Maecenatis, non Maecenae facere pronuntiatur.

208. De nominativo casu numeri singularis [85]), qui ·ES· lit-

---

63) casu *B. V.* = *A.* 64) ·IS· litteris *V. A.* = *B.* 65) appareant *A.* — appareat *V.* 66) casus *V. P.* = *A.* 67) formam *V. P.* = *A.* 68) *Totum hunc locum* et aptota.... post consonantem definiuntur = *B.* 69) reperiuntur *B. V.* — reperiantur *A.* 70) casus *V. A. B. ex em. pr. m.* — gradus *B. a pr. m.* 71) definitur *V. A.* — definiuntur *B.* 72) Nunc *B. V. A.* — tunc *P.* 73) suprascripta *B. V. A.* — supradicta *P.* 74) generis masculini ....numeri singularis *B. V.* (*sed* = nomina) — genus masculinum *A.* 75) Maecenas etc. *V.* — Mecenas etc. *B.* (*et mox* Micenae) *A. const.* 76) reperiatur *V. A.* — reperiantur *B.* 77) nominativo et *A.* = *B. V.* 78) esse *B. V.* — non esse *A.* 79) et *V. A.* = *B.* 80) quae *B. A.* — qui *V.* 81) declinantur *B. V.* — terminantur *A.* 82) Nunc *B. V.* — Nam *A.* 83) vocativum casum *B. V.* — vocativus casus *A.* 84) eiusdem *B. V.* — eius *A.* 85) numeri singularis *V. B. A.* = *B.*

a) Virg. Georg. I. 1. 2.

teris definitur [86]). Quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis ·ES· litteris definiuntur et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus, per quos appareant [87]) ad quam formam pertinere reperiantur.

209. Quare quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri [88]) singularis ·ES· [89]) litteris definiuntur, excepto accusativo casu numeri scilicet singularis, si alium quemlibet casum ad formam Anchisae facere reperiuntur, tunc [90]) haec per ceteros casus ad sonum Anchisae declinantur.

210. De accusativo casu numeri singularis, qui ·EN· litteris definitur [91]). Quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis ·EN· litteris definiuntur et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus per quos appareant ad quam formam pertinere reperiantur.

211. Quare quaecumque nomina generis masculini accusativo casu
col. b. numeri singularis [92]) ·EN· litteris definiuntur * et aptota esse non inveniuntur, excepto nominativo casu numeri scilicet [93]) singularis, si alium
V. 192. quemlibet casum ad formam Anchisae facere reperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum [94]) Anchisae declinantur.

212. De vocativo casu numeri singularis, qui ·E· littera terminatur [95]). Quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis ·E· littera terminantur et aptota esse non inveniuntur, haec indigent aliis casibus per quos appareant ad quam formam pertinere reperiantur.

213. Quare quaecumque nomina generis masculini vocativo casu numeri singularis ·E· littera terminantur et aptota esse non [96]) inveniuntur, si alium quemlibet casum ad formam Anchisae facere reperiuntur, tunc haec per ceteros casus ad sonum [97]) Anchisae declinantur.

214. Nunc, etsi quis casus [98]) quemadmodum quem casum regat [99]) demonstravimus, attamen [100]) et aliqua nomina subiciemus, ex quibus quis quem casum [1]) regat facillime dinoscatur; ut puta cum dicat Vergilius — Ille inter navemque Gyae [2]) [a]) — nunc iam [3]) quaeritur ceteri casus [4]) Gyae [5]) ad quam formam pertinere reperiantur; et ideo, ut in superioribus tractavimus, sic et probare debebimus [6]), id est, ut huius

---

86) definitur *V. A. P.* — definiuntur *B.* 87) appareant *B. V. A.* — apparet *P.* 88) numeri *V. A.* — numri *B.* 89) ·ES· *B. A.* — ·E· *V.* 90) tunc *V. A.* = *B.* 91) Titulum = *B.* 92) singularis *B. V. A.* — singularis nominativo casu *P.* 93) scilicet *B.* = *V. A. P.* 94) sonum *B. V.* — formam *A.* 95) *Titulum hunc* = *B.* 96) non *B. V. P.* = *A.* 97) sonum *B. V. A.* — formam *P.* 98) etsi quis casus *B. V.* — et si casus *A.* — si quis casus quemlibet *P.* 99) regat *V. A.* — reget *B.* 100) attamen *V. A.* — adtamen *B.* 1) quis quem casum *B. V. P.* — quem ex casu *A.* 2) Gyae *V. P.* — Giae *B. A.* 3) iam *B. V. A.* = *P.* 4) casus *B. V. P.* — casu *A.* 5) Gyae *V. A.* — Giae *B. A.* 6) probare debebimus *B. V. A.* — probabimus debebimus *P.*

a) Virg. Aen. V. 169.

quoque [7]) nominis casus secundum supradatam [8]) disciplinam quemadmodum cuiusque [9]) formae quem casum regat prospiciamus. Nunc cum dicat idem Vergilius — Turbam inter fremitumque Gyas [10]) [a]) — utique iam Gyas [11]) ad [12]) formam Aeneae declinatur; scilicet quoniam sicuti [13]) in superioribus tractavimus, quod quaecumque nomina generis masculini genetivo casu numeri singularis [14]) ·AE· litteris definiuntur et nominativo casu numeri singularis ·AS· [15]) litteris [16]) concluduntur, haec ad formam Aeneae per ceteros casus declinantur. Item quaeritur ab eo, quod dixit Vergilius [17]) — Gyan superare morantem [b]) — Gyan ad quam formam oporteat [18]) declinare? utique ad Aeneae, scilicet quoniam, sicuti supra docuimus quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis ·AN· litteris definiuntur, haec per ceteros casus ad formam Aeneae declinantur [19]).

215. Item quaeritur ab eo, quod dixit Vergilius — segnemque [20]) Menoeten [21]) [c]) — et — fuge saxa [22]), Menoete [23]) [d]) — ad quam formam oporteat declinare [24]) Menoeten [25])? utique ad Anchisae [26]), scilicet quoniam, sicuti supra docuimus, quod quaecumque nomina generis masculini accusativo casu numeri singularis ·EN· [27]) litteris definiuntur et vocativo casu numeri singularis ·E· littera terminantur, haec ad formam Anchisae [28]) per ceteros casus declinantur [29]).

216. Item quaeritur ab eo quod dixit Vergilius — Iam validam Ilionei [30]) navem, iam fortis Achatae [e]) — ablativo casu [31]) numeri singularis qua [32]) littera debeat terminari? utique ·A·; scilicet quoniam, sicuti supra docuimus [33]), quaecumque [34]) nomina genetivo casu numeri singularis ·AE· litteris definiuntur, haec ablativo casu numeri singularis [35]) ·A· littera terminantur. V. 193.

217. * Item quaeritur ab eo, quod dixit idem [36]) Vergilius — qui [37]) F. 19. v. col. a.

---

7) quoque *V. A. P.* = *B.* 8) supradatam *B. P.* — supradictam *V. A.* 9) cuiusque *B. V. P.* — cuius *A. Ceterum ante h. v. inserendum videtur:* quis casus. 10) Gyas *V. A.* — Gias *B. P. et sic const.* 11) utique iam Gyas *B. V. A.* = *P.* 12) ad *B. V. P.* — id *A.* 13) sicuti *B. A.* — sicut *V.* = *P.* 14) numeri singularis *B. V. P.* = *A.* 15) ·AS· *B. V. A.* = *P.* 16) litteris *B. V. P.* — litteras *A.* 17) Vergilius *B. V.* — Virgilius *A. const.* 18) oporteat *B. A.* — oportet *V. P.* 19) scilicet quoniam.... declinantur *V. A. P.* — sicuti supra docuimus *B.* (= *reliq.*) 20) segnemque *V. A. P.* — signeq. *B.* 21) Menoeten *B. V.* — Menaeten *P.* — Menoetem *A.* 22) fuge saxa *V. A.* — fuges ex eo *P.* — pe (*i. e.* pete) saxa *B.* 23) Menoete *B. V. A.* — Maenaete *P.* 24) declinare *B. V. A.* — declinari *P.* 25) Menoeten *B. V.* — Meneten *P.* — Menoetem *A.* 26) Anchisae *B.* — Anchisen *V. A. P.* 27) ·E· *V. P.* — et *A.* 28) Anchisae *V. A.* — Anchise *P.* 29) scilicet quoniam...... declinantur *V. A. P.* — sicuti supra docuimus *B.* 30) Ilionei *V. A. P. B. ex em. pr. m.* — Elionei *B. a pr. m.* 31) ablativo casu *B. P.* — ablativus casus *V. A.* 32) qua *B. V. A.* — a *P.* 33) docuimus *B. P.* — monuimus *V. A.* 34) quaecumque *B. V. A.* — quae *P.* 35) ·AE· litteris ...... numeri singularis *B. V. P.* = *A.* 36) idem *B.* = *V. A. P.* 37) qui *B.* — quis *V. A. P.*

a) Virg. Aen. V. 152. *b*) Virg. Aen. V. 184. *c*) Virg. Aen. V. 173. *d*) Virg. Aen. V. 166. *e*) Virg. Aen. I. 120.

iam locus, inquit [38]), Achate [39]) [a]) — ad quam formam declinari [40]) oporteat? utique ad Anchisae; scilicet quoniam [41]) quaecumque nomina generis masculini vocativo [42]) casu numeri singularis ·E· littera terminantur, et genetivo casu numeri singularis ·AE· [43]) litteris definiuntur, haec per ceteros casus ad sonum [44]) Anchisae declinantur. Qua ratione idem Vergilius hoc ipsum porro [45]) corroborans prosecutus [46]) est dicens [47]): — rapidum ad navis [48]) praemittit Achaten [b]) — scilicet quoniam, sicuti supra monuimus [49]), quod quaecumque nomina genetivo casu numeri singularis ·AE· litteris definiuntur [50]) et vocativo casu numeri singularis ·E· littera terminantur, haec accusativo casu numeri singularis ·EN· litteris definiuntur et per ceteros casus ad formam Anchisae declinantur.

De ablativo casu numeri singularis, qui [51]) ex genere masculino [52]) ·A· littera terminatur [53]), quantum ratio poscebat tractavimus.

218. DE GENERE FEMININO. Feminini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis duabus his formis definiuntur tantum: ·A· et [54]) ·IA· [55]).

219. DE ·A· [56]). Quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·A· littera definiuntur [57]), ut puta: ab hac misera, haec misera, haec ad hoc exemplum declinantur:

Numero singulari [58]): Haec misera, huius miserae, huic miserae, hanc miseram, o misera, ab hac misera; et pluraliter [59]): hae miserae, harum miserarum, his miseris, has miseras, o miserae, ab his misèris.

Sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ·A· littera definiuntur, ad exemplum miserae per omnes casus declinantur.

220. Sane in hac suprascripta forma hoc monemus, quod haec VI nomina tantum, id est [60]), sola, nulla, ulla, alia, utra, altera,

---

[38]) inquit *V. A. P.* — inquid *B. cfr. de hac scriptura Schneider Gramm. I. p.* 254. [39]) Achate *B. V. P.* — Achatae *A. Ceterum post hanc vocem excidisse videtur*: Achates. [40]) decliuari *B. V. A.* — declinare *P.* [41]) scilicet quoniam *B. V. P.* — quoniam scilicet *A.* [42]) vocativo *V. A. P.* — nominativo *B.* [43]) ·AE· *B. V. A.* — ·E· *P.* [44]) sonum *B.* — formam *V. A. P.* [45]) porro — poro *B.* = *V. A. P.* [46]) prosecutus *B. V. P.* — persecutus *A.* [47]) dicens *B.* = *V. A. P.* [48]) navis *B. V.* — naves *A. P.* [49]) monuimus *B. V. P.* — nominavimus *A.* [50]) definiuntur *B. V. A.* — terminantur *P.* [51]) qui *B. V. A.* — quae *P. recte quidem si post vocem* singularis *exciderit* nominum. [52]) masculino *V. A. P. B. ex em. pr. m.* — feminino *B. a pr. m.* [53]) terminatur *B. V.* — terminantur *A. P.* [54]) et *B.* = *V. P.* [55]) duabus his . . . . . ·IA· *B. V. P.* — ·A· littera definiuntur *A.* [56]) De ·A· — *Notandum in P. praeter verba* Quaecumque nomina generis feminini *integrum hunc locum de femininis nominibus, quae nominativo et ablativo singulari ·A· terminantur deesse.* [57]) De ·A· . . . . definiuntur *B. V.* = *A.* [58]) numero singulari *B. A.* — numeri singularis *V.* [59]) et pluraliter *B.* — numero plurali *A.* — numeri pluralis *V.* [60]) id est *B. V.* = *A.*

a) Virg. Aen. I. 459. *b*) Virg. Aen. I. 644.

una[61]), quammaxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmata sint declinari, hoc est, huius solius, huic soli; sic et cetera supradicta nomina in supradictis casibus ad hunc V. 194. sonum anomalum necesse est[62]) pronuntiari; at vero per ceteros casus ad sonum miserae debeant declinari.

221. Nunc etiam hoc monemus, quod haec supradicta nomina propter metra in iisdem[63]) supradictis casibus et anomale* et non anomale col. b. permissa sunt declinari[64]). Sed haec nomina, qua de causa in supradictis casibus[65]) propter structuras sic anomale confirmata sint pronuntiari, et in metris anomale et non anomale permissa sint[66]) declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic competenter tractabimus.

222. Item in hac supradicta forma hoc monemus, quod haec[67]) quinque nomina tantum, id est, dea, sponsa, mula, equa, amica, propter metra et structuras dativo et ablativo casu numeri pluralis sic anomale constituta sint declinari, his deabus, ab[69]) his deabus. Sic et[70]) cetera supradicta nomina iu supradictis casibus ad hunc sonum anomalum necesse est pronuntiari; at vero per ceteros casus ad sonum miserae debeant declinari. Nunc[71]) et haec supradicta nomina, qua de causa propter metra vel structuras in supradictis casibus sic anomale pronuntientur, etiam hoc in ratione metrorum vel structurarum competenter tractabimus[72]).

223. Sane in hac forma, qua diximus generis feminini nomina ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·A· littera[73]) definiri, quaeritur qua de causa Vergilius haec leaena[74]) *) et non lea[75]) pronuntiarit[76])? hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina ablativo casu numeri singularis ·E· littera terminantur[77]) et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem communis generis vel epicoena[78]) appellantur, aut certe anomale pronuntiantur, numquam tamen ad sonum proprium declinantur, ut puta: ab hoc paupere, hic et haec pauper, quod generis communis pro-

---

[61]) sola . . . . una — sola, nulla, alia, utrą, altera, una *B.* — sola, nulla, ulla, utra, una, altera *V.* — sola, ulla, nulla, utra, una, altera *A.* [62]) cst *B. V.* = *A.* [63]) iisdem *A.* — isdem *B.* — hisdem *V.* [64]) et anomale . . . . sunt declinari *B.* (*sed* suut =) — et anomale permissa suut declinari *V.* = *A.* [65]) Sed haec . . . . . in supradictis casibus *B. V.* = *A.* [66]) sint *B. V.* — sunt *A.* [67]) haec *V. A.* — hae *B.* [68]) equa, amica *B.* — amica, equa *V. A.* [69]) ab *B.* — et ab *V. A.* [70]) Sic et *V. A.* = *B.* [71]) Nunc et *B. V.* — *In A. additur:* tantum in ·A· De ·A· Quaecumque nomina generis feminini . . . . . . ·A· littera definiuntur, *quae superius iam legebantur.* [72]) tractabimus *V.* — tractavimus *B. A.* [73]) et nominativo . . . . . ·A· littera *B. V.* = *A.* [74]) leaena *V.* — laena *A.* — leena *B. const.* [75]) lea *B. V.* — lena *A.* [76]) pronuntiarit *B. V.* — pronuntiavit *A.* [77]) terminantur *B. V.* — terminant *A.* [78]) epicoena *B. V.* — epichena *A.*

*) Virg. Eclog. II. 63. et pass.

nuntiatur [79]). Item ab hoc sene, haec anus, quod anomalum appellatur. Item ab hoc passere [80]), hic et haec passer [81]), quod epicoenum enarratur. Item ab hoc capone, haec gallina, quod idem anomalum iudicatur. Sic utique ab hoc leone, haec leaena [82]). Nam Vergilius [83]) secundum sonorum rationem leaenam [84]) anomale, non leam [85]), proprio sono invenitur [86]) pronuntiasse.

224. Item in hac [87]) forma suprascripta quaeritur, qua de causa Vergilius [88]) — pauperque domus [a]) — et non paupera domus pronuntiarit [89])? hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina no-
F. 20. r. col. a. minativo casu numeri singularis [90]) ·ER· litteris definiuntur * et ablativo
V. 195. casu numeri singularis ·E· littera terminantur, et ex sua specie feminina vocabula [91]) facere possunt, haec eadem vocabula feminina nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiuntur, et generis [92]) communis esse pronuntiantur. Nunc cum idem dicat [93]) Vergilius — Pauper in arma pater [94]) [b]) — et — genitore [95]) Adamasto Paupere [c]) — et [96]) ideo pauper domus, non paupera pronuntiavit.

225. Item in hac supradicta forma quaeritur ab eo quod dixit Vergilius — hospita terra [d]) — masculino genere hic hospes, an hospiter, an hospitus facere debeat? sed quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis ·ES· litteris definiuntur, et ex [97]) sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem vocabula feminina nominativo casu numeri singularis ·ES· litteris definiuntur et communis generis esse pronuntiantur, ut puta: hic vates et haec vates, et ideo hospita ab eo, quod est hic hospes venire non [98]) iudicatur. Item quaecumque vocabula masculina [99]) nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiuntur, et ex sua specie feminina vocabula [100]) facere possunt, haec eadem vocabula feminina in [1]) nominativo casu numeri singularis aut iisdem [2]) ·ER· litteris [3]) definiuntur, et generis communis esse pronuntiantur, ut puta: hic volucer et [4]) haec [5]) volucer, aut ab eodem nominativo casu generis masculini in suo nominativo casu per syllabam crescunt, ut puta: hic tener, haec tenera, aut si ab eodem

---

79) pronunliatur *V. A.* — pronuntiantur *B.* 80) passere *B. V.* — pascere *A.* 81) hic et haec passer *B. V.* = *A.* 82) haec leaena *V. A.* = *B.* 83) Nam Vergilius *A.* — Vergilius *B.* — Vergilium *V.* 84) leaenam *B. V.* — leae. Nam *A.* 85) leam *B. V.* — lea *A.* 86) invenitur *B. V.* — videtur *A.* 87) hac *V. A. B. ex em. pr. m.* — ac *B. a pr. m.* 88) Vergilius *V.* — Virgilius *A. B. h. l.* 89) pronuntiarit *B. V.* — pronuntiavit *A.* 90) numeri singularis *B. V.* = *A.* 91) feminina vocabula *B. V.* — vocabula feminina *A.* 92) generis *B. V.* — generi *A.* 93) idem dicat *B. V.* — dicit (= idem) *A.* 94) pauper . . . . pater *B. V.* = *A.* 95) genitore *V. A.* — genetore *B.* 96) et *B. V.* = *A.* 97) ex *B. V.* = *A.* 98) non *B. V.* = *A.* 99) masculina *B. V.* = *A.* 100) feminina vocabula *B.* — vocabula feminina *V. A.* 1) in *B. V.* = *A.* 2) aut iisdem *V.* = *B. A.* 3) ·ER· litteris *B. V.* — litteris ·ER· *A.* 4) et *B* = *V. A.* 5) haec *V. A.* — hae *B.*

a) Virg Aen. XII. 519. *b*) Virg. Aen. II. 87. *c*) Virg. Aen. III. 614. 615. *d*) Virg. Aen. III. 539.

nominativo casu numeri singularis [6]) generis masculini [7]), qui ·ER· litteris definitur in eodem nominativo casu generis sui per syllabam non crescunt, haec in eodem nominativo suo per geminatas consonantes ante ultimam litteram scribuntur, ut puta: hic niger, haec nigra. Nunc [8]) cum hospita nec ab hospite, nec a [9]) volucre aut tenero vel nigro venire reperiatur [10]), et ideo ab hospito [11]) fieri pronuntiatur [12]); scilicet quoniam quaecumque nomina generis masculini nominativo casu numeri singularis ·US· litteris post singularem consonantem definiuntur, et ex sua specie genera feminina facere possunt, haec eadem genera feminina in nominativo casu numeri singularis neque a nominativo casu numeri singularis * generis masculini per syllabam crescunt, neque ante col. b.
ultimam litteram per geminatas consonantes scribuntur, nec generis communis esse inveniuntur, et ideo hospitam, ut supra diximus, quod hospitus faciat ratio supra decursa declarat.

226. Item in hac forma suprascripta quaeritur, ab eo quod dixit V. 196.
Vergilius — quin aspera Iuno [a]) — hic asprus, an asperus, an asper facere debeat?

Quare hoc monemus, quod quaecumque nomina generis feminini ex specie sua vocabula masculina facere possunt, haec eadem vocabula masculina, si in quolibet casu ab iisdem nominibus generis feminini minori numero [13]) syllabarum constituta esse reperiuntur, haec numquam in quolibet casu in ultima [14]) vel paene ultima syllaba [15]) per geminatas consonantes scribuntur, et ideo ab aspera, asprus fieri prohibetur. At vero ab aspera, hic asperus an asper dicatur, hoc in natura syllabarum competenter tractabimus [16]).

227. Nunc hoc monemus in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera terminari et [17]) nominativo casu numeri singularis ·A· littera definiri, quod ex ea quam plures soni, hoc est [18]), quam plurima nomina possint exhiberi.

De forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ·A· littera definiuntur quantum ratio poscebat, tractavimus [19]).

228. DE ·IA· [20]). Quaecumque nomina generis feminini ablativo casu numeri singularis ·A· [21]) littera terminantur, et nominativo casu numeri

---

6) numeri singularis *B. V.* = *A.* 7) generis masculini *V.* — masculini *B.* = *A.* 8) nunc *B. V.* — nec *A.* 9) a *V.* = *B. A.* 10) reperiatur *V. B. ex em. pr. m.* — rereperitatur *B. a pr. m.* — reperiantur *A.* 11) hospito *B.* — hospite *V. A.* 12) pronuntiatur *B. V.* — pronuntiantur *A.* 13) numero *V. A.* — nomero *B.* 14) ultima *B. V.* — ultima syllaba *A.* 15) paene ultima syllaba, *sic utique legendum pro:* post ultima syllaba *B. et* post ultimam syllabam *V. A.* 16) tractabimus *V.* — tractavimus *B. A.* 17) et *V. A.* = *B.* 18) est *V. A.* = *B.* 19) De forma . . . . . tractavimus *V. A.* — — *In B. sic haec decurtata sunt:* De forma supradicta, quantum ratio poscebat tractavimus. 20) *Hic redit Cod. P.* 21) ·A· *B. V. P.* — et ·A· *A.*

a) Virg. Aen. I. 279.

singularis ·IA· litteris discretis definiuntur [22]), ut puta: ab hac miseria, haec [23]) ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis [24]): Haec miseria, huius miseriae, huic miseriae, hanc miseriam, o miseria, ab hac miseria; et pluraliter [25]): hae miseriae, harum miseriarum, his miseriis, has miserias, o miseriae, ab his miseriis.

Sic [26]) et alia generis feminini nomina [27]), quae ablativo casu numeri singularis ·A· littera [28]) terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·IA· litteris, non ·IA· syllaba [29]), definiuntur, ad exemplum miseriae per omnes casus declinantur.

F. 20. v. col. a. 229. Nunc in hac supradicta forma hoc monemus, *quod quaecumque nomina generis scilicet feminini unumquemlibet casum ad formam miseriae facere inveniuntur, haec dativo et ablativo casu numeri pluralis post ultimam consonantem per duas ·I· [30]) litteras [31]) scribuntur.

230. Sane in hac supradicta forma [32]) hoc monemus, quod hoc unum nomen tantum, id est, alia, quammaxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmatum sit declinari, hoc est, huius alius, huic alii, at vero per ceteros casus [33]) ad sonum [34]) miseriae debeat declinari.

231. Nunc etiam hoc monemus, quod supradictum nomen [35]) propter
V. 197. metra in iisdem supradictis casibus et anomale et non anomale [36]) permissum sit declinari. Sed hoc nomen, qua de causa in supradictis casibus propter structuras sic anomale confirmatum sit pronuntiari, et in metris anomale et non anomale permissum sit [37]) declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum venerimus, illic [38]) competenter tractabimus [39]).

232. Item in hac supradicta forma hoc monemus, quod hoc unum nomen [40]) tantum, id est [41]), filia, propter metra et structuras dativo et ablativo casu numeri pluralis sic anomale constitutum sit [42]) declinari, ut his filiabus, ab his filiabus; at vero per ceteros casus ad sonum miseriae debeat declinari. Nunc et hoc supradictum nomen, qua de causa propter [43]) metra vel [44]) structuras in supradictis casibus sic [45])

---

22) ·IA·...... definiuntur *B. V. A.* — a littera definiuntur *P.* 23) haec *B. V.* = *A.* *Ceterum hic aliquid excidit, et quia Noster in formandis phrasibus constare sibi solet, legendum:* ab hac miseria, haec miseria, haec *etc.* 24) numeri singularis *B. V.* — N. S. *A. const.* 25) et pluraliter *B.* — numeri pluralis *V. const.* — N. P. *A. const.* 26) Sic *B. V. P.* — Hic *A* 27) generis feminini nomina *B V.* — nomina generis feminini *A.* 28) ·A· littera *B. V. A.* — ·IA· litteris *P.* 29) ·IA· syllaba *B. V.* — ·A· syllaba *P.* 30) ·I· *B. V. P.* = *A.* 31) litteras *B. A.* — littera *V. sphalmate.* 32) forma *B. V. P.* — causa *A.* 33) casus *V. A.* = *B.* 34) sonum *V. A.* — numen *B.* 35) supradictum nomen *B. V. P.* — haec supradicta nomina *A.* 36) et non anomale *V. A.* = *B.* 37) pronuntiari ..... permissum sit *B. V. P.* = *A.* 38) illic *B. A.* — ibi *V.* 39) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* 40) quod hoc unum nomen *V. A.* = *B.* 41) id est *B. V.* — id est a *A.* 42) sit *V. A.* — sic *B.* 43) propter *V. A.* — proter *B.* 44) vel *B. A.* — et *V.* 45) sic *B. V.* = *A.*

anomale pronuntietur, etiam hoc in ratione metrorum vel [46]) structurarum competenter tractabimus [47]).

233. Sane in hac forma, qua diximus generis feminini nomina ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminari et nominativo casu numeri singularis [48]) ·IA· litteris definiri, quaeritur ab eo quod dixit Salustius [49]) — homo militaris [a]) — qua de causa in genere feminino non faciat [50]) haec militaria? hac de causa, quoniam quaecumque vocabula masculina nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiuntur [51]), et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem vocabula feminina nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiuntur, et communis generis esse pronuntiantur, et ideo haec militaria secundum Salusti [52]) pronuntiationem facere prohibetur [53]).

234. * Item quaeritur in hac supradicta forma [54]) qua de causa nomina col. b.
in dativo vel [55]) ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas ·I· litteras scribantur? hac [56]) de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, haec dativo et [57]) ablativo casu numeri pluralis cum eodem ablativo casu numeri singularis pari numero syllabarum oportet pronuntiari.

235. Nunc hoc monemus in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·IA· litteris [58]) definiri, quod ex ea plures [59]) soni, hoc est [60]) plurima [61]) nomina possint [62]) exhiberi.

De forma generis feminini [63]), qua [64]) ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis V. 198.
·IA· litteris discretis definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

De ablativo casu numeri singularis, qui ex genere feminino ·A· littera terminatur [65]), quantum ratio poscebat tractavimus [66]).

236. De genere communi [67]). Communis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis duabus his formis definiuntur tantum: ·A· ·IA· [68]).

237. Quaecumque nomina generis communis ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis

---

46) vel *B. A.* — et *V.* 47) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* 48) A· littera ..... singularis *B. V.* ≐ *A.* 49) Salustius *B. A.* — Sallustius *V.* 50) faciat *B. V. A.* — faciet *P.* 51) definiuntur *B.* — concluduntur *V. A.* 52) Salusti *B.* — Sallusti *V.* — Sallustii *P.* — Salustium *A.* 53) prohibetur *V.* — prohibentur *B. A.* 54) quaeritur in hac supradicta forma *B.* — in hac supradicta forma quaeritur *V. A.* 55) vel *B.* — et *V. A.* 56) hac *V. A.* — haec *B.* 57) et *B. A.* — vel *V.* 58) litteris *V. A. B. ex em. pr. m.* — littera *B. a pr. m.* 59) plures *sic omnes.* 60) hoc est *B. V.* — id est *A.* 61) plurima *B. V.* — plura *A.* 62) possint *B. V.* — possunt *A.* 63) feminini *B. V.* — masculini *A.* 64) qua *B. V.* — et *A.* 65) terminatur *V.* — terminantur *A.* 66) De ablativo ...... tractavimus = *B.* 67) De genere communi. *B. V.* = *A.* 68) ·A· ·IA· *B.* — ·A· et ·IA· *V.* — ·A· ·ES· ·IA· *A. inserendo simul post h. v. titulum* De genere communi.

a) Sallust. Catil. 45, 2.

·A· littera definiuntur, ut puta: ab hoc et ab hac choraula, hic et haec [69]) choraula, haec ad hoc exemplum declinantur [70]).

Numeri singularis: Hic et haec choraula, huius et huius choraulae, huic et huic choraulae, hunc et hanc choraulam, o et o choraula, ab hoc et ab hac choraula; et pluraliter: hi et hae choraulae, horum et [71]) harum choraularum, his et his choraulis, hos et has choraulas, o et o choraulae, ab his et ab his choraulis.

Sic et alia generis communis [72]) nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ·A· littera definiuntur [73]) ad exemplum choraulae per omnes [74]) casus declinantur.

238. Nunc hoc monemus, in hac forma generis communis, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera terminari et nominativo casu numeri singularis [75]) ·A· littera definiri, quod ex ea plus quam octoginta septem [76]) soni, hoc est, quam [77]) octoginta septem nomina non possint [78]) exhiberi.

De forma generis communis, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ·A· littera definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus [79]).

239. DE ·IA· [80]). Quaecumque nomina generis communis ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·IA· litteris, non ·IA· syllaba definiuntur, ut puta: ab hoc et ab hac custodia [81]), hic et haec custodia [82]), haec ad hoc exemplum declinantur:

F. 21. r. col. a. *Numeri singularis: hic et haec custodia,* huius et huius [83]) custodiae, huic et huic [84]) custodiae, hunc et hanc custodiam, o et o [85]) custodia, ab hoc et ab hac custodia; et pluraliter: hi et hae custodiae, horum et harum custodiarum, his et his [86]) custodiis, hos et has custodias, o et o [87]) custodiae, ab [88]) his et ab his [89]) custodiis.

V. 199. Sic et cetera talia generis communis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis [90]) ·IA· litteris, non ·IA· syllaba definiuntur, ad exemplum custodiae per omnes casus declinantur.

---

[69]) haec *V. A. B. ex em. pr. m.* — ab hac *B. a pr. m.* [70]) declinantur *V. A.* — declinatur *B.* [71]) et *B. V.* — vel *A.* [72]) generis communis *B. V.* — communis generis *A.* [73]) et nominativo . . . . . . definiuntur *B. V.* = *A.* [74]) omnes *V. A.* — omnis *B.* [75]) nomina . . . . . singularis *V. B.* = *A.* [76]) octoginta septem *V. A.* — XXXVII *B. et mox infra* XXXVI. [77]) quam *B. V.* = *A.* [78]) possint *B. V.* — possunt *A.* [79]) De forma . . . . tractavimus *V. A.* — De supradicta forma generis c mmunis, quantum ratio poscebat, tractavimus *B.* [80]) De ·IA· *B. V.* — de ·IA· litteris *A.* [81]) custodia *V. A.* — costodia *B. const.* [82]) hic et haec custodia *V. B. P.* = *A.* [83]) et huius *V. A.* = *B.* [84]) et huic *V. A.* = *B.* [85]) et o *V. A.* = *B.* [86]) et his *V. A.* = *B.* [87]) et o *V. A.* = *B.* [88]) ab *B. V. P.* = *A.* [89]) et ab his *V. A.* = *B.* [90]) ablativo casu . . . . . . numeri singularis *B. V. P.* = *A.*

240. Nunc in hac supradicta forma hoc monemus, quod quaecumque [91]) nomina generis scilicet communis unumquemlibet casum ad formam **custodiae** facere inveniuntur, haec [92]) dativo et ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem [93]) per duas ·I· litteras scribuntur.

241. Item in hac supradicta forma quaeritur qua de causa nomina in dativo vel ablativo casu numeri pluralis ante ultimam consonantem per duas ·I· litteras scribantur [94])? hac [95]) de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, haec dativo vel ablativo casu numeri [96]) pluralis cum eodem ablativo casu numeri singularis pari numero [97]) syllabarum oportet pronuntiari.

242. Nunc [98]) hoc monemus in hac forma generis communis, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera definiri et nominativo casu numeri singularis ·IA· litteris, non ·IA· syllaba definiri [99]), quod ex ea plus quam XXXII [100]) seni, hoc est quam [1]) XXXII nomina non [2]) possint [3]) exhiberi.

243. Sane in his suprascriptis formis generis communis hoc monemus, quod, si eiusdem formae nomina, generis scilicet communis, ex sua specie et ad genera neutra [4]) transeant, haec non secundum genus neutrum, sed pro locutione [5]) sint accipienda, ut puta: **mancipium choraula**, utique non hoc **choraula** [6]) **mancipium**, sed hoc **mancipium choraula est** [7]) accipi debeat, id est, ut sit [8]) hoc **mancipium** generis neutri, et **choraula**, salvo genere suo, nunc locutio. Sic et [9]) cetera alia eiusdem formae generis communis nomina, si [10]) ex sua specie ad genera neutra transeant, sunt pronuntianda.

244. Item et alia ratio, qua [11]) probantur [12]) haec eadem generis communis nomina, quae [13]) diximus nominativo casu numeri singularis ·A· littera [14]) terminari, cum genere neutro, non secundum genus neutrum, declinari scilicet, quoniam quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, haec ab eodem nominativo casu numeri singularis, excepto accusativo et vocativo casu numeri singularis [15]), quos scilicet nomina generis [16]) neutri similis [17]) cum nominativo habere reperiuntur, *in ceteros casus per [18]) syllabas crescunt, col b.

---

91) quod quaecumque *V.* — quod quacumque *B.* — quoniam quaecumque *P.* — quod omnia *A.* 92) haec *B. V.* — haec in *A.* 93) consonantem *B. V.* — syllabam consonantem *A.* 94) Item in hac...... duas ·I· litteras scribantur? *B. V. P.* = *A.* 95) hac *V. A.* — haec *B.* 96) singularis....... numeri *B. V.* = *A.* 97) numero *V. A.* — nomero *B.* 98) nunc *V. A.* — nun *B.* 99) qua diximus..... definiri *V. A.* = *B.* 100) XXXII *B.* — triginta duo *V.* — treginta duo *A.* 1) quam *V.* = *B. A.* 2) non *B. A.* = *V.* 3) possint *B.* — possunt *V. A.* 4) et ad genera neutra *B. V. P.* — et ad sua genera *A.* 5) locutione *V. A* — lucutione *B.* 6) choraula — cholaula *B. h. l.* 7) hoc mancipium choraula est *B V.* — hoc choraula mancipium (= est) *A.* 8) sit *B. V.* — sic *A.* 9) sic et *B.* — sic *V.* — si *A.* 10) si *B. V. P.* = *A.* 11) qua *B. V.* — quae *A.* 12) probantur *B. V.* — probatur *A.* 13) quae *V. A.* — qua *B.* 14) littera *B. V. P.* = *A.* 15) ·A· littera terminantur...... numeri singularis *B. V. P.* = *A.* 16) generis *B. V. P.* — genus *A.* 17) similes *B. V. A.* — similis *P.* 18) per *V.* — in *A.* *Locus in B. evanidus.*

ut puta: hoc [19]) **glossema**, huius **glossematis**, sic et per ceteros, ut V. 200. diximus, casus, excepto accusativo et vocativo casu numeri singularis per syllabas crescunt [20]). Nunc cum **glossemata** [21]) et cetera talia in genere neutro a nominativo casu numeri singularis per ceteros casus talem sonum facere reperiantur [22]), et ideo cum eodem genere neutro secundum locutionem, non secundum genus neutrum oportet declinari.

245. Item et alia ratio, qua probentur [23]) haec eadem generis communis nomina, quae diximus nominativo casu numeri singularis ·A· littera terminari, cum genere neutro, non secundum genus neutrum, declinari [24]); scilicet quoniam quaecumque nomina generis neutri nominativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, haec sonos latinos efficere [25]) non possunt.

Item quaeritur qua de causa haec [26]) suprascriptae formae nomina generis communis esse dicantur? hac [27]) de causa, quoniam quaecumque masculina vocabula nominativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur [28]), et ex sua specie vocabula feminina facere possunt, haec eadem nomina generis communis esse pronuntiantur.

De forma generis communis, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·A· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ·IA· litteris [29]) definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus [30]).

De ablativo casu numeri singularis, qui ex genere communi ·A· littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus, et ideo iam [31]) de ablativo casu numeri singularis, qui ·E· littera terminatur, incipiamus [32]).

246. DE ·E· [33]). ·E· littera ablativus casus numeri singularis [34]) terminatus duplicem declinationis continet formam. Una enim est, quae ab ·E· producto venire intellegitur [35]); alia vero, quae [36]) ab ·E· correpto venire reperitur; et ideo utriusque formae rationes subicimus [37]).

247. De ·E· producto [38]). ·E· littera producta ablativus [39]) casus numeri singularis terminatus femininum genus continet tantum.

248. De genere feminino [40]). Feminini generis nomina latina

---

[19]) hoc *V.* — ut *P. scriptura τοῦ B. h. l. evanida A. hiat.* [20]) ut puta .... crescunt *B. V. P.* = *A. sed habet mox infra loco praepostero. Vid.* 24. [21]) glossemata *V. A.* — sumata *B. pluribus elementis evanidis* — arma *V. A.* [22]) reperiantur *B.* — non reperiantur *V. A.* [23]) probentur *B. A.* — probantur *V.* [24]) declinari. *Post h. v. in A. inseritur locus:* ut puta .... crescunt, *quem supra (vid.* 20) *deesse monuimus.* [25]) efficere *V. A.* — effecere *B.* [26]) haec *B. V.* — hae *A.* [27]) hac *V. A.* — haec *B.* [28]) terminantur *V. A.* — terminatur *B.* [29]) ·IA· litteris *V. P.* — ·A· littera *A.* [30]) De forma .... tractavimus *V. A.* — De forma suprascripta generis communis, quantum ratio poscebat tractavimus *B.* [31]) iam *V. A.* = *B.* [32]) incipiamus *V. A.* — incipiam *B.* [33]) De ·E· *B. V. A.* — Ablativus casus quando ·E· producta, quando correpta terminatur *P.* [34]) numeri singularis *B. V. P.* = *A.* [35]) intellegitur *B. V.* — intelligetur *A.* [36]) quae *V. A.* — qua *B.* [37]) rationes subicimus — rationes ubicimus *B.* — rationem subicimus *V. A.* [38]) De ·E· producto *B. V.* — De ·E· littera producta *A.* [39]) ablativus *B. V. P.* — ablativi *A.* [40]) De genere feminino *B. V.* — de feminino genere *A. Post hanc inscriptionem sequentia in A. inseruntur:* „Feminini generis nomina latina duntaxat quae ablativo casu numeri singularis ex abrupto ducta (*sic sed lege* ·E· producta) terminantur, femininum genus continent tantum."

dumtaxat, quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera producta terminantur, haec in nominativo casu numeri singularis una hac [41]) forma definiuntur tantum ·IES· [42]), ut puta: ab hac specie, haec species [43]) et ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis: haec species, huius speciei, huic speciei, hanc speciem, o species, ab hac specie; et pluraliter: hae species, harum specierum, his speciebus, has species, o species, ab his speciebus.

Sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera producta terminantur, ea [44]) ad exemplum speciei per V. 201.
omnes [45]) casus declinantur.

249. * Nunc in hac supradicta forma, qua diximus ablativo casu nu- F. 21. v. col. a.
meri singularis nomina ·E· littera producta terminari, hoc monemus, quod haec tria nomina, id est, res [46]), spes, fides, per aliquos casus anomale reperiantur declinari, et ideo eorundem declinationem subicimus, quo dinoscantur, quibus casibus anomale declinantur:

Numeri singularis: haec res, huius rei, huic rei, hanc rem, o res, ab hac re; et pluraliter: hae res, harum rerum, his rebus, has res, o res, ab his rebus.

250. Sic et spes et fides; sed spes a genetivo casu numeri pluralis abstinetur; fides vero pluralem numerum facere prohibetur.

Sed qua de causa [47]) spes genetivo [48]) casu numeri pluralis abstineatur [49]), et fides [50]) numerum pluralem [51]) facere prohibeatur [52]), vel [53]) per suprascriptos [54]) casus supradicta tria nomina anomale declinentur, hoc [55]) in sonis cum syllabis competenter tractabimus [56]).

251. Nunc in hac supradicta forma quaeritur, cum haec tria suprascripta [57]) nomina in genetivo et dativo casu numeri singularis, vel in genetivo, dativo et ablativo casu [58]) numeri pluralis non declinentur ad formam speciei [59]), qua de causa et [60]) iisdem casibus non dicantur anomale declinari? hac de causa, quoniam quaecumque nomina ab ·E· producto venire reperiuntur, haec ex iisdem supradictis casibus ultimam litteram vel syllabam omittunt [61]) et ablativum casum numeri singularis ostendunt. Nunc cum et [62]) haec supradicta nomina ex supradictis casibus hoc facere reperiantur et ideo in [63]) iisdem casibus analogice, non anomale declinantur [64]).

---

[41]) hac *V. A* — hacc *B.* [42]) tantum ·IES· *B. V. P.* = *A.* [43]) haec species *V. A.* = *B.* [44]) ea *V. A.* = *B.* [45]) omnes *V. A.* — omnis *B.* [46]) id est res *B. V. P* — species *A.* [47]) qua de causa *B. V. P.* = *A.* [48]) genitivo *B. V.* — a genitivo *A.* [49]) abstineatur *B. A.* — abstinetur *V.* [50]) et fides *B. A.* — fides vero *V.* [51]) numerum pluralem *B. A.* — pluralem numerum *V.* [52]) prohibeatur *B. A.* — prohibetur *V.* [53]) vel *B. V.* — ut *A.* [54]) suprascriptos *V.* — suprascriptus *B.* — supradictos *A.* [55]) hoc *B. V.* — haec *A.* [56]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* [57]) suprascripta *B. A.* — supradicta *V.* [58]) dativo et ablativo casu *B. V.* — et dativo *A.* [59]) speciei *B. V. P.* = specierum *A.* [60]) et *B. V.* = *A.* [61]) omittunt *B. V. P.* — emittunt *A.* [62]) et *B. V.* = *A.* [63]) in *B. V.* = *A.* [64]) declinantur *V. A.* — declinentur *B.*

252. Item [65] quaeritur [66] de iisdem supradictis nominibus et [67] in ablativo casu numeri singularis, cum ad formam *speciei* [68] non inveniantur declinari, qua de causa et in eodem casu non anomale dicantur pronuntiari? hac de causa, quoniam quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·E· littera terminantur et in eodem integro ablativo casu numeri singularis ·RUM· syllabam accipiunt et genetivum casum numeri pluralis ostendunt, haec ab ·E· producto venire reperiuntur. Nunc cum et [69] haec supradicta nomina in hoc supradicto casu hoc [70] facere reperiantur [71], et ideo in eodem [72] supradicto casu non anomale declinari pronuntiantur.

253. Item quaeritur *harum mulierum* cum iisdem litteris definia-
col.b. tur [73] *hic genetivus, quibus et ille, qui ab *specie* venire probatur, qua de causa *mulierum* non [74] ab ·E· producto venire pronuntiatur [75]?
V. 202. hac de causa, quoniam quaecumque nomina ab ·E· producto venire reperiuntur, haec ex genetivo casu numeri pluralis ·RUM· syllabam omittunt et ablativum [76] casum numeri scilicet [77] singularis ostendunt. Nunc si *mulierum* ·RUM· syllabam omittat, numquidnam ablativum casum [78] numeri scilicet [79] singularis demonstrat? et ideo *mulierum* ab ·E· correpto, non ab ·E· producto venire declarat.

254. Item quaeritur *haec quies* cum iisdem litteris nominativo et vocativo [80] casu numeri singularis definiatur, quibus et illa nomina, quae [81] ab ·E· producto venire probantur, qua de causa [82] *quies* ad ·E· productum [83] non pertinere pronuntiatur [84]? hac [85] de causa, quoniam quaecumque nomina nominativo vel vocativo casu numeri singularis ·IES· litteris definiuntur, et per ceteros casus non ad sonum [86] *speciei* declinantur, haec ad ·E· correptum, non ad ·E· productum pertinere pronuntiantur. Nunc cum *quies* per ceteros casus non ad formam *speciei* declinetur, et ideo ad ·E· productum non [87] pertinere pronuntiatur [88].

255. Item in hac supradicta forma quaeritur a Plinio Secundo, *paries* [89], qui iisdem litteris nominativo et [90] vocativo [91] casu numeri singularis de-

---

[65] Item *V. A.* — idem *B.* [66] quaeritur *V. A.* — quaeritur hinc *B.* [67] et *B. V.* = *A.* [68] speciei *B. V.* — spei *A.* [69] et *B. V.* = *A.* [70] hoc *B. V. P.* — haec *A.* [71] reperiantur *B. V.* — reperiantur et in eodem supradicto casu hoc facere reperiuntur *V.* [72] et ideo in eodem *V.* — et ideo in eodem in *B.* — et in eodem *A.* [73] definiatur *V. A.* — definiantur *B.* [74] qua de causa mulierum non *B. V. P.* — quarum non non *A.* [75] pronuntiatur *B. A.* — pronuntietur *V.* [76] et ablativum *B. V.* — et ablativo et ablativum *A.* [77] scilicet *A.* = *B. V.* [78] ablativum casum *B. V. P.* — ablativo casu *A.* [79] scilicet *B. V.* = *A.* [80] vocativo *V. A.* — dativo *B.* [81] quae *B. V.* = *A.* [82] qua de causa *B. V. P.* — quare *A.* [83] ad ·E· productum *V.* — ab ·E· productum *A.* — ab ·E· producto *P.* — ad ·E· cum iisdem litteris productum *B.* *vocibus superfluis expunctis B.* [84] pronuntiatur *B. A.* — pronuntietur *V.* [85] hac *V. A.* — haec *B.* [86] sonum *B. V. P.* — exemplum *A.* [87] non *B. V.* — nunc *P.* [88] pronuntiatur *V. P.* — pronuntiantur *B.* — Nunc cum qui es . . . . . pronuntiatur = *A.* [89] a Plinio Secundo paries *V. A.* — a Plinio ra. ries. o. *B.* [90] et *V.* — vel *B. A.* [91] vocativo *V. A.* — ablativo *B.*

finitur, quibus et illa nomina, quae ab ·E· producto venire reperiuntur, qua de causa non et hoc nomen ad ·E· productum pertinere pronuntiatur [92])? sed huic [93]) intentioni non dignum est respondere, quandoquidem hoc nomen nec per omnes [94]) casus, sicuti supra de **quiete** docuimus, ad **speciei** [95]) declinationem perseveret, nec genera masculina ad ·E· productum reperiantur [96]) pertinere; siquidem, sicuti supra docuimus, quod ablativus casus ·E· littera producta terminatus [97]) genus femininum solum exhibeat tantum.

256. Item quaeritur **dies**, cum per omnes casus ad ·E· productum pertinere reperiatur [98]), qua de causa Vergilius **diem** [a]) et masculino genere pronuntiarit [99])? Quare hoc monemus, quod sint aliqui, qui hoc adseverandum esse senserunt, quod **dies** [100]) ideo feminino genere esse [1]) pronuntietur, quod in deminutione **diecula** facere inveniatur.

257. Item hac de causa **dies** [2]) masculino genere adseveratur [3]), *quoniam in numero plurali melius sonare reperitur [4]), ut puta: **optimi non optimae dies** [5]). Nunc nos [6]) hoc monemus, quoniam quaecumque nomina in nominativo casu numeri singularis, si [7]) per unam mutam sonare audiuntur, hoc est nulla [8]) alia consonante praeter unam mutam [9]) in eodem nominativo casu numeri singularis scribi reperiuntur, haec et generi masculino subiecta esse reperiuntur [10]); sed quia ratio sonorum [11]) est, et [12]) ideo hoc in sonis apertius demonstrabimus [13]). F. 22. r. col. a V. 203.

258. Nunc hoc monemus in hac forma, generis scilicet [14]) feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·E· littera [15]) producta terminari, quod ex ea [16]) plus quam nonaginta duo soni, hoc est [17]), nonaginta duo nomina non possint [18]) exhiberi [19]).

De forma generis feminini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·E· littera producta terminantur, quantum ratio poscebat, tractavimus [20]).

259. **De ·E· correpto** [21]). ·E· littera correpta ablativus casus numeri

---

[92]) pronuntiatur *B. P.* — pronuntietur *V.* — pronuntiantur *A.* [93]) huic *V. A.* — hinc *B.* [94]) omnes *V. A.* — omnis *B.* [95]) speciei *B.* — species *V.* — speciem *A.* [96]) reperiantur *B. V.* — reperiuntur *A.* [97]) terminatus *V.* — terminatur *B. A.* [98]) reperiatur *V. A.* — reperiantur *B.* [99]) pronuntiarit *B. V.* — pronuntiaret *A.* [100]) dies *V. A.* — diem *B.* [1]) esse *B.* = *V. A.* [2]) hac de causa dies *B. V.* — dies hac de causa *A.* [3]) adseveratur *B. ex em. pr. m.* — adseveretur *V. P.* — deseveretur *A.* [4]) reperitur *B. V.* — reperiatur *A.* [5]) optimi dies, non optimae dies — optimi non optumae d. *B.* — optimi dies non optimae *V. A.* [6]) nos *B. V.* = *A.* [7]) si *B.* = *V. A.* [8]) nulla *B. V.* — in ulla *V.* [9]) unam mutam *V. A.* — unamutam *B.* [10]) haec et . . . . . reperiuntur *B. V. P.* = *A.* [11]) ratio sonorum *B.* — sonorum ratio *V. A.* [12]) et *B. V.* = *A.* [13]) demonstrabimus *V. A.* — demonstravimus *B.* [14]) generis scilicet *B. V.* — scilicet generis *A.* [15]) littera *B. V.* = *A.* [16]) ea *B. V.* — eo *A.* [17]) nonaginta duo soni hoc est *B. V.* = *A.* [18]) possint *B. V.* — possunt *A.* [19]) exhiberi *V. A.* — exiberi *B.* [20]) De forma . . . . . tractavimus *V. P. A.* (*sed* = producta) — De supradicta forma quantum ratio poscebat tractavimus *B.* [21]) correpto *B. V.* — correpta *A.*

[a]) Virg. Aen. II. 249. et passim.

singularis terminatus genera nominum continet quinque, masculinum, femininum, neutrum, commune, omne.

260. **De genere masculino.** Masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera correpta terminantur, et aptota esse non reperiuntur [22]), haec ad hoc [23]) exemplum declinantur:

Numeri singularis: **hic pes, huius pedis, huic pedi, hunc pedem, o pes, ab hoc pede**; numeri pluralis: **hi pedes, horum pedum, his pedibus, hos pedes, o pedes, ab his pedibus.**

261. Sane in hac forma generis masculini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·E· littera scilicet correpta terminari, hoc monemus, quod quaecumque nomina [24]) nominativo casu numeri singularis his tribus formis definiuntur, id est, **copo** [a]), **exul, fur** [25]) [b]), et [26]) cetera talia, haec si ex sua specie [27]) in genera feminina vel neutra [28]) transeunt, non secundum genus femininum vel neutrum sint declinanda [29]), sed pro locutione pronuntianda [30]), ut puta: **hic copo** [31]), **haec mulier copo** [32]), **hoc mancipium copo** [33]); utique non **haec copo** vel **hoc copo** secundum genus femininum vel neutrum [34]) declinari debeat, sed **haec mulier vel hoc mancipium copo est** [35]), pro locutione nunc accipi oporteat. Sic et alia supradictae formae, si ex [36]) sua specie in genera feminina vel neutra transeant, tam numero singulari quam plu-
col.b. rali [37]), * ut diximus, pro locutione [38]) sunt [39]) pronuntianda, non [40]) secundum genus femininum vel neutrum declinanda.

262. Nunc etiam hoc [41]) monemus ex hac forma, qua diximus nominativo casu numeri singularis nomina ·O· littera [42]) terminari et in genere feminino vel neutro necesse est [43]) pro [44]) locutione pronuntiari, quod plus quam triginta sex [45]) soni, hoc est, quam triginta sex nomina non [46]) possint [47]) exhiberi [48]).

263. Item ex illa forma, qua diximus genere masculino [49]) nomina [50])

---

22) et aptota esse non reperiuntur *B. V.* = *A.* 23) ad hoc *B. V.* = *A.* 24) nomina *V. A.* = *B.* 25) copo, exul, fur *B.* — copo, exul et fur *V.* — copo et sulfur *A.* 26) et *V. A.* — haec *B.* 27) haec si ex sua specie *V. P.* — haec si in sua specie *A.* = *B.* 28) in genera feminina vel neutra *B. V.* — in genere feminino vel neutro *A.* 29) sint declinanda *B. V. P.* = *A.* 30) sed pro locutione pronuntianda *B.* = *V. P. A.* 31) ut puta hic copo *B V. P.* = *A.* 32) haec mulier copo — haec mulier copa *B.* = *V. P. A.* 33) hoc mancipium copo *B.* = *V. P. A.* 34) utique non . . . . . neutrum *B. V. P.* = *A.* 35) est *B. V. P.* = *A.* 36) si ex *V. A.* — e ex *B.* 37) numero singulari quam plurali *B.* — tam numeri singularis quam pluralis *V. A.* 38) locutione *V. A.* — lucutione *B.* 39) sunt *B. V.* — sint *A.* 40) non *B. V. P.* = *A.* 41) hoc *V. A.* = *B.* 42) ·O· littera — *legendum* videtur ·PO· litteris. 43) est *B. A.* — esse *V.* 44) pro *B. V. P.* — in *A.* 45) triginta sex — XXXVI *B. V. P.* — triginta quinque *A. ita et mox infra.* 46) non *B. V. A.* = *P.* 47) possint *B. V. P.* — possunt *A.* 48) exhiberi *V. A.* — exiberi *B.* 49) genere masculino *B. A.* — genera masculina *V.* 50) nomina *B.* = *V. A.*

a) Cfr. Charis. 47. P. Isid. Origg. XX. 6. 7. *b*) Clarius haec ita enuntiarentur: „*id est ·PO· ·UL· ·UR·, ut puta: copo, exul, fur.*“ Nil tamen mutandum, idem enim loquendi modus, in tam verboso homine sane mirus, mox infra recurret.

nominativo casu numeri singularis ·UL· [51]) litteris definiri, et in genere feminino vel neutro necesse est [52]) pro locutione [53]) pronuntiari, hoc monemus quod plus quam undecim [54]) soni, id est [55]), quam [56]) undecim [57]) nomina non possint exhiberi.

264. Item ex hac forma, qua diximus genere masculino nomina [58]) nominativo casu numeri singularis ·UR· litteris definiri et in genere feminino vel neutro necesse est [59]) pro locutione pronuntiari, hoc monemus, quod plus quam septem [60]) soni, hoc est, quam [61]) septem [62]) nomina non possint [63]) exhiberi [64]). V. 204.

265. Item in [65]) hoc supradicto genere quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis his duabus formis definiuntur, id est, nepos, senex, haec, si ex [66]) sua specie in genera feminina transeunt [67]), haec eadem nomina in genere feminino sic anomala [68]) efficiuntur, ut puta: hic nepos, haec neptis; hic senex [69]), haec anus; si vero haec [70]) eadem nomina in genera neutra transeunt [71]), haec non secundum genus neutrum sunt [72]) declinanda, sed pro locutione [73]) pronuntianda, ut puta: nepos vel neptis mancipium, senex vel anus mancipium, utique non hoc nepos vel neptis [74]) mancipium, aut hoc senex vel anus mancipium secundum genus neutrum declinari debeant, sed hoc mancipium nepos vel neptis est [75]), et hoc mancipium senex vel anus est [76]), pro locutione nunc [77]) tam [78]) numero [79]) singulari quam plurali accipi oporteat [80]).

266. Nunc hoc monemus [81]) ex hac forma qua diximus nominativo casu numeri singularis generis masculini nomina ·POS· syllaba [82]) terminari et in genere feminino anomale declinari, vel in genere [83]) neutro pro locutione pronuntiari, quod plus quam unum sonum, hoc est, quam [84]) unum nomen non possit [85]) exhiberi.

267. Item ex illa [86]) forma qua diximus nominativo casu numeri singularis masculini generis nomina ·NEX· [87]) syllaba definiri et [88]) in ge-

---

51) ·UL· *B. V.* — vel *A.* 52) est *B. A.* — esse *V.* 53) locutione *V. A.* — lucutione *B.* 54) undecim *A.* — XI *B.* — quadragintur *V.* 55) soni id est — sonid est *B.* — soni hoc est *A.* 56) quam *V. A.* = *B.* 57) undecim *B.* — XI *A.* — XL *V.* 58) genere masculino nomina — geneii masculino nomina *B.* — genere masculino *P.* — genera masculina *V.* — genus masculinum *A.* 59) est *B. A.* — esse *V.* 60) septem — VII *B. V.* — V *P.* 51 *A.* 61) quam *V. A.* = *B.* 62) septem — VII *B. V.* — VI *P.* quinquaginta *A.* 63) possint *B. V. P.* — possunt *A.* 64) exhiberi *V. A.* — exiberi *B. et ita vix non semper.* 65) in *B.* = *V. A.* 66) ex *V. A B.* τῷ x *tribus punctis notato et s superscripto.* 67) transeunt *B. P.* — transeant *V. A.* 68) anomala *B. V.* — anomale *A.* 69) senex *V. A.* — senes *B. const.* 70) haec *B. V. P.* = *A.* 71) transeunt *B. P.* — transeant *V. A.* 72) sunt *B. A.* — sint *P. V.* 73) locutione *V. A.* — lucutione *B. et ita vix non semper.* 74) neptis *B. V. P.* — nepos *A.* 75) est *A.* = *B. V. P.* 76) est *B. V. P.* = *A.* 77) nunc *B. V.* = *A.* 78) tam *B. V. P.* — tam pro *A.* 79) numero *V. A.* — nomero *B.* 80) oporteat *B. V. P.* — debeant *A.* 81) monemus *B. V. P.* — monemus quod *A.* 82) ·POS· syllaba *B.* — ·PO· syllaba *V.* — post syllabam *A.* 83) genere *B.* = *V. A.* 84) quam *B. V. P.* = *A.* 85) non possit *V. P.* — non possiut *B.* — possunt (= non) *A.* 86) illa *B. V. P.* — hac *A.* 87) ·NEX· *B. V.* — non ex *A.* 88) et *B. V. P.* = *A.*

nere feminino anomale declinari, vel in neutro pro locutione pronuntiari; F. 22 v. col. a. *hoc monemus, quod plus quam unum sonum, hoc est, quam unum nomen non possit [89]) exhiberi.

268. Item in hoc suprascripto [90]) genere quaecumque nomina nominativo casu numeri singularis his duabus formis definiuntur, id est victor et [91]) tonsor et cetera talia, haec [92]), si ex sua specie in genera feminina transeunt [93]), haec eadem nomina [94]) in genere feminino sic anomale efficiuntur, ut puta: hic [95]) victor, haec victrix; hic tonsor, haec tonstrix; si vero haec eadem nomina in genera neutra transeunt [96]), in [97]) eodem genere neutro numeri singularis pro locutione pronuntiantur, ut puta: hoc mancipium victor vel tonsor est [98]); at vero in numero plurali secundum genus neutrum sed anomale declinantur [99]), ut puta: haec victricia mancipia et haec tonstricia mancipia.

V. 205. 269. Nunc ex his suprascriptis formis quibus diximus nominativo casu numeri [100]) singularis nomina ·TOR· vel ·SOR· syllabis [1]) definiri et in genere feminino vel neutro necesse est [2]) anomale vel pro locutione pronuntiari, hoc monemus, quod plurimi [3]) soni, hoc est, plurima nomina possint exhiberi.

At vero de ceteris formis, quibus generis masculini [4]) nomina ablativo casu numeri singularis [5]) ·E· littera scilicet correpta terminata nominativo vel vocativo casu numeri singularis definiuntur [6]), hoc in sonis competenter tractabimus [7]).

270. Sane in hac forma generis masculini qua diximus nominativo casu numeri singularis [8]) nomina ·TOR· [9]) syllaba terminari, hoc monemus, quod hoc unum nomen, id est, auctor, propter [10]) sonos communis [11]) generis esse oporteat; sed qua de causa auctor propter sonos communis generis esse oporteat, hoc in sonis competenter tractabimus [12]).

271. De genere feminino. Feminini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera correpta terminantur, et aptota esse non reperiuntur, haec ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis: haec sedes, huius sedis, huic sedi, hanc sedem, o sedes, ab hac sede; numeri pluralis: hae sedes, harum sedum [13]), his sedibus, has sedes, o sedes [14]), ab his sedibus.

---

89) non possit *V.* — non possint *B. P.* — possit *A.* 90) suprascripto *B. V. P.* — supradicto *A.* 91) et *B.* = *V. A.* 92) haec *B. V. P.* = *A.* 93) feminina transeunt *B. V.* — feminina transeant *P.* — transeant feminina *A.* 94) nomina *B. V. P.* = *A.* 95) hic *V. A.* = *B.* 96) transeunt *B. P.* — transeant *V. A.* 97) in *B.* — et in *V. A.* 98) est, at *V. A.* — et *B.* 99) declinantur *B. V. P.* — declinatur *A.* 100) numeri *V. A.* — nomeri *B.* 1) syllabis *B. V. P.* — litteris *A.* 2) est *B. A.* — esse *V.* 3) plurimi *V.* — pluri *B.* — plures *A.* 4) generis masculini *V. A.* — generi masculino *B.* (*P. silet*). 5) formis ..... numeri singularis *B. V. A.* = *P.* 6) definiuntur *B.* — definiantur *V. P.* (*A. silet*). 7) tractabimus *V. P.* — tractavimus *B.* — definiuntur...... tractabimus = *A.* 8) sane ..... singularis *B. V. P.* = *A.* 9) ·TOR· *B. V. B.* — ·TER· *A.* 10) propter *V. A.* — proter *B.* 11) communis *V. A. B. ex em. pr. m.* — communes *B. a pr. m.* 12) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* 13) sedum *B. V. P.* — sedium *A.* 14) o sedes *B. V.* = *A.*

272. Sane haec generis feminini nomina, quae diximus ablativo casu numeri singularis ·E· littera correpta terminari, hoc monemus, quod nominativo et [15]) vocativo casu numeri singularis variis formis definiantur [16]). Nunc quot [17]) vel quibus variis formis in supradicto casu supradicti generis nomina definiantur [18]), hoc [19]) in sonis competenter tractabimus [20]).

273. * **De genere neutro** [21]). Neutri generis nomina, quae abla- col. b. tivo casu [22]) numeri singularis ·E· littera scilicet [23]) correpta terminantur, et aptota vel triptota [24]) esse non inveniuntur [25]), haec ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis: **hoc pectus, huius pectoris, huic pectori, hoc pectus, o pectus, ab hoc pectore**; numeri pluralis: **haec pectora, horum pectorum, his pectoribus, haec pectora, o pectora, ab his pectoribus.**

274. Sane haec generis neutri nomina, quae diximus ablativo casu numeri singularis ·E· littera scilicet [26]) correpta terminari, hoc monemus, quod nominativo vel vocativo casu numeri singularis variis formis definiantur. Nunc quot [27]) vel quibus variis formis in supradictis casibus [28]) praedicti [29]) generis nomina definiantur [30]), hoc [31]) in sonis competenter tractabimus [32]).

275. **De genere communi.** Communis generis nomina, quae abla- V. 206 tivo casu numeri singularis ·E· littera scilicet correpta terminantur, haec ad [33]) hoc exemplum declinantur [34]):

Numeri singularis: **hic et haec custos** [35]), **huius et huius** [36]) **custodis, huic et huic** [37]) **custodi, hunc et hanc custodem, o et o** [38]) **custos, ab hoc et ab hac** [39]) **custode**; et pluraliter: **hi et hae custodes, horum et harum custodum, his et his** [40]) **custodibus, hos et has custodes, o et o** [41]) **custodes, ab** [42]) **his et ab his** [43]) **custodibus.**

276. Sane communis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera correpta scilicet terminantur, haec nominativo casu numeri singularis his sexdecim [44]) formis definiuntur: ·IL· ·ER· ·IS· ·IOR· [45])

---

15) et *B.* — vel *A. V.* 16) definiantur *B. V. P.* — decliuantur *A.* 17) quot *V. A.* — quod *B.* 18) definiantur *B. V. P.* — definiuntur *A.* 19) hoc *B. V. P.* — haec *A.* 20) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B* 21) De genere neutro *B. V.* — de neutro genere *A.* 22) quae ablativo casu *B. V. P.* = *A.* 23) scilicet *B. V. P.* = *A.* 24) terminantur et aptota vel triptota *V. P.* — terminantur et aptota *B.* = *A.* 25) inveniuntur *B.* — reperiuntur *V. A.* 26) scilicet *B. V. P.* — licet *A.* 27) quot *V. A.* — quod *B.* 28) supradictis casibus *V. A.* — supradictu casu *B.* 29) praedicti *P.* — praedictis *B.* — supradicti *V. A.* 30) definiantur *B. V.* — definiuntur *A.* 31) hoc *B. V. P.* — haec *A.* 32) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* 33) ad *V. A.* — a *B.* 34) declinantur *B. A.* — terminantur *V.* 35) custos *V. A.* — custus *B.* 36) et huius *V. A.* = *B.* 37) et huic *V. A.* = *B.* 38) et o *V. A.* = *B.* 39) et ab hac *V. A.* = *B.* 40) et his *V. A.* = *B.* 41) et o *V. A.* = *B.* 42) ab *B. V. P.* = *A.* 43) ab his *V. A.* = *B.* 44) his sexdecim *V. A.* — XVI (= his) *B.* — his XIII *P.* 45) ·IOR· *B. V. P.* — ·OR· *A.*

·EN· ·MOR· ·AS· ·ES· ·OS·[46] ·EX· ·UX· ·ABS· ·EBS·[47] ·EPS· ·OPS· ·UNX·.

277. Sed quaecumque nomina[48] generis communis nominativo casu numeri singularis his tribus formis definiuntur, id est, pugil, acer, fortis, et cetera talia[49], haec, si ex sua specie in genera neutra transeunt, in eodem genere neutro nominativo casu numeri singularis ·E· littera terminantur, ut puta: hic et haec pugil, acer, fortis, hoc pugile, acre, forte; et pro sua forma secundum genus neutrum declinantur.

278. Nunc hoc monemus ex hac forma qua diximus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis ·IL· litteris definiri, quod plus quam septem soni, hoc[50] est, quam[51] septem nomina non possint[52] exhiberi.

279. Item ex[53] hac forma, qua diximus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam quatuordecim soni, hoc est, quam quatuordecim[54] nomina non possint[55] exhiberi[56].

280. Item ex hac forma, qua diximus generis communis nomina no-
F. 23. r. col. a. minativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiri, * hoc monemus, quod quamplurimi soni, hoc est, quamplurima nomina possint exhiberi.

281. Item quaecumque nomina generis scilicet communis nominativo casu numeri singularis hac[57] forma ·OR·[58] definiuntur, id est, doctior et cetera talia, et[59] ex sua specie in genera neutra transeunt, haec[60] in eodem genere neutro nominativo casu numeri singularis ·IUS· litteris definiuntur, ut puta: hic et haec doctior, hoc[61] doctius; et secundum genus neutrum declinantur.

282. Nunc ex hac forma, qua diximus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis ·IOR·[62] litteris definiri, hoc monemus, quod[63] quamplurimi[64] soni, hoc est, quamplurima nomina possint[65] exhiberi.

V. 207. 283. At vero quaecumque nomina generis scilicet communis nominativo casu numeri singularis his duodecim formis definiuntur, id est, tibicen, memor, optimas, vates, sacerdos, artifex, dux, arabs, coelebs[66], princeps, inops[67], coniunx[68] et cetera talia, et[69] ex sua specie in genera neutra transeunt[70], haec[71] non secundum ge-

---

46) ·OS· *B. V. P.* — ·ON· *A.* 47) ·EBS· *V. A.* — ·UBS· *B.* 48) nomina *B. A.* — nomine *V.* 49) talia *V. A.* — alia *B.* 50) hoc *B. V. P.* — id *A.* 51) quam *V. A.* = *B.* 52) possint *B. V.* — possunt *A.* 53) ex *B.* — in *V. A.* 54) soni..... quatuordecim *B. V. P.* = *A.* 55) possint *B. V. P.* — possunt *A.* 56) exhiberi *V. A.* — exiberi *B.* 57) hac *V. A.* — haec *B.* 58) ·OR· *A.* = *B. V. P.* 59) et *B. V.* = *A.* 60) haec *B. V. P.* = *A.* 61) hoc *B. V. P.* — et hoc *A.* 62) ·IOR· *B. V. P.* — ·IUS· *A.* 63) quod *B. V. P.* = *A.* 64) quamplurimi *V. A.* — quamplures *B. P.* 65) possint *V. A.* — possin *B.* 66) caelebs *V. A.* — celeps *B.* 67) inops *B. V. A.* = *P.* 68) coniuux *B.* — coniux *V. A.* 69) et *B. V. A.* = *P.* 70) transeunt *B. A.* — transeant *V.* 71) haec *B. V. P.* — hoc *A.*

nus neutrum sunt declinanda, sed pro locutione [72]) pronuntianda, ut puta: hic et haec tibicen, hoc mancipium tibicen, utique non hoc tibicen mancipium est accipi debeat [73]), sic et aliae supradictae formae, si [74]) ex sua specie in genera neutra transeant, tam numero [75]) singulari quam plurali, ut diximus, pro locutione [76]) sunt pronuntianda, non secundum neutrum genus [77]) declinanda.

284. Nunc ex hac forma, qua diximus generis communis nomina nominativo casu numeri singularis ·EN· [78]) litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam undecim [79]) soni, hoc est, quam undecim [80]) nomina non [81]) possint [82]) exhiberi.

285. Item ex hac forma qua diximus suprascripti [83]) generis nomina nominativo casu numeri singularis ·MOR· [84]) syllaba definiri, hoc monemus, quod plus quam quattuor soni, hoc est, quam quattuor [85]) nomina non possint exhiberi.

286. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina nominativo casu [86]) numeri singularis ·AS· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam novem soni, hoc est, quam [87]) novem nomina exhiberi non possint [88]).

287. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina [89]) nominativo casu numeri singularis ·ES· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam decem novem [90]) soni, hoc est, quam [91]) decem novem nomina exhiberi non possint [92]).

288. Item ex hac forma, qua diximus [93]) supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·OS· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam septem * soni, hoc est, quam septem nomina [94]) non pos- col. b.
sint [95]) exhiberi.

289. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·EX· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam viginti duo soni, hoc est, quam viginti duo nomina [96]) non possint [97]) exhiberi.

290. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·UX· [98]) litteris definiri, hoc monemus,

---

[72]) locutione *V. A.* — lucutione *B.* [73]) debeat *B. V.* — debent *A.* [74]) si *B. V. P.* = *A.* [75]) numero *V. A.* — numerum *B.* [76]) locutione *V. A.* — lucutione *B.* [77]) neutrum genus *B.* — genus neutrum *V. A.* [78]) ·EN· *B. V. A.* = *P.* [79]) undecim *V. A.* — X *B.* [80]) undecim *V. A.* — decim *B.* [81]) non *B. V. P.* = *A.* [82]) possiut *B. V. P.* — possunt *A.* [83]) suprascripti *B. V. P.* — supradicti *A.* [84]) ·MOR· *B. V. P.* -- iu ·OR· *A.* [85]) quam quattuor *V. P.* — IIII (= quam) *B.* = *A.* [86]) casu *V. A. B. ex em. pr. m.* — casus *B. a pr. m.* [87]) quam *V. A.* = *B.* [88]) exhiberi non possint *B.* — non possint exhiberi *V. P.* — possunt exhiberi (= non) *A.* [89]) nomina *V. A.* = *B.* [90]) decem novem *V. A.* — XVIIII *B. ita et mox infra.* [91]) quam *V. A.* = *B.* [92]) exhiberi non possint *B.* — non possint exhiberi *V. A.* [93]) qua diximus *B. V. P.* = *A.* [94]) hoc est quam septem nomina *V. A.* = *B.* [95]) non possint *B. V. P.* — possunt (= non) *A.* [96]) hoc est quam viginti duo nomina *V. A.* — hoc est XXII nomina (= quam) *P.* = *B.* [97]) possint *B. V. P.* — possunt *A.* [98]) ·UX· *B. V. P.* — ·UNX· *A.*

quod plus quam sex soni, hoc est, plus quam sex nomina [99]) non possint [100]) exhiberi.

291. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ABS· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam quattuor soni, hoc est, quam quattuor nomina [1]) non possint [2]) exhiberi.

V. 208. 292. Item ex hac forma, qua diximus supradicti [3]) generis nomina nominativo casu numeri singularis ·EBS· [4]) litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam quinque soni, hoc est, quam quinque nomina [5]) non possint [6]) exhiberi.

293. Item ex hac forma, qua diximus suprascripti [7]) generis nomina nominativo casu numeri singularis ·EPS· [8]) litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam undecim soni, hoc est, quam undecim nomina [9]) non possint [10]) exhiberi [*]).

294. Item ex hac forma, qua diximus suprascripti [11]) generis nomina nominativo casu numeri singularis ·UNX· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam tres soni, hoc est, quam tria nomina non possint [12]) exhiberi.

295. De genere omni. Omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera correpta scilicet terminantur, et aptota esse non inveniuntur, haec ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis: hic et haec et hoc audax, huius et huius et huius [13]) audacis, huic et huic et huic [14]) audaci, hunc et hanc audacem et hoc audax, o et o et o [15]) audax, ab hoc et [16]) ab hac et ab hoc audace; et pluraliter: hi et hae audaces et haec audacia, horum et harum et horum audacium, his et his et his [17]) audacibus, hos et has audaces et haec audacia, o audaces et o audacia [18]), ab his et ab his et ab his [19]) audacibus.

296. Sane omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera correpta scilicet [20]) terminantur, haec nominativo casu numeri singularis his novem formis definiuntur tantum: par, vetus, audax, felix, ferox, amans, prudens, iners, vecors.

297. Nunc ex hac forma, qua diximus generis omnis nomina [21]) nomi-

---

99) hoc est plus quam sex nomina *V. P.* = *B. A.* 100) possint *B. V. P.* — possunt *A.* 1) hoc est quam quattuor nomina *V. A.* = *B.* 2) possint *B. V. P.* — possunt *A.* 3) supradicti *B. A.* — — suprascripti *V. P.* 4) ·EBS· *B. V. P.* — ·OBS· *A.* 5) hoc est quam quinque nomina *V. A.* = *B.* 6) possint *B. V. P.* — possunt *A.* 7) suprascripti *B. V. P.* — supradicti *A.* 8) ·EPS· *B. V. P.* — ·OPS· *A.* 9) hoc est quam undecim nomina *V. A.* = *B.* 10) possint *B. V. P.* — possunt *A.* 11) suprascripti *B. V. P.* — supradicti *A.* 12) possint *B. V. P.* — possunt *A.* 13) et huius et huius *V. A.* = *B.* 14) et huic et huic *V. A.* = *B.* 15) et o et o *V. A.* = *B.* 16) et *V. A.* = *B.* 17) et his et his *V. A.* = *B.* 18) o audaces et o audacia *B.* — o et o et o audaces *V.* = *A.* 19) et ab his et ab his *V. A.* = *B.* 20) correpta scilicet *B. V.* — scilicet correpta *A.* 21) nomina *B. V. A.* = *P.*

*) Quae de numero nominum ·OPS· litteris nominativo casu numeri singularis terminatorum dicenda fuerant, ea in omnibus Codd. desiderantur.

nativo casu numeri singularis ·AR· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam septem soni, hoc est, quam septem nomina [22]) non possint [23]) exhiberi.

298. Item ex hac forma, qua diximus suprascripti generis nomina nominativo casu [24]) numeri singularis [25]) ·US· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam tres soni, hoc est, quam [26]) tria nomina non possint [27]) exhiberi.

299. *Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina nomi- F. 23. v. col. a.
nativo casu numeri singularis ·AX· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam decem octo [28]) soni, hoc est, quam decem octo nomina [29]) non possint [30]) exhiberi.

300. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·IX· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam septemdecim [31]) soni, hoc est, quam XVII nomina [32]) exhiberi non possint [33]).

301. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina [34]) no- V. 209.
minativo casu numeri singularis ·OX· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam novem soni, hoc est, quam novem nomina [35]) exhiberi non possint [36]).

302. Item ex hac forma, qua diximus supradicti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ANS· litteris definiri, hoc monemus, quod quam plurimi [37]) soni, hoc est, quam plurima nomina [38]) possint [39]) exhiberi.

303. Item ex hac forma, qua diximus suprascripti [40]) generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ENS· litteris definiri, hoc monemus, quod quamplurimi [41]) soni, hoc est, quam plurima nomina [42]) possint exhiberi.

304. Item ex hac forma, qua diximus suprascripti [43]) generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ERS· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam undecim [44]) soni, hoc est, quam undecim nomina [45]) non possint exhiberi.

---

[22]) hoc est quam septem nomina *V. A.* = *B.* [23]) possint *B. V. P.* — possunt *A.* [24]) casu *V. A.* — casus *B.* [25]) singularis [*Post h. v. A. repetit:* nomina nominativo casu numeri singularis. [26]) quam *V. A.* = *B.* [27]) possint *B. V.* — possunt *A.* [28]) decem octo *V.* — XVIII *B. P.* — XVI *A. ita et mox infra.* [29]) hoc est . . . . nomina *V. A.* = *B.* [30]) possint *B. V. P.* — possunt *A.* [31]) septemdecim — XVII *B. V. P.* — septem *A. ita et mox infra.* [32]) hoc est . . . . nomina *V. P.* (*sed* = quam) *A.* (*sed* septem) = *B.* [33]) possint *B. V.* — possunt *A.* [34]) supradicti generis nomina *B.* — suprascripti generis nomina *V. P.* = *A.* [35]) hoc est . . . . nomina *V. A.* — hoc est plus quam novem nomina *P.* = *B.* [36]) exhiberi non possint *B.* — non possint exhiberi *V. A.* [37]) quod quamplurimi *B. P.* — quod quod quamplurimi *V.* — quod plurimi *A.* [38]) hoc est quam plurima nomina *V. P. A.* (*sed* = quam) = *B.* [39]) possint *B. V. P.* -- possunt *A.* [40]) suprascripti *B. V. P.* — supradicti *A.* [41]) quamplurimi *B. V. P.* — plurimi *A.* [42]) hoc est quamplurima nomina *V. P.* — hoc est quod plurima nomina *A.* = *B.* [43]) suprascripti *B. V. P.* — supradicti *A.* [44]) undecim *V.* — XI *B. P.* — decem *A. ita etiam mox infra.* [45]) hoc est. . . . nomina *V. A. P.* = *B.*

305. Item ex hac forma, qua diximus suprascripti generis nomina nominativo casu numeri singularis ·ORS· litteris definiri, hoc monemus, quod plus quam decem soni, hoc est, quam X nomina [46]) exhiberi non possint [47]).

306. Sane hoc monemus, quod in his [48]) generibus, quorum diximus nomina ablativo casu numeri singularis ·E· littera correpta terminari, sint [49]) aliqui tredecim [a]) soni, hoc est tredecim [50]) nomina, quae in genetivo casu numeri singularis in uno vocabulo suo [51]) duabus his formis definiantur, id est, ·IS· et ·I· [52]), ut puta: huius Achillis et huius Achilli.

307. Nunc haec nomina, qua de causa in supradicto casu ex utraque forma permissa sint [53]) sonare [54]), hoc in sonis competenter tractabimus [55]).

col.b. 308. *Item in supradictis nominibus hoc monemus, quod sint intra quadraginta [56]) septem soni, hoc est, intra quadraginta septem nomina, quae accusativo casu numeri singularis ·EN· litteris inveniantur definiri, ut puta: hunc Achillen [57]), hanc Barcen [58]) et cetera talia. Nunc et haec nomina, qua de causa accusativo casu numeri singularis ·EN· litteris definiantur, in sonis competenter tractabimus [59]).

309. Item in supradictis nominibus sunt aliqua nomina, quae vocativo casu numeri singularis [60]) et [61]) ·E· et ·ES· [62]) littera terminentur [63]), ut puta: o Chremes et o Chreme [64]); sed haec [65]) qua de causa in supradicto casu ex utraque [66]) forma [67]) declinentur, in sonis competenter tractabimus [68]).

310. Item in supradictis nominibus sunt aliqua nomina [69]), quae accusativo casu numeri pluralis [70]) in uno vocabulo suo duabus formis reperiantur definiri, id est, ·ES· [71]) et ·IS·, ut puta: hos omnes et hos omnis.

V. 210. 311. Nunc etiam [72]) hoc monemus, quod sint [73]) aliqui, qui in eodem supradicto casu hoc praeceptum observandum esse [74]) senserunt [75]), id est, ut, quando genetivus casus numeri pluralis ·UM· litteris post [76]) consonan-

---

46) hoc est....nomina *V. P.* = *B.* 47) exhiberi non possint *B.* — non possint exhiberi *V. P.* *In A. totus locus de numero nominum ·ORS· terminatorum omittitur.* 48) his *B. V.* — iis *A.* 49) sint *V. A.* — sin *B.* 50) tredecim *V.* — XIII *B.* — tresdecim *A.* 51) suo *B. V. A.* = *P.* 52) ·IS· et ·I· *B. V.* — his et ·I· *A.* 53) sint *B. V. A.* — sunt *P.* 54) sonare *V. A.* — sona *B.* 55) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* 56) quadraginta *V. A. B. ex em. pr. m.* — quadragenta *B. a pr. m.* 57) Achillen *B V. A.* — ancillen *P.* 58) hanc Barcen *V.* — hunc Barcen *A.* — hac Barcen *P.* — hanc varicem *B.* 59) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* 60) numeri singularis *V. A.* = *B.* 61) et *B. V. A.* = *P.* 62) et ·ES· *V. A.* = *B.* 63) terminentur *B.* — terminantur *V. A.* 64) Chreme *B. V. A.* — Chremere *P.* 65) haec *B. V. P.* — hoc *A.* 66) ex utraque — ult quae *B. mendo tribus punctis vocab.* ult. *impositis indicato* — extra quam *A.* — extra suam *V.* 67) forma *B.* — formam *V. A.* 68) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* 69) nomina *B. V. P.* = *A.* 70) numeri pluralis *B. A.* — pluralis numeri *V.* 71) ·ES· *B. V. P.* — et ·ES· *A.* 72) etiam *B.* — iam *V. A.* 73) sint *V. A.* = *B.* 74) observandum esse *B. V. P.* — esse servandum *A.* 75) senserunt *V. A.* — senerunt *B.* 76) post *B.* — ante *V. A.*

a) *Aliqui tredecim;* notandus graecismus, qualis e. g. apud Thucyd. III. 111. ἐς διακοσίους τινας αὐτῶν ἀπέκτειναν.

tem concluditur [77]), tunc [78]) accusativus casus numeri pluralis ·ES· litteris definiatur, ut puta: horum [79]) parietum, hos parietes; at vero tunc [80]) accusativus [81]) casus [82]) numeri pluralis ·IS· litteris concludatur, quando genetivus casus numeri pluralis ·IUM· litteris definitur, ut puta: hos talis, quoniam horum talium facere demonstratur.

312. Sed hoc [83]) monemus, quod hoc [84]) praeceptum inperite datum esse reperiatur, quandoquidem [85]) sint nomina, quae genetivo casu numeri pluralis ·IUM· litteris definiantur [86]), et accusativo casu numeri [87]) pluralis ·ES· litteris concludantur, ut puta: harum nubium [88]) numquidnam has nubis, sed has nubes facere pronuntiatur [89]).

313. Item sunt [90]) nomina, quae genetivo casu numeri pluralis ·UM· litteris post [91]) consonantem definiantur [92]) et accusativo casu numeri pluralis ·IS· litteris concludantur [93]), ut puta: horum parentum, hos parentis; quo sono Salustius — Per liberos atque parentis vestros [a]) — scivit esse pronuntiandum.

314. Item sunt [94]) nomina, quae genetivo casu numeri pluralis ·IUM· litteris definiantur [95]), et accusativo casu numeri pluralis ·ES· [96]) et ·IS· litteris concludantur, ut puta: horum postium, hos postes et hos [97]) postis, qua ratione praecipue [98]) Maro eosdem postes ex utroque sono [99]) pronuntiavit — Amplexaeque [100]) tenent postes [b]) — item [1]) — postisque [2]) sub ipsos Nituntur gradibus [c]). — Quare supradictum praeceptum temere traditum esse cognoscitur [3]), et ideo nos hoc monemus, quod haec in sonis [4]) conpetenter tractare debeamus.

315. Item in his supradictis generibus sunt aliqua nomina, quae ablativo casu numeri singularis in uno vocabulo suo duobus his sonis reperiantur [5]) definiri, id est ·E· et ·I·, ut puta: ab hoc [6]) igne et igni. Nunc hoc monemus, quod sint aliqui, qui [7]) huic casui hoc praeceptum [8]) statuere voluerunt [9]), hoc est, ut tunc [10]) hic ablativus casus, numeri sci-

---

77) concluditur *V.* — concluduntur *B. A. sed ex em. recept.* 78) tunc *V. A.* — nunc *B.* 79) horum *B. V. P.* = *A.* 80) tunc *V. A B. ex em. pr. m.* — tunt *B a pr. m.* 81) accusativus *V. A* — accusativi *B.* 82) casus *B. V. P.* = *A.* 83) sed hoc *B V.* — sane hoc *A.* 84) hoc *V. A.* — plus *B.* 85) quandoquidem *V. A.* — qandoquidem *B.* 86) defiuiantur *B. V. A.* — definiuntur *P.* 87) casu numeri *B. V. P.* = *A.* 88) nubium *V. A.* — nuvium *B.* 89) pronuntiatur *V. A.* — pronuntiantur *B.* 90) sunt *V. P.* — sint *B. A.* 91) post *B.* — ante *V. A.* 92) definiantur *B.* — concluduntur *V. A. P.* 93) et accusativo ...... concludantur *B. V. P.* = *A.* 94) sunt *B. V. P.* — sint *A.* 95) defiuiantur *B. V. A.* — definiuntur *P.* 96) ·ES· *B. A.* — et ·ES· *V.* 97) hos *V. A.* = *B.* 98) praecipue — praccipius *B.* — praecipuus *A.* — praecipuum *V.* 99) sono *B. V. P.* = *A.* 100) amplexaeque *V. P.* — amplexeque *B.* — amplessaeque *A.* 1) item *B. V. P.* — itemque *A.* 2) postisque *V. P.* — postisquae *B.* — postesque *A.* 3) coguoscitur *V. A.* — cognuscitur *B.* 4) quod haec iu sonis *V.* — quod haec hoc in sonis *B.* — quod habet iu sonis *P.* — quod iu sonis haec *A.* 5) reperiantur *B. V. P.* — reperiuntur *A.* 6) ab hoc *B. V. P.* — hos (= ab) *A.* 7) aliqui qui *V. A.* — alii qui *B.* — aliqui (= qui) *P.* 8) praeceptum *V. A.* — praeceptum tum *B.* 9) voluerunt *V. A.* — voluerunt voluerunt *B.* 10) tunc *V. A.* — nusc *B.*

a) Sallust. Jugurth. c. 33. b) Virg. Aen. II. 490. c) Virg. Aen. II. 442. seq.

licet [11]) singularis ·I· littera terminetur [12]), quando a nominibus [13]) generis neutri, quae nominativo casu [14]) numeri pluralis ·IA· litteris definiunF. 24. r. col. a. tur, venire reperiuntur, *ut puta: haec facilia ab hoc facili; at vero quando ab illis nominibus, quae in supradicto genere nominativo casu numeri pluralis [15]) ·A· littera [16]) post consonantem concluduntur, venire intellegitur [17]), tunc [18]) ·E· littera terminetur, ut puta: haec robora ab hoc robore. Sed hoc praeceptum non recte statuisse reperiuntur [19]), V. 211. quandoquidem sint nomina generis neutri, quae [20]) nominativo casu numeri pluralis ·IA· litteris definiantur [21]), et ablativo casu numeri [22]) singularis non ·I· littera terminentur [23]), ut puta: haec stateria [24]), haec [25]) cochlearia [26]) et cetera talia. Numquidnam [27]) ab hoc [28]) stateri [29]) aut ab hoc cochleari [30]) facere [31]) demonstrant? sed ab hoc statere [32]) et [33]) ab hoc cochleare [34]) intelleguntur resonare.

316. Item sunt aliqui, qui [35]) huic casui supradicto hoc praeceptum dari existimaverunt, hoc est, ut tunc hic supradictus casus ablativus ·I· littera terminetur, quando ab iis [36]) nominibus venire reperitur, quae nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiuntur et genetivos casus [37]) eiusdem numeri singularis similes habere reperiuntur, ut puta: hic qualis, huius qualis [38]) ab hoc quali facere debeat. Sed hoc monemus, quod hoc praeceptum non recte statuisse reperiantur, quando [39]) sint alia nomina, quae nominativo [40]) casu numeri singularis ·IS· litteris definiantur et genetivos casus eiusdem numeri singularis similes habere reperiantur, nec tamen [41]) ablativo casu numeri singularis ·I· littera definiantur [42]), ut puta: hic iuvenis, panis, finis, crinis [43]), huius iuvenis, panis, finis, crinis, et cetera talia [44]). Numquidnam [45])

---

[11]) scilicet *B. V. P.* = *A.* [12]) termiuetur *V. A.* — termenetur *B.* [13]) a nominibus — a nominativo *B.* — nominibus (= a) *V. A.* [14]) casu *V. A.* = *B.* [15]) pluralis *B. V. P.* — singularis *A.* [16]) ·A· littera *B. V. P.* = *A.* [17]) intelligitur *B. ex em. pr. m. P.* — intellegatur *B. a pr. m.* — intelleguntur *V. A.* [18]) tunc *B. V. P.* — nunc *A.* [19]) reperiuntur *B. V. A.* — reperitur *P.* [20]) quae *B. V. P.* — qui *A.* [21]) definiantur *B. V. P.* — definiuntur *A.* [22]) numeri *V. A.* — numeris *B.* [23]) terminentur *B. V.* — terminetur *A.* [24]) stateria *B.* — stataria *V. A.* [25]) haec *V. A.* = *B. P.* [26]) cochlearia *B. V.* — coclearia *A.* [27]) numquidnam *V. A. B. ex em. pr. m.* — numquidnum *P.* — nunc quidnam *B. a pr. m.* [28]) ab hoc, *post h. vv. B. male repetit:* stateria, cochlearia et cetera talia, numquidnam ab hoc. [29]) stateri *B. ex em. pr. m., quae primum* stateria *scripserat.* — statari *V. A.* [30]) cochleari *B. V.* — cocleari *A.* [31]) facere *B. V. P.* — venire *A.* [32]) statere *P. B. ex em. pr. m.* — statare *B. a pr. m. V. A.* [33]) et *B. V. P.* — aut *A.* [34]) cochleare *V. B. ex em. pr. m.* — chochleare *B. a pr. m.* — cocleare *A.* [35]) aliqui qui *V. A.* — aliaqui *B.* — aliqui (= qui) *P.* [36]) iis *A.* — his *B. V.* [37]) genitivos casus *B. A.* — genetivos casuus *V.* (*h. l. et saepe alibi observante A. Maio, quod utrum mendum sit vel Archaismus casus pluralis quarti declinationis quartae ambigit Cl. editor.*) — genitivus casus *P.* [38]) huius qualis *B.* = *V. A.* [39]) quando sic *B. V. A.* — pro quandoquidem [40]) nominativo *B. V. P.* — ablativo *A.* [41]) tamen *V. A.* — tamen ab *B.* [42]) definiantur *B. A.* — finiantur *V.* [43]) finis crinis *B. V.* — crinis finis *A. ita etiam mox infra.* [44]) et cetera talia *B.* — et cetera *V.* — sic et cetera alia *A.* — sic et cetera alia nomina *P.* [45]) numquidnam *B. V.* — numquid *A.* — quidnam *P.*

ab hoc iuveni, pani, fini, crini [46]) sonare probantur? sed ab hoc iuvene, pane, fine, crine facere demonstrantur. Et ideo nos, quae nomina, et qua de causa in eodem ablativo casu numeri singularis ex utroque sono permissa sint [47]) pronuntiari, in sonis competenter tractabimus [48]).

317. Item in supradictis generibus sunt aliqua nomina, quae genetivo casu numeri pluralis ·IUM· litteris concludantur [49]), et sunt aliqua, quae in eodem genetivo casu numeri pluralis ·UM· litteris post [50]) consonantem definiantur, *ut puta: harum sedum et harum sedium [51]); quare col.b. hoc monemus, quod sint aliqui, qui vulgo [52]) huic casui hoc praeceptum statuere existimaverunt, hoc est, ut quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·E· littera correpta terminantur, haec ex eodem supradicto casu eandem ·E· litteram omittant vel in ·I· convertant, et ·UM· syllabam accipiant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta: ab hoc lepore, horum leporum, et ab hac turre, harum turrium.

318. Sed quando idem ablativus [53]) casus numeri singularis ·E· litteram omittat [54]), et quando eandem [55]) ·E· [56]) litteram in ·I· convertat [57]) V. 212. hoc [58]) dicère noluerunt [59]), et ideo ut supra diximus vanum praeceptum supradicto casui instituisse non intellexerunt. Quare hoc monemus, quod genetivum casum [60]) numeri scilicet pluralis, qui ab [61]) ablativo casu numeri singularis, qui [62]) ·E· littera correpta terminatur, venire reperitur, quando ·UM· litteris post consonantem, et quando ·IUM· litteris [63]) concludatur [64]), in sonis competenter tractare debeamus.

319. Item in supradictis generibus hoc monemus, quod sînt aliqua nomina, quae accusativo casu numeri singularis in uno vocabulo suo duobus his sonis reperiantur definiri, id est, ·EM· et ·IM·, ut puta: hanc puppem et hanc puppim [65]). Sed [66]) et haec nomina qua de causa in supradicto casu ex utraque forma permissa sint declinari, in sonis competenter tractabimus [67]).

De ablativo casu, qui ·E· [68]) littera correpta terminatur, quantum ratio poscebat tractavimus.

320. DE ·I·. ·I· littera tantum ablativus casus numeri singularis terminatus genera haec [69]) quattuor continet tantum: masculinum, femininum, neutrum [70]), omne.

---

46) fini, crini *B. V.* — crini, fini *A. et iterum mox infra.* 47) sint *B. V.* = *A.* 48) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* 49) concludantur *B. V. P.* — concluduntur *A.* 50) post *B. V. P.* — ante *A.* 51) harum sedium *A.* — harum aedium *B. V.* 52) vulgo *B. A.* — volgo *V.* 53) ablativus *B. V. A.* — ablativi *P.* 54) omittat *B. V.* — omittant *A.* 55) eandem *B. V.* — eamdem *A.* 56) ·E· *B. V. P.* — ·I· *A.* 57) convertat *V. A.* — convertant *B. P.* 58) hoc *B. V. P.* = *A.* 59) noluerunt *B. V. P.* — voluerunt *A.* 60) genitivum casum *B.* (*sed* genitivuum) *A.* — genitivus casus *A* 61) ab *B.* = *V. A.* 62) qui *B.* = *V. A.* 63) et quando ·IUM· litteris *B. V. P.* = *A.* 64) concludatur *B. V. P.* — concludantur *A.* 65) hanc puppem et hanc puppim *B.* — hanc puppim et hanc puppem *V. A.* (= et). 66) et *B. V.* = *A.* 67) tractabimus *V. A.* — tractavimus *A.* 68) ·E· *B. V. A.* — ·O· *P.* 69) haec *B. V. A.* = *P.* 70) neutrum *B. V. A.* — neutrum commune *P.*

321. **De genere masculino.** Masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·I· littera tantum [71]) terminantur, et aptota esse non reperiuntur [72]), haec in nominativo casu numeri singularis una hac [73]) forma definiuntur tantum ·IS·, ut puta [74]): ab hoc Tiberi [75]), hic Tiberis et ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis [76]): hic Tiberis, huius Tiberis, huic Tiberi [77]), hunc Tiberim [78]), o Tiberis, ab hoc Tiberi [79]).

Haec sonum pluralem facere prohibentur.

F. 24. v. col. a. *Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·I· littera tantum terminantur et [80]) nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiuntur, ad exemplum Tiberis [81]) declinantur.

322. Nunc ex hac forma, qua diximus generis masculini nomina ablativo casu numeri singularis ·I· littera tantum terminari, hoc monemus, quod plus quam decem septem [82]) soni, hoc est, quam XVII nomina [83]) non possint [84]) exhiberi.

323. **De genere feminino.** Feminini [85]) generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·I· littera tantum terminantur, et aptota esse
V. 213 non reperiuntur, haec in nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum ·IS· [86]), ut puta [87]): ab hac vi, haec vis, et [88]) ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis: haec vis, huius vis, huic vi, hanc vim, o vis, ab hac vi.

Haec sonum pluralem facere prohibentur.

324. Sane hoc monemus, quod sint aliqui qui [89]) vires, ab hac vi [90]) numerum pluralem esse existiment [91]). Sed hoc monemus, quod quaecumque nomina generis feminini genetivo casu numeri singularis ·IS· litteris definiuntur [92]), haec ex eodem genetivo casu numeri singularis ·I· litteram, quam [93]) habent ante ultimam consonantem oppositam [94]) in ·E· convertunt et nominativum casum numeri pluralis ostendunt [95]). Nunc si vis hoc faciat, numquidnam [96]) in numero [97]) plurali vires [98]) facere demonstrat [99])? et ideo vis numeri tantum singularis esse pronuntiatur.

325. Sic et alia generis feminini [100]) nomina, quae ablativo casu nu-

---

71) tantum *B. V.* = *A.* 72) reperiuntur *B. V. P.* — inveniuntur *A.* 73) una hac *V. A.* nuna ac *B.* 74) puta *B. V. P.* = *A.* 75) ab hoc Tiberi *V.* — ab hoc Teberi *B.* — ab hoc Tiberi et *A.* 76) Numeri singularis *V.* — N. S. *A.* — singul. *B.* 77) Tiberi *V. A.* — Teberi *B.* 78) Tiberim *V. A.* — Tiberem *B.* 79) Tiberi *V. A.* — Teberi *B.* 80) et *B. V. P.* = *A.* 81) Tiberis *V. A.* — Teberis *B.* 82) decem septem *V.* — XVII *B. A. ita et mox infra.* 83) hoc est..... nomina *V A.* = *B.* 84) possint *B. V. P.* — possunt *A.* 85) feminini *B. V. P.* — communis *A.* 86) ·IS· *B. V. P.* — ·IS· ut ·IS· *A.* 87) ut puta *B. V. P.* — ut *A.* 88) et *B. V. A.* = *P.* 89) qui *V. A.* = *B.* 90) vires ab hac vi *B.* — ab hac vi vires *V. A.* 91) existiment *B. V.* — existimant *P.* — existimaverunt *A* 92) definiuntur *A.* — definiunt *B.* 93) quam *V. A.* — quae *B.* 94) oppositam *B. A.* = *V.* 95) ostendunt *B. V. A.* — ostendant *P.* 96) numquidnam *B. V. P.* — numquid *A.* 97) numero *V. A.* — nomero *B.* 98) vires *B. V. A.* = *P.* 99) demonstrat *B. V.* — monstrat *A.* 100) generis feminini *B. V.* — feminini generis *A.*

meri singularis ·I· littera tantum [1]) terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·IS· litteris definiuntur, ad exemplum **vis** declinantur [2]).

326. Nunc ex hac forma, qua diximus generis feminini nomina ablativo casu numeri singularis ·I· littera terminari, hoc monemus, quod plus quam undecim soni, hoc est, quam undecim nomina [3]) non possint exhiberi.

327. **De genere neutro.** Generis neutri [4]) nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·I· littera tantum [5]) terminantur, haec aptota esse reperiuntur et ad hoc exemplum declinantur [6]):

Numeri singularis [7]): **hoc sinapi** [8]), **huius sinapi, huic sinapi** [9]), **hoc sinapi, o sinapi, ab hoc sinapi.**

Haec sonum pluralem facere prohibentur.

Sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·I· littera tantum [10]) terminantur, ad exemplum **sinapi** [11]) declinantur.

328. Nunc ex hac forma, qua diximus generis neutri nomina ablativo casu numeri singularis ·I· littera tantum terminari, hoc monemus, quod plus quam septem soni [12]) non possint exhiberi.

329. **De genere omni.** Omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·I· littera tantum terminantur, haec aptota esse reperiuntur et ad hoc exemplum declinantur:

*Numeri singularis: **hic et haec et hoc frugi, huius et huius** col.b.
et huius [13]) **frugi, huic et huic et huic** [14]) **frugi, hunc et hanc et hoc frugi, o et o et o** [15]) **frugi, ab hoc et** [16]) **ab hac et ab hoc frugi**; et pluraliter: **hi et hae et haec frugi, horum et harum et horum frugi, his et his et his** [17]) **frugi, hos et has et haec frugi, o et o et o** [18]) **frugi, ab** [19]) **his et ab his et ab his** [20]) **frugi.**

Sic et alia generis omnis nomina [21]), quae ablativo casu numeri sin- V. 214.
gularis ·I· littera tantum [22]) terminantur, ad exemplum **frugi** declinantur.

330. Nunc ex hac forma, qua diximus generis omnis nomina ablativo casu numeri singularis ·I· littera tantum terminari, hoc monemus, quod plus quam quinque soni, hoc est, quam quinque nomina [23]) non possint exhiberi.

De ablativo casu numeri singularis, qui ·I· littera tantum terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

---

1) tantum *B. V. A.* = *P.* 2) et nominativo . . . . . declinantur *B. V. P.* = *A.* 3) hoc est . . . . . nomina *V. A.* = *B.* 4) generis neutri *B.* — neutri generis *V A.* 5) tantum *B.* = *V. A.* 6) et . . . . declinantur *B. V.* = *A.* 7) numeri singularis — N.S. *A.* = *B. V.* 8) sinapi *V. A.* — senapi *B. const.* 9) huic sinapi *B. A.* = *V.* 10) tantum *B. A.* = *V.* 11) terminantur, ad exemplum sinapi *B. V. P.* = *A.* 12) soni *B.* — nomina *V. A.* 13) et huius et huius *V. A.* = *B.* 14) et huic et huic *V. A.* = *B.* 15) et o et o *V. A.* = *B.* 16) et *V. A.* = *B.* 17) et his et his *V. A.* = *B.* 18) et o et o *V. A.* = *B.* 19) ab *B. V. P.* = *A.* 20) et ab his et ab his *V. A.* = *B.* 21) generis omnis nomina *B. V.* — nomina omnis generis *A.* 22) tantum *B.* = *V. A.* 23) hoc est . . . . . . nomina *V. A.* = *B.*

331. DE ·O·. ·O· littera ablativus casus numeri singularis terminatus genera haec quattuor continet tantum, masculinum, femininum, neutrum, commune.

332. **De genere masculino.** Masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, haec nominativo casu numeri [24]) singularis novem his formis definiuntur tantum: ·ER· ·VIR· ·US· ·AUS· ·EUS· ·IUS· ·OUS· ·UUS· [25]) ·QUUS· [26]).

333. DE ·ER· [27]). Quaecumque nomina generis masculini ablativo [28]) casu numeri singularis ·O· littera terminantur, et [29]) nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiuntur, ut puta: **ab hoc apro, hic aper**, haec ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis: **hic aper, huius apri, huic apro, hunc aprum, o aper, ab hoc apro**; et pluraliter: **hi apri, horum aprorum, his apris, hos apros, o apri, ab his apris.**

Sic et alia [30]) generis [31]) masculini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis [32]) ·ER· litteris definiuntur, ad exemplum **apri** per omnes casus declinantur.

334. Sane in hac [33]) suprascripta forma, qua diximus generis masculini nomina ablativo casu numeri singularis ·O· littera [34]) terminari, et nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiri, hoc monemus, quod sint aliqua [35]) nomina, quae interdum propter [36]) metra vel structuras ex ablativo casu numeri singularis [37]) ·O· ultimum et [38]) in ·UM· litteras convertant, ut genetivum casum numeri pluralis efficiant, ut puta: **ab hoc libero, horum liberum.** Sed haec, quae sint nomina, et qua de causa [39]) ex [40]) supradicto casu interdum propter metra vel structuras ·O· ultimum et in ·UM· [41]) litteras convertant [42]), ut genetivum casum [43]) numeri pluralis efficiant, hoc in metris vel in structuris competenter tractabimus [44]).

V. 215. 335. Item in hac supradicta [45]) forma hoc monemus, quod haec duo

F. 25. r. col. a. nomina tantum, * id est, **uter, alter**, quammaxime propter [46]) structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmata [47]) sint [48]) declinari, hoc est, **huius utrius, huic utri; huius alterius,**

---

[24]) numeri *V. A.* — nomeri *B.* [25]) ·UUS· *B. V.* — bus *A.* [26]) ·QUUS· *V. A.* — ·QUS· *B. P.* [27]) De ·ER· *B. V. P.* — de masculino genere *A* [28]) ablativo *B. V. P.* — in ablativo *A.* [29]) et *B. V. P.* = *A.* [30]) alia *V. A.* — cetera alia *B.* τῷ alia *punctis impositis damnato.* [31]) generis *V. A.* — generi *B.* [32]) ·O· littera ..... numeri singularis *B. V. P.* = *A.* [33]) hac *V. A.* — ac *B.* [34]) littera *B. V. P.* — litteris *A.* [35]) aliqua *B. A.* = *V.* [36]) propter *V. A.* — proter *B.* [37]) ex ablativo casu numeri singularis *B V. P.* = *A.* [38]) et *B. V. P.* = *A.* [39]) sed haec ..... causa *B. V. P.* = *A.* [40]) ex *B V. P.* — cum ex *A.* [41]) et in ·UM· *B. V.* — in ·UM· *A.* — et ·UM· *P.* [42]) convertant *B. V. P.* — convertunt *A.* [43]) ut genitivum casum *B. V. P.* — in genitivo casu *A.* [44]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* [45]) supradicta *B. V.* — suprascripta *A.* [46]) quammaxime propter *V. A.* — quammaxime pro propter *B.* [47]) confirmata *V. A.* — confirminata *B.* [48]) sint *B.* — sunt *V. A.*

huic alteri; at vero per ceteros casus [49]) ad sonum apri debeant declinari.

336. Nunc etiam hoc monemus, quod haec supradicta duo nomina propter metra in iisdem supradictis casibus et anomale et non anomale permissa sunt [50]) declinari. Sed [51]) haec nomina qua de causa in supradictis casibus propter structuras sic anomale confirmata sint pronuntiari, et in metris anomale et non anomale permissa sint declinari, cum ad rationem metrorum vel structurarum [52]) venerimus [53]), illic [54]) competenter tractabimus [55]).

85) definiuntur *B. V. P.* — terminantur *A.* 86) aptota *V. A.* — abtota *B.* 87) pluralem *B. V.* — singularem *A.* 88) Sic et *V. A.* = *B.* 89) aptote scilicet *V.* — aptota scilicet *B.* = *A.* 90) terminari *V.* — terminantur *A.* 91) et *V. P.* — et in *A.* 92) ablativo . . . . . . definiri *V. A. P.* = *B.* 93) plus *V. P.* = *A.* 94) hoc est . . . . nomina *V. A. P.* = *B.* 95) non *B. V. A.* = *P.* 96) exhiberi *V. A.* — exiberi *B.* 97) De forma . . . . . tractavimus *V. A.* — De suprascripta forma quantum ratio poscebat tractavimus *B.* 98) haec nominativo . . . . . ·US· *B. V. P.* = *A.* 99) De ·UM· . . . . . terminantur *B. V. P.* = *A.* 100) haec *B. V. A.* = *P.*

a) *Cl. Mai* ad h. l. observat in *Antonini Pii ad Frontonem epistola*, nec non apud alios auctores *Gyaro* neque aptotum nomen esse, et numero etiam plurali efferri. Formam *Gyarae* et *Gyara* et *Gyaros* habemus apud auctores (*Cic. ad Attic.* V. 12. *Tacit. Annal.* III. 68. 69. IV. 30. *Iuven. sat.* I. 73. X. 170. *Plin.* H. N. VIII. 29. 43. LVII. 82. *Antonin. ad Front. edit. Mai.* I. p. 5.) formam Gyaro nemo praeter Nostrum novit.

Sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·UM·[1]) litteris post consonantem definiuntur, ad exemplum templi per omnes casus declinantur.

393. Nunc in hac suprascripta forma [2]) hoc monemus, quod hoc unum nomen reperiatur, quod propter soni rationem genetivo, dativo et ablativo casu numeri pluralis sic anomale confirmatum sit declinari, id est: horum iugerum, his iugeribus, ab his iugeribus, at vero per ceteros casus [3]) ad sonum [4]) templi debeat [5]) declinari.

394. Nunc [6]) qua de causa supradictum nomen *in supradictis casibus F. 28. r. col. a propter sonos sic anomale confirmatum sit pronuntiari, cum ad ipsos sonos venerimus [7]), illic competenter tractabimus [8]).

Item in hac suprascripta [9]) forma hoc monemus, quod haec sex nomina [10]) tantum, id est: alterum, unum, nullum, ullum, solum, utrum [11]), quammaxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmata sint [12]) declinari, id est, huius alterius, huic alteri; sic et cetera suprascripta [13]) nomina in supradictis casibus ad hunc sonum anomalum necesse est [14]) pronuntiari; at vero per ceteros casus [15]) ad sonum templi debeant declinari.

395. Nunc etiam hoc monemus, quod [16]) haec supradicta nomina propter metra in iisdem supradictis casibus et anomale, et non anomale permissa sint declinari.

Sed haec nomina, qua [17]) de causa in [18]) supradictis casibus propter structuras sic anomale confirmata sint pronuntiari, et in metris anomale et non anomale permissa sint declinari, cum ad rationem metrorum vel [19]) V. 229. structurarum venerimus [20]), illic [21]) competenter tractabimus [22]).

396. Nunc in hac forma generis neutri, qua diximus [23]) ablativo casu numeri singularis nomina [24]) ·O· littera terminari et nominativo casu numeri singularis ·UM· litteris post [25]) consonantem definiri [26]), hoc monemus, quod ex ea [27]) quam plurimi soni, hoc est, quam plurima nomina [28]) possint [29]) exhiberi.

---

[1]) ·UM· *B. V. A.* — ·US· *B.* [2]) suprascripta forma *B. V. P.* — supradicta forma qua diximus *A. Patet ex antecedentibus locum plane sic legendum esse:* Nunc in hac suprascripta forma gener.s neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis, nomina ·O· littera terminari, et nominativo casu numeri singularis ·UM· litteris post consonantem definiri. [3]) casus *B. A.* — casuus *V.* [4]) sonum *B. V. P.* — exemplum *A.* [5]) debeat *B. V. P.* — debeant *A.* [6]) Nunc *V. A.* — num *B.* [7]) venerimus *V. A.* — veneremus *B.* [8]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* [9]) suprascripta *B. V. P.* — supradicta *A.* [10]) sex nomina *V. A.* = *B.* [11]) utrum *V. A.* — sutrum *B.* [12]) confirmata sint *B.* — confirmata sunt *V.* — confirmatum sit *A.* [13]) suprascripta *B. V. P.* — supradicta *A.* [14]) est *B.* — esset *V.* — pot *A.* [15]) casus *B. A.* — casuus *V.* [16]) quod *B. V. P.* = *A.* [17]) qua *V. A. B. ex em. pr. m.* — quae *B. a pr. m.* [18]) in *B. V. P.* = *A.* [19]) vel *B. V. P.* — et *A.* [20]) venerimus *V. A.* — veneremus *B.* [21]) illic *B. V. P.* — illis *A.* [22]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* [23]) generis neutri qua diximus *B. V.* — qua diximus generis neutri *A.* [24]) nomina *V. P.* = *A.* [25]) post *V.* — ante *A.* [26]) ablativo definiri *V. P. A.* = *B.* [27]) ea *B. V. P.* — eo *A.* [28]) hoc est..... nomina *V. A.* = *B.* [29]) possint *B. V. P.* — possunt *A.*

De forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·O· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ·UM· litteris post [30]) consonantem definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus [31]).

397. DE ·EUM·. Quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·EUM· [32]) litteris definiuntur, ut puta: ab hoc linteo, hoc linteum, haec ad hoc exemplum declinantur:

col.b. *Numeri singularis: hoc linteum, huius lintei, huic linteo, hoc linteum, o linteum, ab hoc linteo; et pluraliter: haec lintea [33]), horum linteorum, his linteis, haec lintea, o lintea, ab his linteis.

Sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·EUM· litteris definiuntur, ad exemplum lintei declinantur.

398. Nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·O· littera terminari et nominativo casu numeri singularis ·EUM· litteris definiri [34]), hoc monemus, quod ex ea non eo plures [35]) soni, hoc est, non eo plurima nomina [36]) possint exhiberi.

De forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina [37]) ·O· littera terminantur et nominativo [38]) casu numeri singularis ·EUM· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus [39]).

399. DE ·IUM·. Quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·IUM· litteris definiuntur, ut puta: ab hoc scrinio, hoc scrinium, haec ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis [40]): hoc scrinium, huius scrinii, huic scrinio, hoc scrinium, o scrinium, ab hoc scrinio; numeri pluralis: haec scrinia, horum scriniorum, his scriniis, haec scrinia, o scrinia, ab his scriniis.

Sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur et nominativo casu numeri singularis ·UM· syllaba [41]) post ·I· litteram [42]) definiuntur, ad [43]) exemplum scrinii per omnes casus declinantur.

V. 230. 400. Nunc in hac suprascripta [44]) forma [45]) quaeritur qua de causa

---

[30]) post *V.* — ante *A.* [31]) De forma..... tractavimus *V. A.* — De suprascripta forma quantum ratio poscebat tractavimus *B.* [32]) ·EUM· *B. V. A.* — ·UM· *P.* [33]) lintea *V. A.* — linte *B.* [34]) qua diximus..... definiri *V. P. A.* (= nomina..... singularis) = *B.* [35]) eoplures *B. V. P.* — plures *A.* [36]) hoc est .... nomina *V. P.* = *A.* [37]) nomina *V. P.* = *A.* [38]) nominativo *V. P.* — ablativo *A.* [39]) De forma..... tractavimus *V. A.* — De suprascripta forma quantum ratio poscebat tractavimus *B.* [40]) Quaecumque nomina...... singularis *B. V. P.* = *A.* [41]) syllaba *V. A.* — syllabam *B.* [42]) post ·I· litteram → ante ·I· litteram *B. V. P.* = *A.* [43]) ad *B. V.* — haec ad *A.* — ad hoc *P.* [44]) suprascripta *B. V. P.* = *A.* [45]) forma *B V.* — forma qua diximus *A.; desunt scilicet:* generis neutri ablativo casu numeri singularis nomina ·O· littera terminari et nominativo casu numeri singularis ·UM· syllaba post ·I· litteram definiri.

nomina per aliquos [46]) supradictos casus [47]) per duas ·I· litteras scribantur? Hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·UM· syllaba post [48]) ·I· litteram definiuntur, haec, exceptis anomalis et genetivo casu numeri pluralis, per ceteros casus pari numero syllabarum oportet scribi.

401. Item et alia probatio, qua docetur [49]) haec supradicta nomina per [50]) supradictos casus per duas ·I· litteras oportere [51]) scribi: Quoniam quaecumque nomina generis neutri [52]), exceptis scilicet anomalis [53]), ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, haec eandem [54]) ·O· litteram in ·I· convertunt et genetivum casum numeri singularis ostendunt.

402. Item haec eadem supradicta nomina ex eodem ablativo casu numeri singularis eandem ·O· litteram in ·IS· litteras convertunt et dativum vel [55]) ablativum casum numeri pluralis ostendunt.

403. Item in hac supradicta [56]) forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·O· littera terminari et nominativo casu numeri singularis [57]) ·UM· syllaba post ·I· litteram definiri [58]), hoc monemus, quod hoc unum nomen reperiatur, quod nominativo [59]), accusativo et vocativo [60]) casu numeri singularis ·D· [61]) littera definiatur, id est, a l i u d, quod [62]) quammaxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis sic anomale confirmatum sit declinari, id est, h u i u s a l i u s, h u i c a l i i [63]), at vero [64]) per ceteros casus [65]) ad sonum s c r i n i i debeat declinari.

404. Nunc etiam hoc monemus, quod hoc suprascriptum [66]) nomen propter metra in iisdem supradictis [67]) casibus et anomale et non anomale permissum sit declinari.

405. Sed hoc nomen [68]), qua de causa in supradictis [69]) casibus propter structuras sic anomale confirmatum sit pronuntiari, et in metris anomale et non anomale permissum sit declinari, cum ad rationem metrorum vel [70]) structurarum venerimus [71]), illic competenter tractabimus [72]).

406. * Nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu F. 98. v. col. a.

---

[46]) aliquos *B. V.* — aliquot *A.* [47]) supradictos casus *B. V.* — casus supradictos *A.* [48]) post *B.* — ante *V. A.* [49]) docetur *B.* — doceantur *V. A.* [50]) supradicta nomina per *B. V. P.* = *A.* [51]) oportere *B. V. P.* — oportet *A.* [52]) generis neutri: *post haec verba in P. e superioribus prave repetuntur:* ablativo casu . . . . generis neutri, *sed pro* probatio *h. l. scribitur* ratio, *pro* oportet *vero* oportere. [53]) scilicet anomalis *B. V.* — anomalis scilicet *A.* [54]) eandem *B. V.* — eamdem *A. ita et mox infra.* [55]) vel *B.* — et *V. A.* [56]) supradicta *V. A.* = *B.* [57]) nomina .... singularis *V.* = *A.* [58]) qua diximus .... definiri *V. A.* = *B.* [59]) nominativo *B. V.* — nominativo et *A.* [60]) vocativo *V. A.* — dativo *B.* [61]) ·D· *B. V. A.* — ·O· *P.* [62]) quod *V. A.* — at vero *B.* [63]) alii *A.* — ali *B. V.* [64]) at vero *V. A.* — nunc *B.* [65]) casus *B. A.* — casuus *V.* [66]) suprascriptum *B. V. P.* — supradictum *A.* [67]) supradictis *B. V. A.* — suprascriptis *P.* [68]) nomen *B. V.* = *A.* [69]) supradictis *B. V. A.* — suprascriptis *P.* [70]) vel *B. V. P.* — et *A.* [71]) venerimus *V. P. B. ex em. pr. m.* — veneremus *B. a pr. m.* — pervenerimus *A.* [72]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.*

numeri singularis nomina ·O· littera terminari et nominativo casu numeri singularis ·UM· syllaba [73]) post ·I· litteram definiri [74]), hoc monemus, quod eo plurimi soni, hoc est, eo plurima [75]) nomina [76]) possint exhiberi.

De forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·O· littera terminari [77]) et nominativo casu numeri singularis V. 231. ·UM· syllaba post ·I· litteram definiri [78]), quantum ratio poscebat, tractavimus [79]).

407. DE ·VUM·. Quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·VUM· syllaba [80]) definiuntur, ut puta: ab hoc ovo, hoc ovum, haec ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis: hoc ovum, huius ovi, huic ovo, hoc ovum, o ovum, ab hoc ovo; et pluraliter: haec ova, horum ovorum, his ovis, haec ova, o ova, ab his ovis.

Sic et alia generis neutri nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis [81]) ·VUM· syllaba [82]) definiuntur ad exemplum ovi per omnes casus [83]) declinantur.

408. Nunc in hac forma suprascripta [84]) quaeritur, qua de causa hoc ovum et non hoc oum dicatur? Hac de causa, quoniam quaecumque [85]) nomina generis neutri genetivo [86]) casu numeri singularis ·VI· syllaba terminantur, haec nominativo casu numeri singularis ·VUM· syllaba definiuntur, et ideo hoc ovum, non hoc oum facere pronuntiatur.

409. Nunc in hac forma generis neutri, qua diximus [87]) ablativo casu numeri singularis nomina [88]) ·O· [89]) littera terminari et nominativo casu numeri singularis ·VUM· [90]) litteris definiri [91]), hoc monemus, quod ex ea [92]) non quam plures [93]) soni, hoc est, non [94]) quam plurima nomina possint [95]) exhiberi.

De forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·O· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·VUM· litteris definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus [96]).

---

73) syllaba *B. V.* — littera *A.* 74) post ·I· litteram definiri *V. P.* definiri post ·I· (= *reliq.*) — ablativo ..... definiri = *B.* 75) eo plurima *V.* — plurima *A.* 76) hoc est ..... nomina *V. A.* = *B.* 77) terminari *V. P.* — terminantur *A.* 78) definiri — definiuntur *V. A.* 79) De forma ..... tractavimus *V. A.* — De suprascripta forma generis neutri quantum ratio poscebat tractavimus *B.* 80) syllaba *B. V. P.* — littera *A.* 81) ·O· littera .... singularis *B. V. P.* = *A.* 82) syllaba *B.* — litteris *V. A.* 83) casus *B. A.* — casuus *V.* 84) forma suprascripta *B. V. P.* — supradicta forma *A.* 85) quaecumque *V. A.* — quecumque *B.* 86) genetivo *B. V. A.* — genitivo et vocativo *P.* 87) generis neutri qua diximus *B. V.* — qua diximus generis neutri *A.* 88) nomina *A.* = *V.* 89) ·O· *V. A.* — ·U· *P.* 90) ·VUM· *V. A.* — ·OVUM *P.* 91) ablativo ..... definiri *V. A.* = *B.* 92) ea *B.* — ea forma *V. A.* 93) non quam plures *V. P.* — non complures *A.* — plures (= *reliq.*) *B.* 94) non *V. A.* = *B.* 95) possint *V. A.* — possin *B.* 96) De forma ..... tractavimus *V. A.* — De supradicta forma generis neutri quantum ratio poscebat tractavimus *B.*

410. DE ·US·. Quaecumque nomina generis neutri ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·US· litteris post consonantem definiuntur, ut puta: ab hoc pelago [97]), hoc pelagus, haec ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis: hoc pelagus, huius pelagi, huic pelago, hoc pelagus [98]), o pelagus [99]), ab hoc pelago.

Haec numerum pluralem facere prohibentur [100]).

411. Nunc in hac forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina [1]) ·O· littera terminari et nominativo casu numeri singularis [2]) ·US· litteris post consonantem definiri [3]), hoc monemus, quod ex ea plus quam septem soni, hoc est, plus quam VII nomina [4]) non possint exhiberi.

De forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·O· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·US· litteris post consonantem definiuntur, quantum ratio poscebat, tractavimus [5]). V. 232.

De ablativo casu numeri singularis, qui ·O· littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

412. DE ·U·. Ablativus casus numeri singularis ·U· littera terminatus genera haec continet quattuor [6]): masculinum, femininum, neutrum, omne.

413. De genere masculino [7]). Masculini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·U· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur [8]) tantum ·US· [9]), ut puta: ab hoc fluctu, hic fluctus, et ad hoc exemplum declinantur:

* Numeri singularis: hic fluctus, huius fluctus, huic fluctui, col. b. hunc fluctum, o fluctus, ab hoc fluctu; et pluraliter: hi fluctuus [10]) [a]), horum fluctuum, his fluctibus, hos fluctuus [11]), o fluctuus [12]), ab his fluctibus.

Sic et alia generis masculini nomina, quae ablativo casu numeri sin-

---

97) pelago *B. V. P.* — pellago *A. const.* 98) hoc pelagus *V. A.* — hoc pelagum *B.* 99) o pelagus *V. A.* — o pelagum *B.* 100) Haec..... prohibentur *B. V.* = *A.* 1) nomina *V.* = *A.* 2) ·O· littera..... singularis *V. A.* = *P.* 3) ablativo..... definiri *V. A.* = *B.* 4) septem soni.... septem nomina *V. P.* — septem soni *B.* (= *reliq.*) — septem nomina *A.* (= *reliq.*) 5) De forma..... tractavimus *V. A.* — De suprascripta forma quantum ratio poscebat tractavimus *B.* — *Cod. A. post vocem* consonantem *e loco praecedente inepte repetit:* definiri, hoc monemus, quod ex eo plus quam septem soni, hoc est, quam septem nomina non possint exhiberi. De forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis ·US· litteris post consonantem definiuntur, quantum ratio poscebat tractavimus. 6) haec continet quattuor *V. B.* — haec quattuor continet *P.* — quattuor continet (= haec) *A.* 7) De genere masculino *B. V.* — de masculino genere *A.* 8) definiuntur *B. A.* — finiuntur *V.* 9) ·US· *B· A.* = *V.* 10) hi fluctuus *B. V.* — hi fluctus *A.* 11) hos fluctuus *B. V.* — hos fluctus *A.* 12) o fluctuus *B. V.* — o fluctus *A.*

a) *Hi fluctuus.* Codd. B. et V. lectionem genuinam exprimere, patet e loco infra sequente, ubi quaeritur qua de causa nomina quartae declinationis nominativo, accusativo et vocativo numeri pluralis interdum et per unam ·U· litteram scribantur.

gularis ·U· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis [13]) ·US· litteris definiuntur [14]), ad hoc exemplum fluctus per omnes casus [15]) declinantur.

414. Nunc in hac forma generis masculini [16]), qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·U· littera terminari [17]), hoc monemus, quod ex ea plus quam quingenti triginta tres [18]) soni, hoc est, quam quingenta triginta tria nomina [19]) non [20]) possint exhiberi.

De forma generis masculini, qua ablativo casu numeri singularis nomina ·U· [21]) littera terminantur, quantum ratio poscebat, tractavimus [22]).

415. **De genere feminino** [23]). Feminini generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·U· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, id est, ·US·, ut puta: ab hac porticu, haec porticus, et [24]) ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis: haec porticus, huius porticus, huic porticui, hanc porticum, o porticus, ab hac porticu; et pluraliter: hae porticuus [25]), harum porticuum [26]), his porticibus, has porticuus [27]), o porticuus [28]), ab his porticibus.

Sic et alia generis feminini nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·U· littera terminantur ad exemplum porticus per omnes casus [29]) declinantur.

416. Nunc in hac forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·U· littera terminari [30]), hoc monemus, quod
V. 233. ex ea plus quam triginta tres soni, hoc est, quam triginta tria nomina [31]) exhiberi non possint [32]).

De forma generis feminini, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina [33]) ·U· littera terminari, quantum ratio poscebat, tractavimus [34]).

417. **De genere neutro.** Neutri generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·U· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum, id est, ·U·, ut puta [35]): ab hoc cornu, hoc cornu, et ad hoc exemplum declinantur:

---

[13]) numeri singularis *A.* = *V.* [14]) et nominativo ..... definiuntur *V. A.* = *B.* [15]) casus *B. A.* — casuus *V.* [16]) generis masculini *B. V.* = *A.* [17]) ablativo..... terminari *V. A.* = *B.* [18]) quingenti et triginta tres *V.* — quingenti tregenta (*sed ex em. pr. m.* triginta) tris *B.* — quinginti et treginta tres *A.* — DXXXIII *P. ita et mox infra.* [19]) hoc est ..... nomina *V. A.* = *B.* [20]) non *B. V. A.* = *P.* [21]) ·U· *V. P.* — ·A· *A.* [22]) De forma...... tractavimus *V. A.* — De suprascripta forma quantum ratio poscebat tractavimus *B.* [23]) De genere feminino *B. V.* — De feminino genere *A.* [24]) et *B. V. P.* — haec *A.* [25]) hae porticuus *B. V.* — hae porticus *A.* [26]) harum porticuum *B. V.* — horum porticum *A.* [27]) has porticuus *B. V.* — has porticus *A.* [28]) o porticuus *B. V.* — o porticus *A.* [29]) casus *B. A.* — casuus *V.* [30]) ablativo ..... terminari *V. A.* = *B.* [31]) hoc est ..... nomina *V. A.* = *B.* [32]) exhiberi non possint *B.* — non possint exhiberi *V.* — non possunt exhiberi *A.* [33]) nomina *V. P.* = *A.* [34]) De forma.....tractavimus *V. A.* — De suprascripta forma quantum ratio poscebat tractavimus *B.* [35]) ·U· ut puta *B. V. P.* = *A.*

Numeri singularis: hoc cornu, huius cornu, huic cornu, hoc cornu, o cornu, ab hoc cornu; et pluraliter: haec cornua, horum cornuum, his cornibus, haec cornua, o cornua, ab his cornibus.

Sic et alia generis neutri nomina [36]), quae ablativo casu numeri singularis ·U· littera terminantur, ad exemplum cornu per omnes casus declinantur.

418. Nunc in hac forma, qua diximus generis neutri [37]) ablativo casu numeri singularis nomina ·U· littera terminari [38]), hoc monemus, quod ex ea plus quam undecim [39]) soni [40]), hoc est, plus quam undecim nomina [41]) non [42]) possint exhiberi.

De forma generis neutri, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·U· littera terminari, quantum ratio poscebat, tractavimus [43]).

419. De genere omni [44]). Omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·U· littera terminantur, haec nominativo casu numeri singularis una hac forma definiuntur tantum ·U· et ad hoc exemplum declinantur:

*Numeri singularis: hic et haec maior natu et hoc maius natu, F. 20 r. col. a. huius et huius et huius maioris natu, huic et huic et huic maiori [45]) natu, hunc et hanc maiorem natu et hoc maius natu, o et o maior natu et o maius natu, ab hoc et ab [46]) hac et ab hoc maiori [47]) natu; numeri pluralis: hi et hae maiores [48]) natu et haec maiora [49]) natu, horum et harum et horum maiorum natu, his et his et his maioribus natu, hos et has maiores [50]) natu et haec maiora [51]) natu, o et o maiores [52]) natu et o [53]) maiora [54]) natu, ab [55]) his et ab his et ab his maioribus natu.

Sic et alia generis omnis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·U· littera terminantur, ad exemplum maioris natu [56]) per omnes [57]) casus [58]) declinantur.

420. Nunc [59]) in hac forma generis omnis, qua diximus [60]) ablativo casu numeri singularis nomina ·U· littera terminari, hoc monemus, quod ex ea eo plures [61]) soni, hoc est, eo plurima nomina [62]), non [63]) possint exhiberi [64]).

---

[36]) nomina *B. V.* = *A.* [37]) qua diximus generis neutri *B. A.* — generis neutri qua diximus *V. P.* [38]) ablativo..... terminari *V. A.* = *B.* [39]) undecim *V.* — XI *A.* — XL *B.* [40]) soni *B V.* — nomina *A.* [41]) hoc est ..... nomina *V.* = *B. A.* [42]) non *B. V.* = *A.* [43]) De forma ...... tractavimus *V. A.* — De suprascripta forma quantum ratio poscebat tractavimus *B.* [44]) De genere omni *B. V.* — De omni genere *A.* [45]) maiori *V. A.* — maior *B.* [46]) ab *B. V.* = *A.* [47]) maiori *B.* — maiore *V. A.* [48]) maiores *V. A.* — maior *B.* [49]) maiora *V. A.* — maior *B.* [50]) maiores *V. A.* — maior *B.* [51]) maiora *V. A.* — maior *B.* [52]) maiores *V. A.* — maior *B.* [53]) o *V. B. P.* = *A.* [54]) maiora *V. A.* — aior (*sic*) *B.* [55]) ab *B. V. P.* = *A.* [56]) maioris natu *V.* — maiores natu *B.* [57]) omnes *V. A.* — omnis *B.* [58]) casus *B. A.* — casuus *V.* [59]) nunc *B. V.* — nunc vero *A.* [60]) generis omnis qua diximus *B. V. P.* — qua diximus generis omnis *A.* [61]) ex ea eo plures *A.* — ex ea plures *B.* — ex ea complures *V.* [62]) hoc est... nomina *V. A.* = *B.* [63]) non *B.* = *V. A.* [64]) exhiberi *V. A.* — exiberi *B.*

V. 234. De forma generis omnis, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·U· littera terminari, quantum ratio poscebat, tractavimus [65].

421. Sane in [66] hac forma suprascripta [67], qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·U· littera terminari, sunt aliqua nomina, quae et [68] participiorum similitudinem capiant [69], ut puta: visus. Quare hoc monemus, quod, si visus ab eo, quod est videor participium esse reperitur, ad formam scilicet docti, per omnes [70] casus declinetur [71], at vero visus, si aspectus oculorum esse cognoscitur [72], hoc est, nomen appellatur, ad formam fluctus per omnes [73] casus pronuntiatur.

422. Item in hac suprascripta forma [74] sunt aliqua nomina, quae et propriorum nominum figuram contineant [75], ut puta: bassus. Quare hoc monemus, quod, si [76] bassus nomen proprium [77] esse reperiatur [78] ad formam docti per omnes casus declinetur; si [79] vero bassus nomen appellativum [80] esse inveniatur [81], ad exemplum fluctus per omnes [82] casus [83] flectatur. Nunc bassus, quando nomen [84] sit proprium, et quando appellativum [85], hoc in qualitate nominum iam satis tractavimus [a].

423. Sane hoc monemus in his nominibus [86], quae diximus ablativo casu numeri singularis ·U· littera terminari, quod sint aliqui undecim [87] soni, qui genetivo casu numeri [88] singularis [89] et ·I· littera terminentur [90],
col. b. *ut ab hoc senatu, huius senati [91]. Sed [92] haec nomina in sonis tractabimus [93].

424. Item in supradicta forma sunt aliqua nomina, quae et [94] figuratorum nominum speciem habeant, ut puta [95]: exercitus. Quare hoc monemus, quod, si exercitus figuratum nomen esse reperitur, hoc est, ut fatigatum significans intellegatur, ad docti formam [96] per omnes casus declinabitur; si [97] vero exercitus multitudinem hominum facere demonstratur., ad formam fluctus declinari pronuntiatur.

---

[65]) De forma ..... tractavimus *V. A.* — De suprascripta forma quantum ratio poscebat tractavimus *B.* [66]) sane in *B. V.* — sane et in *A.* [67]) forma suprascripta *B. V.* — suprascripta forma *A.* [68]) et *B. V. P.* = *A.* [69]) capiant *B.* — capiunt *V.* — accipiunt *A.* [70]) omnes *V. A.* — omnis *B.* [71]) declinetur *B. A.* — declinatur *V.* [72]) cognoscitur *V. A.* — cognuscitur *B.* [73]) omnes *V. A.* — omnis *B.* [74]) suprascripta forma *B.* — forma suprascripta *V. A.* [75]) contineant *V. A.* — contineat *B.* [76]) si *V. A.* = *B.* [77]) proprium *B. V. P.* — appellativum *A.* [78]) reperiatur *B.* — reperitur *V.* — invenitur *A.* [79]) si *B.* — sin *V. A.* [80]) nomen appellativum *B.* (*sed male* appellatium) *V.* — appellativum nomen *A.* [81]) inveniatur *B.* — invenitur *V. A.* [82]) omnes *V. A.* — omnis *B.* [83]) casus *B. A.* — casuus *V.* [84]) nomen *B. V.* = *A.* [85]) appellativum *V. A.* — appellatium *B.* [86]) nominibus *V. A.* — onominibus *B.* [87]) undecim *V.* — XI *A.* — XL *B.* [88]) casu numeri *A.* = *B. V.* [89]) singularis *A.* — singulari *B. V.* [90]) terminentur *B. V. P.* — terminantur *A.* [91]) huius senati *B. A.* — huius senatus *V.* [92]) Sed *B. A.* — et *V.* [93]) tractabimus *B. V.* — tractavimus *P.* — satis tractabimus *A.* [94]) et *V. A.* = *B.* [95]) puta *V. A.* = *B.* [96]) ad docti formam *B. V.* — ad formam docti *A.* [97]) si *B. A.* — sin *V.*

a) Certe in iis quae in hac arte Nostri de qualitate nominum leguntur, nihil tale habetur; cf. tamen Append. §. 1 et 98. et Isidori diff. sub lit. B. No. 80.

425. Item in hac suprascripta [98]) forma quaeritur, qua de causa sint aliqua nomina, quae dativo vel [99]) ablativo casu numeri pluralis ante [100]) ultimam syllabam et per ·I· et per [1]) ·U· litteram scribantur [2]), ut puta: ab hoc artu, his vel ab his artubus? Quare hoc monemus, quod [3]) quaecumque nomina ablativo casu numeri singularis ·U· littera terminantur, et dativos et ablativos [4]) casus [5]) numeri pluralis cum illis nominibus, quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera scilicet correpta [6]) definiuntur, similes habere probantur, haec in supradictis casibus ante [7]) ultimam syllabam per ·I· et per ·U· litteram [8]) pronuntiantur, ut puta: ab hoc partu et ab hac parte, his et ab his partibus vel partubus [9]), scilicet quia his vel ab his partibus et ab ·E· correpta nomina V. 235.
facere demonstrantur [10]). Sic et cetera alia [11]) nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·U· littera terminantur, et [12]) dativos vel ablativos casus [13]) numeri pluralis cum illis [14]) nominibus, quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera terminantur, similes habere reperiuntur [15]), in eodem [16]) dativo [17]) casu numeri pluralis et per ·I·, et per ·U· litteram [18]) ante ultimam syllabam scribi pronuntiantur.

426. Item in supradicta forma quaeritur, vitus [19]), cum dativum vel ablativum casum [20]) numeri pluralis similes cum illis nominibus, quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera correpta terminantur, habere reperiatur [21]), qua de causa in iisdem supradictis casibus [22]) ante ultimam syllabam non per ·I· [23]) et per ·U· litteram pronuntietur [24]) scribi? Hac de causa, quoniam vitus [25]) non similes suprascriptos casus [26]) habere cum illis nominibus [27]), quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera scilicet correpta terminantur, pronuntiatur [28]), si quidem ab hac vitu [a]),

---

98) suprascripta *B. V. P.* — supradicta *A.* 99) vel *B.* — et *V. A.* 100) ante *V.* — post *B A.* 1) et per ·I· et per ·U· *V.* — et per ·I· et ·U· *A.* — et per ·U· (= *reliq.*) *B.* 2) scribantur *V. A.* — scribatur *B.* 3) quod *V. A.* — quot *B.* 4) dativos et ablativos *V. A.* — et dativo et ablativo *B. P.* 5) casus *A.* — casuus *V.* — casu *B. P.* 6) scilicet correpta *V. A.* — correpta scilicet *B.* 7) ante *V.* — post *B. A.* 8) per ·I· et per ·U· litteram *V.* — per ·E· et per ·U· littera *B.* — per ·I· et per ·U· litteris *P.* — ·I· et ·U· litteram *A.* 9) partubus *B. A.* — artubus *V.* 10) demonstrantur *B. V.* — demonstratur *A.* 11) alia *B.* = *V. A.* 12) et *B. V.* — ut *A.* 13) dativos vel ablativos casus *V. A.* — dat. vel ablat. casu *B.* 14) illis *B. V.* — his *A.* 15) reperiuntur *B. V.* — reperiantur *A.* 16) in eodem *B. V. P.* — item in eodem *A.* 17) dativo *B. V. A. Supplendum* et ablativo. 18) litteram *V. A.* — littera *B.* 19) vitus *B. V. P.* — victus *A.* 20) dativum vel ablativum casum *V. A.* — dat. vel ablat. casu *B.* 21) reperiatur *B. V.* — reperiantur *A.* 22) supradictis casibus *B. V.* — casibus supradictis *A.* — suprascriptis casibus *P.* 23) non per ·I· *A.* — non et per ·I· *V.* — non (= per ·I·) *B.* 24) pronuntietur *V.* — pronuntientur *B. A.* 25) vitus *B. V.* — victus *A.* 26) casus *B. A.* — casuus *V.* 27) nominibus *V. A. B. ex em. pr. m.* — onominibus *B. a pr. m.* 28) pronuntiatur *B. V.* — pronuntiantur *A.*

a) Haec vitus — us, alia forma pro hic vitus — i, quae invenitur in Papiae lexico s. h. v. et apud *Marium Victorinum* 2499. s. P. „*et viti in rotis*“, et est Graecorum ἡ ἴτυς. cf. Scaligeri epist. 333. et Append. nostr. §. 3. Ceterum e Nostro emendabitur locus *Rhemii Palaemonis* 1371. P. „*Hic victus, ab hoc victu, victubus facit: nam vitibus, ab eo quod sunt vites.*“

his vel ab his [29]) vitibus, presso accentu pronuntiantur [30]), at vero ab
F. 29. v. col. a. hac vite, his vel ab his vitibus acuto accentu tenuantur [31]), *et ideo vitus dativo vel ablativo casu numeri pluralis ante ultimam syllabam per ·l· tantum litteram [32]) pronuntiatur [33]).

427. Item in hac suprascripta [34]) forma, qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·U· littera terminari, quaeritur, qua de causa eadem nomina in nominativo et accusativo [35]) et vocativo casu numeri pluralis [36]) ante [37]) ultimam consonantem interdum et per unam ·U· litteram [38]) reperiantur scribi; hac de causa, quoniam omnia nomina [39]) generis masculini sive feminini nominativo, accusativo et vocativo casu numeri pluralis cum ablativo casu numeri singularis pari numero [40]) syllabarum confirmata sunt [41]) pronuntiari.

428. Nunc etiam hoc monemus, quod haec nomina [42]) in supradictis casibus ante ultimam scilicet syllabam sive per unam, sive per duas ·U· [43]) litteras scribantur, in metris vel structuris una virtute accipi censeantur [44]).

De ablativo casu numeri singularis, qui ·U· littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus [45]).

429. DE ·M·. ·M· littera ablativus casus numeri singularis terminatus unum hoc genus continet tantum, id est, omne.

V. 236. 430. De genere omni. Omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·M· littera terminantur, haec per omnes casus [46]) aptote [47]) declinantur:

Numeri singularis: hic et haec et hoc nequam, huius et huius et huius [48]) nequam, huic et huic et huic [49]) nequam, hunc et hanc et hoc nequam, o et o et o [50]) nequam, ab hoc et ab hac et ab hoc nequam; et pluraliter: hi et hae et haec nequam, horum et harum et horum nequam, his et his et his [51]) nequam, hos et has et haec nequam [52]), o et o et o [53]) nequam, ab his et ab his et ab his [54]) nequam.

431. Nunc in hac suprascripta [55]) forma hoc monemus, quod hoc [56]) unum suprascriptum nomen reperiatur tantum, id est, nequam.

---

29) his vel ab his *B. V.* — et ab his *A.* 30) pronuntiautur *B.* — pronuntiatur *V. A.* 31) tenuantur *B P.* — tenuatur *V.* — terminatur *A.* 32) litteram *B. V. P.* = *A.* 33) pronuntiatur *V. A.* — pronuntiantur *B.* 34) suprascripta *B. P.* — supradicta *A.* = *V.* 35) et accusativo *A.* — accusativo *V.* — dativo accusativo *B.* 36) pluralis *B. V.* — singularis *A.* 37) ante *sic legendum pro* post *quod B. V. et A. habent.* 38) interdum et per unam ·U· litteram *B.* — non per duas sed (set *V.*) per unam ·U· (·I· *A.*) litteram *V. P. A.* 39) omnia nomina *B. V.* — quaecunque nomina *A.* — nomina *P.* 40) numero *V. A.* — nomero *B.* 41) confirmata sunt *B. V.* — confirmata siut *P.* — firmata sunt *A.* 42) nomina *B. V. P.* = *A.* 43) ·U· *B. V. P.* = *A.* 44) accipi censeantur *V. A.* — accipiens teneantur *B.* 45) tractavimus *B. V. P.* — tractabimus *A.* 46) casus *B. A.* — casuus *V.* 47) aptote *V. A.* — aptotae *B.* 48) et huius et huius *V. A.* = *B.* 49) et huic et huic *V. A.* = *B.* 50) et o et o *V. A.* = *B.* 51) et his et his *V. A.* = *B.* 52) hos .... nequam *B. V.* = *A.* 53) et o et o *V. A.* = *B.* 54) et ab his et ab his *V. A.* = *B.* 55) suprascripta *B. V. P.* — supradicta *A.* 56) hoc *B. V.* = *A.*

De ablativo casu numeri singularis, qui ·M· littera terminatur, quantum ratio poscebat, tractavimus.

432. DE ·S·. ·S· littera ablativus casus numeri singularis terminatus duo haec genera continet tantum, id est, neutrum, omne.

433. De genere neutro [57]. Neutri generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·S· [58] littera terminantur, haec ad hoc exemplum declinantur:

Numeri singularis: hoc fas, huius fas, huic fas, hoc fas, o fas, ab hoc [59] fas.

Haec numerum [60] pluralem facere prohibentur.

434. Nunc in hac forma generis neutri, * qua diximus ablativo casu [61] col. b.
numeri singularis nomina ·S· littera terminari, hoc monemus, quod ex ea plus quam quinque soni, hoc est, plus quam quinque [62] nomina non possint exhiberi.

De forma generis neutri, qua ablativo casu numeri singularis nomina [63] ·S· littera [64] terminantur, quantum [65] ratio poscebat, tractavimus.

435. De genere omni [66]. Omnis generis nomina, quae ablativo casu numeri singularis ·S· littera terminantur, haec per omnes casus [67] aptote [68] declinantur:

Numeri singularis: hic et haec et hoc nugas, huius et huius et huius [69] nugas, huic et huic et huic [70] nugas, hunc et hanc et hoc nugas, o et o et o [71] nugas, ab hoc et [72] ab hac et ab hoc nugas; et pluraliter: hi et hae et haec nugas, horum et harum et horum nugas, his et his et his [73] nugas, hos et has et haec nugas, o et o et o [74] nugas, ab his et ab his et ab his [75] nugas.

436. Nunc in hac forma [76], qua diximus ablativo casu numeri singularis nomina ·S· littera terminari, hoc monemus, quod ex ea plus quam quattuor soni, hoc est, plus quam quattor [77] nomina [78] non possint exhiberi.

De ablativo casu numeri singularis, qui ·S· littera terminatur, quan- V. 237.
tum ratio poscebat, tractavimus [79].

437. Nunc sunt aliqua nomina generis masculini [80], quae numeri [81] sint tantum singularis, ut puta: hic [82] Saturnus et cetera talia, sed hoc monemus, quod haec non eo plura [83] esse reperiantur.

---

[57]) De genere neutro *B. V.* — de neutro genere *A.* [58]) ·S· *B. V. A.* — ·O· *P.* [59]) ab hoc *V. A.* — ab his *B.* [60]) numerum *V. A.* — nomerum *B.* [61]) ablativo casu *V. A.* — abl. casus *B.* [62]) soni .... quinque *V.* — soni hoc est quam quinque *P.* — soni hoc est quinque *A* = *B.* [63]) nomina *B. V.* = *A.* [64]) littera *V. A. B. ex em. pr. m.* — litteras *B. a pr. m.* [65]) quantum *B.* — ut *V. A.* [66]) De genere omni *B. V.* — De omni genere *A.* [67]) casus *B. A.* — casuus *V.* [68]) aptote *V. A.* — aptota *B.* [69]) et huius et huius *V. A.* = *B.* [70]) et huic et huic *V. A.* = *B.* [71]) et o et o *V. A.* = *B.* [72]) et *V. A.* = *B.* [73]) et his et his *V. A.* = *B.* [74]) et o et o *V. A.* = *B.* [75]) et ab his et ab his *V. A.* = *B.* [76]) in hac forma *V. A.* — haec forma *B.* [77]) soni . . . quattuor *V. P.* = *A.* [78]) hoc est . . . nomina *V. P.* = *B.* [79]) De ablativo . . . . . tractavimus *B. V. P.* = *A.* [80]) generis masculini *B. V.* — masculini generis *A.* [81]) numeri *V. A.* — nomeri *B.* [82]) hic *V. A.* = *B.* [83]) eo plura *V. B. ex em. pr. m.* — eo plures *B. a pr. m. A.* — eo plurima *P.*

438. **Item generis feminini, ut puta: haec Venus et cetera talia;** nunc hoc monemus [84]), quod et [85]) haec non eo plurima [86]) esse reperiantur.

Item sunt [87]) generis neutri, ut puta [88]): hoc aurum et cetera talia; nunc hoc monemus, quod haec non eo plurima esse reperiantur.

439. Item sunt nomina [89]) generis masculini, quae numeri [90]) sint [91]) tantum pluralis, ut puta: Circenses [92]) et cetera talia; sed hoc monemus, quod haec intra triginta tres [93]) sonos, hoc est, triginta tria nomina [94]) esse reperiantur.

Item generis feminini, ut puta: Kalendae et cetera talia; sed hoc monemus, quod haec intra septuaginta duos sonos, hoc est, septuaginta duo nomina [95]) esse reperiantur.

Item generis neutri, ut puta: arma et cetera talia; sed hoc monemus, quod haec [96]) intra centum et [97]) viginti duos sonos, hoc est, centum viginti [98]) duo nomina [99]) esse [100]) reperiantur.

440. Item sunt nomina generis neutri, quae in numero [1]) plurali triptota [2]) esse reperiantur, ut puta: mella et cetera talia; sed hoc monemus, quod haec [3]) intra triginta tres sonos, hoc est, triginta [4]) tria nomina [5]) esse reperiantur [6]).

441. Sunt nomina monoptota, hoc est, quae unum casum tantum F. 30. r. col. a. exhibeant [7]), * ut puta ablativum sponte et cetera talia; sed hoc monemus, quod haec non eo plura [8]) esse reperiantur.

442. Sunt nomina aptota, hoc est, quae per omnes casus uno sono declinentur, ut puta: Celaeno [9]) et cetera talia; sed hoc monemus, quod haec nomina [10]) non eo plura esse reperiantur.

Sunt nomina, quae ex una littera intelleguntur, ut puta: M. et [11]) significat Marcus.

Sunt quae duabus [12]): ·Gn· [13]) et significat Gnaeus [14]).

Sunt, quae et [15]) tribus, ut puta: ·Sex· et significat Sextus.

Sunt, quae quattuor, ut puta: rei ·p· et significat reipublicae. [16]).

Sunt quae quinque, ut puta: Trib. ·p· et significat Tribunus plebis [17]).

---

[84]) monemus *V. A.* — monenemus *B.* [85]) et *B. V.* = *A.* [86]) eo plurima *B. V. P.* — eo plures *A.* [87]) sunt *V. A.* = *B.* [88]) ut puta *B. V. P.* = *A.* [89]) nomina *B.* = *V. A.* [90]) numeri *V. A.* — nomeri *B.* [91]) sint *B. V. P.* — sunt *A.* [92]) Circenses *V. A.* — Cercenses *B.* [93]) triginta tres *V.* — trigenta tris *B.* — treginta tres *A.* [94]) hoc est ..... nomina *V. A.* = *B.* [95]) hoc est .... nomina *V. A.* = *B.* [96]) haec *B. V.* = *A.* [97]) et *A.* = *V. B.* (CXX duos). [98]) viginti *V.* — viginta *A.* [99]) hoc est .... nomina *V. A.* = *B.* [100]) esse *B. V.* = *A.* [1]) numero *V. A.* — nomero *B.* [2]) triptota *B. V. B.* — — aptota *A.* [3]) haec *B. V. P.* = *A.* [4]) triginta *V.* — treginta *A.* [5]) hoc est .... nomina *V. A.* = *B.* [6]) reperiantur *B. V. P.* — reperiuntur *A.* [7]) exhibeant *B. A.* — exhibent *V.* [8]) eo plura *V. A.* — plura *B.* [9]) Celaeno *V.* — Caelaeno *B.* — Celeno *A.* [10]) nomina *V. A.* = *B.* [11]) et *B. V.* = *A.* [12]) duabus *B. V.* — duobus *A* [13]) Gn. *B. V. P.* — cn. *A.* [14]) Gnaeus *V.* — Gñeus *B. A.* [15]) quae et — qua et *B.* — quae (= et) *V. A.* [16]) significat reipublicae *B. V. P.* — ignificat eo sigueus *A.* [17]) plebis *B. V.* — plebi *P.* — Sunt .... plebis = *A.*

443. Sunt nomina, quae [18]) in numero singulari sint [19]) generis masculini, ut puta: hic tartarus; in numero vero [20]) plurali [21]) generis neutri, ut puta: haec tartara et cetera talia [22]).

444. Sunt nomina [23]) generis neutri, quae cum aliis [24]) generibus iunguntur, attamen [25]) vim suam [26]) contineant, ut puta: portentum; dicitur enim portentum homo [27]), hoc est, ut sit homo [28]) generis masculini et portentum generis neutri.

445. Sunt nomina, quae nominativo vel vocativo casu numeri singularis ·R· ultimum et in ·S· litteram [29]) convertant, ut puta: color et colos et cetera talia.

446. Item [30]) sunt nomina, quae ·O· litteram in ·AU· litteras conver- V. 238.
tant, ut puta: lotus [31]) et lautus, et cetera talia.

447. Item sunt nomina, quae plerosin [32]) patiantur, hoc est, quae ·E· littera plus scribantur, ut puta: limen et leimen, et cetera talia.

448. Item sunt nomina, quae ·AU· litteras et [33]) in ·O· convertant, ut puta: cauda et coda, et cetera talia.

449. Item sunt nomina, quae ·I· litteram et [34]) in ·E· litteram [35]) convertant, ut puta: malivolus et malevolus, et cetera talia.

450. Item sunt nomina, quae ·U· [36]) littera plus scribantur, ut puta: equs et equus [37]) et cetera talia [38]).

451. Item sunt nomina, quae ·O· littera plus scribantur [39]), ut puta: qum [40]) et quom et cetera talia.

452. Item sunt nomina, quae ·I· litteram [41]) et in ·U· [42]) litteram convertant, ut puta [43]): mancipium [44]) et [45]) mancupium [46]) et cetera talia [47]).

453. Item sunt vocabula, quae ·E· litteram et in ·U· litteram convertant, ut puta [48]): capiendus et capiundus, et cetera talia.

454. *Item sunt nomina, quae ·E· litteram et [49]) in ·O· litteram con- col. b.
vertant, ut puta: adversus et advorsus et cetera talia.

455. Item sunt nomina, quae ·U· litteram omittunt, ut puta: seculum et seclum [50]).

---

[18]) quae *V. A.* — qua *B.* [19]) sint *B. V.* — sunt *P.* [20]) singulari .... vero *B. V. P.* = *A.* [21]) plurali *B. V. P.* — plurali sunt *A.* [22]) et cetera talia. *Post haec verba A: inepte inserit:* sunt nomina generis masculini, ut puta hic tartarus in numeri (*sic*) plurali. [23]) sunt nomina *B. V. P.* = *A.* [24]) cum aliis *V. A.* — cum et aliis *B.* [25]) attamen *B.* — et tamen *V. A.* [26]) vim suam *B. V.* — vivam *P.* = *A.* [27]) homo *B. A.* = *V.* [28]) sit homo *B. V.* — homo sit *A.* [29]) litteram *V. A.* — littera *B.* [30]) Item *B. V. P.* = *A.* [31]) lotus *B. V.* — lotos *A.* — locus *P.* [32]) plerosin *V.* — pleorosis *B. a pr. m.* — plerosis *B. ex em. pr. m.* — leprosis *P.* — plenitudinem *A.* [33]) et *B. V. P.* = *A.* [34]) et *B V. P.* = *A.* [35]) litteram *B. V. P.* = *A.* [36]) ·U· *V. P.* — ·US· *A.* [37]) Item .... equus *V. A. P.* = *B.* [38]) et cetera talia *V.* = *B. A. P.* [39]) scribantur *B. V. P.* — scribuntur *A.* [40]) qum *V. P.* — quam *B.* — quin *A.* [41]) litteram *V. A.* — littera *B.* [42]) ·U· *V. A.* — ·UM· *B.* [43]) ut puta *V. A.* — ut ut puta *B.* [44]) mancipium *B. V. P.* = *A.* [45]) et *V. P.* = *B. A.* [46]) mancipium *B. V. P.* = *A.* [47]) et cetera talia *B. V.* = *A. P.* [48]) Item .... ut puta *B. V. P.* = *A.* [49]) et *B. V.* = *A.* [50]) omittunt .... seclum *B. V. P.* = *A.* seculum et seclum — sacculum saeclum (= et) *V.* saeculum et sacculum *P.* — saeculum et seclum *B.*

456. Item sunt nomina, quae ·U· litteram [51]) et [52]) in ·OE· litteras convertant [53]), ut puta: murorum, et moerorum, et cetera talia.

457. Nunc quoniam, quae litterae [54]) subducantur, vel [55]) quae adiiciantur [56]), nec non [57]) et in quas litteras [58]) convertantur, demonstravimus, et ideo hoc monemus, ut quae vel quot sint nomina, quae haec facere possint [59]), hoc in orthographia [60]) competenter tractare debeamus.

458. Sunt nomina, quae [61]) rem animalem [62]) significant, ut puta: homo, leo, equus [63]), passer, et cetera talia, quae animam habere reperiantur.

459. Sunt nomina, quae rem inanimalem significant, ut puta: lapis, domus, lignum et cetera talia, quae animam non habere reperiantur [64]).

460. Sunt nomina, quae rem corporalem significant, ut puta: terra, navis, mare et cetera talia, quae corpus habere reperiantur.

461. Sunt nomina, quae rem incorporalem significant [65]), ut puta: pietas, iustitia, dolor et cetera [66]), quae sunt incorporalia, ut grammatici putant.

462. Sunt nomina, quae rem proprie communiterve [67]) significant; proprie [68]), ut puta: Roma [69]), Tiberis [70]), Diocletianae [71]) [a]) et cetera talia; communiter ut puta: urbs, flumen, thermae [72]) et cetera talia.

463. Sunt nomina generalia, ut puta: homo, avis, arbor et cetera talia [73]).

239. 464. Sunt nomina [74]) specialia, ut puta: Cato, columba, pinus et cetera talia.

465. Sunt nomina propria, id est, Deorum et hominum, quibus [75]) vocantur.

466. Sunt nomina appellativa, id est, animalium vel quae [76]) ex aliqua re hominibus accedunt. Propria [77]) hominum nomina in quattuor species dividuntur: praenomen, nomen, cognomen, agnomen.

Praenomen, ut puta: Publius [78]); nomen, Cornelius; cognomen, Scipio; agnomen, Africanus [79]).

467. Sunt nomina, quae Graeci *τῶν πρός τι* [80]) appellant, id est, ad

---

[51]) Item.... litteram *B. V. P.* = *A.* [52]) et *B. V.* = *A.* [53]) convertant *V. A.* — convertunt *B.* [54]) litterae *B. A.* — littera *V.* [55]) vel *B.* — et *V. A.* [56]) adiiciantur *V. A.* — dicantur *B.* [57]) nec non *B. V.* — vel non *A.* [58]) litteras *B. V. P.* = *A.* [59]) possint *V. A. B. ex em. pr. m.* — possunt *B. a pr. m.* [60]) orthographia *V. A.* — orthografia *B.* [61]) quae *V. A. B. ex em. pr. m.* — quem *B. a pr. m.* [62]) animalem *B. V. P.* — animalium *A.* [63]) equus — equs *B. V. P.* — grus *A.* [64]) reperiantur *B. V. P.* — reperiuntur *A.* [65]) significant *V. A.* — significat *B.* [66]) et cetera *B. V.* — et cetera talia *A.* [67]) proprie communiterve *B.* (*sed* propria) *V. P.* = *A.* [68]) proprie *V. P.* — propriae *B.* = *A.* [69]) Roma *V. P.* — Romae *A.* = *B.* [70]) Tiberis *V. A.* — Tiberis Tibris *B.* [71]) Diocletianae *V.* — Dioclitiane *B.* — Docletiane *P.* = *A.* [72]) thermae *B. V. P.* — terme *A.* [73]) Sunt.... talia *B. V.* = *A.* [74]) nomina *B. V. P.* — nomena *A.* [75]) quibus *B. V. P.* = *A.* [76]) vel quae *B. V. P.* — et quae *A.* *Legendum videtur:* vel inanimalium et quae. [77]) propria *V. A.* — propter *B.* [78]) Publius *V. A.* — Puplius *B.* [79]) Africanus *B. V.* — Affricanus *A.* [80]) τῶν πρὸς τὶ *V.* — τον προς τι *B.* — ton prosti *P.* = *A.*

[a]) Quae ex hoc loco de aetate Nostri intelliguntur, in praefatione observavimus.

aliquid, ut puta: pater, mater, frater; iunguntur [81]) enim quibus respondeant, ut puta: pater Marci, mater Iulii [82]), frater Victoris; *sic et cetera talia. F. 30. v. col. a.

468. Sunt nomina, quae Graeci τῶν πρός τι πῶς ἔχοντα [83]) [a]) appellant, id est, ad aliquid quodammodo [84]) habentia, ut puta: dexterior, superior, inferior; iunguntur enim quibus respondeant, ut puta: dexterior oculus, superior dens, inferior vestis; sic et cetera talia.

469. Sunt nomina, quae appellantur mediae potestatis sive adiectionis [85]), ut puta: fortis, magnus [86]), velox; iunguntur enim quibus respondeant, ut puta: fortis vir [87]), magnus leo, velox equus [88]); sic [89]) et cetera talia.

470. Sunt nomina, quae Graeci epicoena appellant [90]), id est, promiscua [91]), siquidem ex suo genere et aliam speciem [92]) designant, ut puta: canis, simia, sus, passer, bos [93]), aquila [94]), belua [95]) et cetera talia.

471. Sunt nomina, quae appellantur synonyma [96]), hoc est, quae variis significationibus unam rem designant, ut puta: tellus, terra, humus et cetera talia; item alvus, venter, uterus et cetera talia [97]); item gladius, ensis, mucro, telum et cetera talia; item scutum, clipeus [98]), parma, umbo et cetera talia; item mare, pontus, aequor [99]) et cetera talia.

472. Sunt nomina, quae appellantur homonyma [100]), hoc est [1]), quae una significatione varias res designant [2]), ut puta: nepos, foedus [3]), scortum, agmen, aries et cetera talia. Nepos enim modo [4]) tertiam progeniem hominum, modo [5]) luxuriosum [6]) designat. Item foedus [7]) modo turpem, modo iusiurandum significat. Item scortum modo corium, modo meretricem demonstrat. Item agmen modo multitudinem,

---

631. Item e [87]) contrario scilicet participia futuri temporis generis masculini, quae [88]) nominativo casu numeri singularis *in ·DUS· syllabam col. b. exeunt, eandem ·DUS· syllabam in ·S· litteram [89]) convertunt et partici-

---

[77]) criminaturus, criminatus *B. V.* — criminatus criminaturus *A.* [78]) unde *B. V. P.* — et *A.* [79]) unde *B. V. P.* — et *A.* [80]) praeteriti *B. V. P.* — praesenti *A.* [81]) praeteriti *B. V. P.* — praesentis *A.* [82]) commutant *B. V.* — convertunt *A.* [83]) eandem *B V.* — eamdem *A.* [84]) *Totus* § = *B.* [85]) morturus *A.* — mortuus *V.* [86]) haec praeteriti . . . . potiores *V.* — haec praeteriti temporis syllabam de bene se potiorem *A.* [87]) e *V. A.* — ex *B.* [88]) quae *B. V.* — qui *P.* = *A.* [89]) ·S· litteram *B. V. P.* — ·US· litteras *A.*

piorum praesentis temporis nominativum casum numeri singularis generis scilicet omnis ostendunt, ut puta: clamandus, clamans; tutandus, tutans; ferendus, ferens.

632. Participia [90]) praesentis temporis generis scilicet omnis ex nominativo casu numeri singularis ·S· litteram, quam habent ultimam, in ·DA· syllabam convertunt et futuri temporis participiorum nominativum casum numeri singularis generis feminini ostendunt, ut puta: scribens, scribenda; ferens, ferenda; osculans, osculanda.

633. Item e contrario, scilicet participia futuri temporis, generis fe-
V. 266 minini, quae [91]) nominativo casu numeri singularis ·DA· syllaba [92]) terminantur, eandem [93]) ·DA· syllabam in ·S· litteram convertunt et participiorum praesentis temporis nominativum casum numeri singularis generis scilicet omnis ostendunt, ut puta: scribenda, scribens; ferenda, ferens; osculanda, osculans.

634. Participia praesentis temporis, generis scilicet omnis ex nominativo casu numeri singularis ·S· ultimum [94]) in ·DUM· syllabam [95]) convertunt, et futuri temporis participiorum nominativum casum numeri singularis generis neutri ostendunt, ut puta: scribens, scribendum; ferens, ferendum; osculans, osculandum.

635. Item e contrario scilicet participia futuri temporis, generis neutri, quae nominativo casu numeri singularis iu ·DUM· syllabam exeunt, eandem ·DUM· syllabam [96]) in ·S· litteram convertunt et praesentis temporis participiorum nominativum casum numeri singularis generis scilicet omnis ostendunt, ut puta: scribendum, scribens; docendum, docens; legendum, legens.

636. Participia praesentis temporis tunc habent ·I· litteram in [97]) nominativo casu numeri singularis ante ultimam syllabam constitutam, quando et ipsa verba unde [98]) oriuntur in prima persona [99]) modi [100]) indicativi temporis praesentis numeri singularis [1]) ·I· litteram habent ante ·O· ultimum [2]) constitutam, ut puta: rapio, rapiens; calcio, calcians; nutrio, nutriens [3]), et [4]) cetera talia [5]); qua ratione Tullius [6]) — et obscure [7]) serpens [a]) — pronuntiavit; scilicet quoniam a serpo, non a serpio, hoc [8]) participium venire pronuntiavit.

F. 37. r. col. a. 637. *Item et tunc habent participia praesentis temporis [9]) in nominativo et vocativo casu numeri singularis ante ultimam syllabam ·I· litteram constitutam, quando oriuntur a verbis tertiae coniugationis produ-

---

90) participia *B. V.* — participium *A.* 91) quae *B. V. P.* = *A.* 92) syllaba *B. V. P.* — littera *A.* 93) eandem *B. V.* — eamdem *A* 94) ultimum. *V. A.* — ultimam *B.* 95) syllabam *V. A.* — syllaba *B.* 96) eandem ·DUM· syllabam *B. V. P.* = *A.* 97) in *B. V. P.* = *A.* 98) unde *B. V. P.* — et *A.* 99) persona *B. V. P.* — parte *A.* 100) modi *B. V.* = *A.* 1) numeri singularis *V. A.* = *B.* 2) ultimum *B. V. P.* = *A.* 3) calcio . . . . nutriens *V. A.* = *B.* 4) et *P.* = *B. V. A.* 5) cetera talia *B.* = *V. A.* 6) Tullius *B. V.* — Tullus *P.* — Cicero *A.* 7) obscure *V. A.* — obscura *B. sed mox infr. recept.* 8) hoc *B.* = *V. A.* 9) temporis *B. V.* = *A.*

a) Cic. Catil. IV. 3.

ctae, quae in prima persona modi indicativi temporis praesentis [10]) numeri singularis ante ·O· ultimum, ·E· litteram habent oppositam, ut puta: r e d e o, r e d i e n s.

Sic et cetera alia [11]) participia tunc necesse est, ut habeant ante novissimam syllabam [12]) ·I· litteram constitutam, quando ab hac verborum, ut [13]) suprascripta, descendunt [14]) disciplina.

638. Item quaeritur [15]) qua de causa n o l e n s et non n o l l e n s dicatur; hac de causa, quoniam tertiae correptae coniugationis verba modi indicativi ex prima persona numeri singularis [16]) ·O· ultimum in ·ENS· litteras convertunt et participii praesentis temporis nominativum casum numeri singularis ostendunt, ut puta: c o q u o, c o q u e n s. Nunc cum et hoc participium a n o l o venire reperiatur, et ideo n o l e n s non [17]) n o l l e n s facere pronuntiatur.

639. Sunt praesentis temporis participia, quae in dubium veniant [18]) V. 267.
exinde [19]), quod et figuram nominum ostendunt [20]), ut puta: a m a n s, s a p i e n s et cetera talia. Sed qua ratione haec intellegi possint, quando sint nomina et quando participia, breviter subiciamus praecepta; quibus hoc monemus, ut quando haec comparativos vel superlativos gradus [21]) sive adverbia facere possunt [22]), vel genetivo casui iunguntur, nomina esse intellegantur [23]), ut puta: a m a n s, a m a n t i s s i m u s; s a p i e n s, s a p i e n t e r; d o c t u s [24]), d o c t i o r [25]); a l i e n i a p p e t e n s [26]) [a]), f u g i t a n s l i t i u m [27]) [b]). Sic et cetera talia, quando sint [28]) nomina, haec [29]) supradicta praecepta discernunt a participiorum figura; scilicet quoniam omnia participia neque comparativos aut [30]) superlativos gradus [31]); sed nec adverbia facere possunt, et accusativo, non genetivo, casui iungi [32]) reperiuntur.

640. Item sunt temporis praeteriti participia, quae et [33]) nominum figuram ostendunt [34]), ut puta: v i s u s [35]), a u d i t u s, m i s s u s, et cetera talia. Nunc qua ratione intellegi possint, quando sint nomina et quando participia, subiciemus praecepta, quibus hoc monemus, ut tunc haec intellegi debeant nomina, * quando ad exemplum f l u c t u s per casus repe- col.b.
riuntur esse declinata, quoniam omnia participia praeteriti temporis necesse est ad d o c t i formam per casus [36]) esse pronuntianda.

---

[10]) praesentis *B. V. P.* = *A.* [11]) alia *B.* — talia *V.* = *A.* [12]) ante novissimam syllabam *B.* — ante ·ENS· litteras *V. A.* [13]) ut *B. V.* = *A.* [14]) descendunt *V. A.* — discendunt *B.* [15]) Item quaeritur *B. V.* — quaeritur item *A.* [16]) numeri singularis *V. A.* = *B.* [17]) non *B. V.* — et non *A.* [18]) veniant *B. V. A.* — veniunt *B.* [19]) exinde *B. V. P.* — et exinde *A.* [20]) ostendunt *B.* — ostendant *V. A.* [21]) gradus *B. A.* — graduus *V.* [22]) possunt *B. V. P.* — possint *A.* [23]) intellegantur *B. V.* — intelliguntur *A.* [24]) doctus *V. A.* — docens *B.* [25]) doctior *B. V.* — doctor *A.* [26]) appetens *B. A.* — adpetens *V. P.* [27]) litium *B. V. P.* = *A.* [28]) sint *B. V. P.* — sunt *A.* [29]) haec *B. V. P.* = *A.* [30]) aut *B.* — vel *V. A.* [31]) gradus *B. A.* — graduus *V.* [32]) iungi *V. A.* — iungere *B.* [33]) et *B. V. P.* = *A.* [34]) ostendunt *B. A.* — ostendant *V.* [35]) visus *B. A.* — usus *V.* [36]) casus *B. A.* — casuus *V.*

a) Sallust. Cat. 5. *b*) Terent. Phorm. IV. 3, 18.

641. Item sunt aliqua praeteriti [37]) temporis participia, quae et [38]) nominum significationem [39]) contineant, ut puta: rogatus, donatus [40]) et cetera talia. Sed haec si perpetua sint [41]) hominum vocabula, nomina sunt appellanda, si vero ad tempus sunt [42]) propriis nominibus adiecta, participia sunt pronuntianda.

642. Item sunt vocabula, quae putent aliqui [43]) quod speciem [44]) participiorum [45]) praeteriti temporis habeant, ut puta: tunicatus, galeatus, comatus et cetera talia. Sed haec cum nec verbi partem [46]) habeant, nec aliquid participiorum capiant, utique iam nulli dubium est, quod frustra suspicionem [47]) participiorum incurrant, et ideo haec nomina sunt pronuntianda.

643. Item sunt nomina, quae suspicionem participiorum futuri temporis, quae in ·RUS· syllabam exeunt, incurrant, ut puta: hilarus, clarus et cetera talia. Sed cum omnia participia futuri temporis, quae nominativo casu numeri singularis in ·RUS· syllabam exeunt, et [48]) eandem ·RUS· syllabam in ·S· litteram [49]) convertunt [50]), ut praeteriti temporis participium ostendant, ut puta: laturus, latus [51]); nunc si hilarus [52]) vel clarus ·RUS· syllabam in ·S· litteram convertunt, numquidnam praeteriti temporis participium ostentant [53])? et ideo haec nomina,
V. 268 non participia, sunt [54]) pronuntianda.

644. Item sunt nomina, quae suspicionem participiorum futuri temporis, quae in ·DUS· syllabam exeunt, incurrant [55]), ut puta: furibundus, moribundus [56]) et cetera talia [57]). Sed cum omnia participia, quae nominativo casu numeri singularis in ·DUS· syllabam exeunt, eandem ·DUS· syllabam in ·S· litteram convertunt [58]), et participium praesentis temporis ostendunt, ut puta: ferendus, ferens. Nunc si furibundus vel moribundus ·DUS· syllabam in ·S· litteram convertunt, numquidnam [59]) praesentis [60]) temporis participium ostentant [61])? et ideo haec et cetera talia nomina, non participia, sunt pronuntianda.

645. Sane hoc monemus, quod sint aliqua participia, quae cum [62]) a verbis neutralibus venire reperiantur, attamen [63]) praeteriti temporis,
F 37 v. col a. nec non et futuri, qui [64]) in ·DUS· syllabam exit, * sonos [65]) sustinere re-

[37]) praeteriti *B. V.* — praesentis *A.* [38]) et *V. A.* = *B.* [39]) significationem *V. A.* — significatione *B.* [40]) rogatus donatus *B. V.* — donatus rogatus *A.* [41]) sint *B. V. P.* — sunt *A.* [42]) sunt *B. A.* — sint *V.* [43]) aliqui, *supple:* esse participia. [44]) speciem *V. A.* — specie *B.* [45]) participiorum *B. V. P.* = *A.* [46]) verbi partem *B. V.* — verba partem *P.* — partem verbi *A.* [47]) suspicionem *V. A.* — suspicione *B.* [48]) et *V. A.* = *B.* [49]) litteram *V. A.* — littera *B.* [50]) convertunt *B. A.* — convertant *V.* [51]) latus *B. V. P.* — lautus *A.* [52]) hilarus *V.* — hilaris *A.* — clarus *B.* [53]) ostentant *V.* — ostentat *B.* — ostendunt *A.* [54]) sunt *V. A.* = *B.* [55]) incurrant *B. V. P.* — incurrunt *A.* [56]) furibundus, moribundus *B. V.* — moribundus, furibundus *A.* [57]) et cetera talia *B. V. P.* = *A.* [58]) convertunt *B. A.* — convertant *V.* [59]) numquidnam *B. V. P.* — nunc quando *A.* [60]) praesentis, *ita legendum pro* praeteriti, *quod B. V. A. habent.* [61]) ostentant *V.* — ostentat *B.* — ostendat *A.* [62]) quae cum *V. A.* — quaecumque *B.* [63]) attamen *B. A.* — adtamen *V.* [64]) qui *B. A.* — quod *V.* [65]) sonos *V. A.* — sonum *B.*

periantur, ut apud Salustium — coenatos [66]) esse in castris [a]) — item apud Vergilium — Monstrum horrendum [b]). — Nunc haec quae vel quot sint participia, quae, cum [67]) a verbis neutralibus veniant [68]), praeteriti vel futuri temporis, qui in ·DUS· syllabam exit, sonos [69]) sustineant [70]), in sonis competenter tractabimus [71]).

De participio, quantum ratio poscebat, tractavimus [72]).

646. DE CONIUNCTIONE [73]). Coniunctio est pars orationis nectens ordinansque sententiam.

Coniunctioni accidunt [74]) potestas, ordo, figura [75]).

647. De potestate. Potestas coniunctionum in quinque species dividitur, id est, copulativam [76]), disiunctivam [77]), expletivam, causalem, rationalem.

648. De copulativa [78]). Copulativae speciei coniunctiones [79]) numero [80]) sunt sex hae [81]): et simplex [82]), que simplex, ac simplex; at simplex, ast simplex, atque composita [83]).

649. De disiunctiva [84]). Disiunctivae speciei coniunctiones [85]) sunt numero sex hae [86]): aut simplex, ve simplex [87]), vel simplex, ne simplex, nec simplex [88]), neque composita [89]).

650. De expletiva [90]). Expletivae speciei [91]) coniunctiones sunt numero [92]) sex hae [93]): quidem simplex, equidem simplex, quoque simplex; autem simplex, tamen simplex, porro simplex. V. 269.

651. De causali [94]). Causalis speciei coniunctiones sunt numero [95]) viginti quattuor [96]) hae [97]): si simplex, etsi composita [98]), etiam composita [99]), etiamsi composita, tametsi composita, si tamen composita, siquidem composita, quando simplex [100]), quandoquidem composita, quin simplex [1]), quin etiam composita [2]), sin

---

[66]) coenatos *B. P.* — cenatos *V.* — conatos *A.* [67]) quae cum *V. A.* — quaecumque *B.* [68]) veniant *V. A.* — veniunt *B.* [69]) qui . . . . exit sonos *V.* — sonus . . . . qui exit *B. A.* (*sed* sonos). [70]) sustineant *V. A.* — sustineat *B.* [71]) tractabimus *V.* — tractavimus *B. A.* [72]) *B. addit:* Explicit. [73]) De coniunctione *V. A.* — Incipit de coniunc. *B.* [74]) accidunt *V. A.* — accidit *B.* [75]) ordo, figura *B. V.* — figura, ordo *A.* [76]) copulativam *V. A.* — copolativam *B.* [77]) disiunctivam *B. V. A.* = *P.* [78]) copulativa *V. A.* — copolativa *B.* [79]) copulativae speciei coniunctiones *V. A.* — copolativa species coniunctionis *B.* [80]) numero *V. A.* — nomero *B.* [81]) hae *B. V.* — haec *A.* [82]) simplex *A.* — simp. *V. B. const. interdum tamen* simpl. [83]) composita *ita sane legendum pro* simpl. *B. V.* — simplex compositum *A.* [84]) De disiunctiva *B. V. P.* = *A.* [85]) disiunctivae speciei coniunctiones *V. A.* — disi. coni spec. *B.* [86]) hae *B. V.* — haec *A.* [87]) ve simplex, vel simplex *V. A.* — vel simp., ve simp. *B.* [88]) nec simplex *B. V.* = *A.* [89]) neque composita — neque simp. *B. V.* — neque simplex compo. *A.* [90]) De expletiva *B. V. P.* = *A.* [91]) speciei *B. V.* = *A.* [92]) numero *V. A.* — nomero *B.* [93]) hae *B. V.* — haec *A.* [94]) De causali *V. P.* — de causale *B.* = *A.* [95]) numero *V. A.* — nomero *B.* [96]) viginti quattuor *V.* — XXIV *B. P.* — XXXIIII *A.* [97]) hae *B.* = *V. A.* [98]) composita — comp. *B. V. const.* — compositum *A.* [99]) etiam composita *B. V. P.* = *A.* [100]) quando simplex *V. A.* — quando comp. *B. punctis notat.* [1]) quin simplex *V. A.* — quin comp. *B. punctis notat.* [2]) quin etiam composita *B.* = *V. A.*

a) Sallust. Iugurth. 106. *b*) Virg. Aen. III. 658

simplex [3]), sin autem composita, sin etiam [4]) composita, seu [5]) simplex, sive composita, nam simplex, namque composita, ni simplex, nisi composita [6]), nisi si composita [7]), sed simplex, praeterea composita.

652. De rationali [8]). Rationalis speciei coniunctiones sunt numero viginti tres [9]) hae [10]): quamobrem composita, praesertim composita, item simplex, itemque composita, ita simplex, itaque composita, quia composita, quoniam composita, quoniamquidem composita [11]), quapropter composita, quamquam composita, quippe simplex, atquin [12]) composita, alioquin [13]) composita, enim simplex, etenim composita, enimvero composita, ergo simplex, ideo composita, igitur composita, scilicet composita, ceterum simplex, propterea composita.

653. Sane hoc monemus, quod hae tres coniunctiones, id est, enim, etenim, enimvero et causalis speciei retineant [14]) potestatem; sed qua de causa hae supradictae tres coniunctiones et causalium habeant potestatem, hoc [15]) in sonis competenter [16]) tractabimus [17]).

Item sunt, qui figurate legerint sine et putent coniunctionem esse col. b. rationalem. * Quare hoc monemus, quod sine, numquam [18]) pro coniunctione veniat in oratione, et ideo [19]) non necesse est eandem [20]) inter coniunctiones inmittere.

654. De ordine. Ordo coniunctionum [21]) est, quo apparent coniunctiones, quae praeponi debeant [22]) tantum, quae subiungi, quae praeponi et [23]) subiungi.

655. Praeponuntur coniunctiones numero octo hae [24]) tantum: at, ac, ast, sive, seu, vel, sin, sin autem [25]).

656. Subiunguntur coniunctiones numero [26]) quinque hae tantum: ve, que, autem [27]), enim, quoque.

657. At vero praeponuntur et subiunguntur [28]) iam ceterae coniunctiones, exceptis scilicet illis suprascriptis [29]), quae praeponuntur tantum [30]) vel subiunguntur [31]).

658. Putant [32]) quidam nam coniunctionem praeponi tantummodo

---

3) sin simplex — sin comp. *B. punctis notat.* = *V. A.* 4) sin etiam *B. A.* — si etiam *V.* 5) seu *V. A.* — sed *B.* 6) nisi composita *B. A.* = *V.* 7) nisi si *B. V.* = *A.* 8) de rationali *B. V. P.* = *A.* 9) viginti tres *V.* — 23 *A.* — XXIII *B.* 10) hae *B. V.* — haec *A.* 11) quoniamquidem composita *B. V.* — quoniamquidem (= comp.) *P.* = *A.* 12) atquin *A.* — adquin *B. V.* 13) alioquin *V.* — alioqui *A.* — aloquin *B.* 14) retineant *V. A.* — retineat *B.* 15) hoc *B. V.* — haec *A.* 16) competenter *A.* = *B. V.* 17) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B. P.* 18) numquam *V. A.* — quaquam *B.* 19) ideo *B. A.* = *V.* 20) eandem *B. V.* — eam *A.* 21) coniunctionum *B. A.* — coniunctionis *V.* 22) debeant *B. V. P.* — debent *A.* 23) et *B. V.* = *A.* 24) hae *V. A.* — haec *B.* 25) at ..... sin autem *V. A.* — sin, autem, at, ac, ast, sive, seu, vel, sint *B.* 26) numero *V. A.* — nomero *B.* 27) autem *B. V.* — aut *A.* 28) praeponuntur et subiunguntur *B. V.* — subiunguntur et praeponuntur *A.* 29) suprascriptis *B. A.* = *V.* 30) tantum *B. V. A.* = *P.* 31) subiunguntur *B. A.* — subiciuntur *V. P.* 32) putrnt *B. V. P.* — puta *A.*

oportere, qui si sonos [33]) sentiant, intelligent **nam** coniunctionem et subiunctam pondus posse soni sustinere [34]), quo sono et Vergilius eandem subiunxit dicens — **solam nam perfidus ille Te colere** [a]). — Et ideo hoc [35]) monemus, quod **nam** coniunctio non tantum [36]) praeponendi [37]), sed et [38]) subiungendi habeat potestatem.

659. **De figura.** Figura coniunctionibus accidit [39]) sicuti et ceteris partibus orationis simplex et composita. Simplex figura coniunctionum [40]) V. 270.
est: **et** [41]); composita, **etsi.** Nunc quibus vel [42]) quot modis fiat figura composita iam [43]) in nomine satis [44]) tractavimus.

660. **De accentu.** Accentus [45]) coniunctionum [46]) sicuti et ceterarum partium orationis in accentibus [47]) competenter tractavimus [48]).

661. Sane sunt aliquae [49]) coniunctiones, quae et aliarum partium orationis habeant significationes; et ideo subiciemus [50]) earundem [51]) rationem [52]), qua [53]) intellegantur [54]) quando sint coniunctiones, vel quando aliis partibus orationis inveniantur respondere. Sunt autem numero [55]) novem hae:

662. **Que**, si post ·QU· ·E· litteram [56]) habeat [57]) tantum, erit coniunctio, ut: **que** [58]); si vero ·AE· erit pronomen, ut: **quae.**

663. **At**, si per ·T· litteram scribatur, erit coniunctio, ut **at**; si vero per ·D·, erit praepositio, ut **ad.**

664. **Aut** [59]), si [60]) sine adspiratione [61]) scribatur et in ·T· litteram [62]) exeat, erit coniunctio; si vero **haud** [63]) per adspirationem [64]) scribatur et in ·D· litteram [65]) [b]) exeat, erit [66]) adverbium.

---

33) sonos *V. A.* — sonum *B.* 34) et subiunctam . . . . . sustinere *B.* — subiicere et subiectam et ponis passonis sustinere *A.* — et subiunctam pondus possessionis sustinere *V. P.* (*sed* possessioni). 35) hoc *B. V.* — haec *A.* 36) non tantum *B. V.* — nam tantum *P.* — nam tam *A.* 37) praeponendi *V.* — proponendi *B.* — praeponi *A.* 38) sed et *B. V. P.* — quam *A.* 39) accidit *V. A.* — accedit *B.* 40) coniunctionum *V. A.* — coniugationum *B.* 41) et *B. V.* = *A.* 42) vel *B. V.* — et *A.* 43) iam *B. V. P.* = *A.* 44) satis *B. V. P.* — iam satis *A.* 45) accentus *B. A.* — de accentu *V.* 46) coniunctionum *B. V. A.* — coniunctionis *P.* 47) accentibus *B. V. A.* — accentu *P.* 48) tractavimus *B. V.* — tractabimus *A.* 49) aliquae *V. A.* — alique *B.* 50) subiciemus *B. V. P.* — subiicimus *A.* 51) earundem *B. V.* — earumdem *A.* 52) rationem *B. V. P.* — rationes *A.* 53) qua *B. V.* — quae *A.* 54) intellegantur *V. A.* — intelleguntur *B.* 55) numero *V. A.* — numerum *B.* 56) si post ·QU· ·E· litteram — si vero post ·QU· ·E· litteram *B.* — si post que litteram *A.* — si post QU· litteram ·E· *V.* 57) habeat *V. A.* — habeant *B.* 58) que *V. A.* — qu. e. *B.* 59) aut *B. A.* — haud *V.* 60) si *B. V.* = *A.* 61) adspiratione *V.* — adspirationem *B.* — aspiratione *P.* — haspiratione *A.* 62) litteram *V. A.* — littera *B.* 63) haud *B. V. P.* — aut *A.* 64) per adspirationem — per aspirationem *B.* — cum adspiratione *V.* — cum haspiratione *A.* 65) in ·D· litteram *B. A.* — in ·O· litteram *V.* 66) erit *B. A.* = *V.*

a) Virg. Aen. IV. 421. s. b) *In ·D· litteram*, sic omnino legendum, neque *in ·O litteram* quemadmodum in V. scribitur, illustr. Maio lectionem defendente et adnotante: *„hinc etiam cognoscimus pronunciationem Latinorum diphthongi ·AU·. Sic legitur Claudius et Clodius, Plautius et Plotius etc. Nimirum ·AU· scribebatur; ·O· pronunciabatur, pronunciatio autem quandoque, ut usuvenit, in scripturam transibat.“* Cete-

665. Ve, si parti orationis [67]) subiungatur [68]), erit coniunctio, ut puta[69]) apud [70]) Vergilium — Pariusve lapis circumdatus auro [a]) — F. 38. r. col. a. * si vero ve [71]) parti orationis praeponatur, erit interiectio, vel adverbium. Sed quando sit ve interiectio vel [72]) quando adverbium iam in interiectione [73]) satis tractabimus [74]).

666. Ne, si subiungatur, erit coniunctio ut apud Vergilium — mene [75]) incepto desistere victam [b]) — si vero ne [76]) praeponatur, erit adverbium, ut puta apud [77]) Vergilium — ne credite Teucri [78]). Quidquid id est [c]). Item ne, si gravem accentum habeat, erit coniunctio, ut puta — Tantane vos generis tenuit fiducia [79]) vestri [d]) — si vero ne acutum accentum habeat [80]), erit adverbium, ut puta — ne credite Teucri [81]) Quidquid id est.

667. Quoque [82]), si non ad [83]) ablativum casum respondeat, erit con-
V. 271. iunctio, ut puta [84]) apud [85]) Vergilium — Tu quoque litoribus [86]) nostris Aeneia nutrix [e]) — si vero quoque ad [87]) ablativum casum respondeat, erit pronomen [88]), ut puta: a [89]) quoque.

668. Porro, si verum significat, erit coniunctio, ut puta: porro autem; si vero porro longe significat, erit adverbium, ut puta; porro hinc ad stadia mille.

669. Quando, si quatenus [90]) significat, erit coniunctio, ut puta: quando hoc tibi placet [91]), factum tu [92]) puta; si vero quando tempus significat, erit adverbium, ut puta: quando erit, ista res ut [93]) fiat [94]).

670. Quamquam [95]), si non ad [96]) accusativum casum respondeat, erit coniunctio, ut puta: quamquam, patres conscripti; si vero quamquam ad accusativum casum respondeat, erit pronomen, ut puta: hanc quamquam [97]).

De coniunctione, quantum ratio poscebat, tractavimus [98]).

---

67) orationis *V. A.* — orationi *B.* 68) subiungatur *B. V. P.* — iungatur *A.* 69) puta *B.* = *V. A.* 70) apud *V. A.* — aput *B.* 71) ve *B. V.* = *A.* 72) vel *V, A.* = *B.* 73) interiectione *B. V.* — interiectionibus *A.* 74) tractabimus *B.* — tractavimus *V. A.* 75) mene *V. A.* — me.ne. *B.* 76) ne *B.* = *V. A.* 77) ut puta *B.* (= apud) — apud (= ut puta) *V. A.* 78) credite Teucri *V. P.* — credete Teucri *B.* — credite veri *A.* 79) fiducia *V. A.* — feducia *B.* 80) acutum accentum habeat *B. V. P.* — accentum acutum habeat *A.* 81) Teucri *B. V. P.* — veri *A.* 82) quoque *V. A.* — quoquae *B.* 83) ad *B.* = *V. A.* 84) puta *B.* = *V. A.* 85) apud *V. A.* = *B.* 86) litoribus *B. V.* — littoribus *A.* 87) ad *B.* = *V. A.* 88) pronomen *B. V. P.* — nomen *A.* 89) a *B. V. A.* = *P.* 90) quatenus *V. A.* — quatinus *B.* 91) placet *V. A.* — placeat *B.* 92) tu *V.* = *B. A.* 93) ut *B. V.* = *A.* 94) fiat *B. V. B.* — fict *A.* 95) quamquam *B V.* — quanquam *A. const.* 96) ad *V. A.* = *B.* 97) ut puta hanc quamquam *B. V. P.* (*sed* quanquam) = *A.* 98) *B. addit:* explicit.

rum lectio nostra defendi etiam posset e loco parallelo Isidori Origg. I. 26, 2. *„Haud quando adverbium est negandi ·D· littera terminatur, et aspiratur in capite, quando autem coniunctio per ·T· litteram sine aspiratione scribitur."*

a) Virg. Aen. I. 593. Ceterum in lectione circumdatus omnes consentiunt. *b*) Virg. Aen. I. 37. *c*) Virg. Aen. II. 48. s. *d*) Virg. Aen. I. 132. *e*) Virg. Aen. VII. 1.

671. **DE INTERIECTIONE** [99]). Interiectio est pars orationis ostendens animi [100]) motum per suspirationem. Vario autem motu affectum animi nostri expromimus [1]) ex interiectione; aut [2]) enim [3]) dolemus, ut puta: heu, hei, o, eheu [4]), ve; aut [5]) laetamur, ut puta [6]): va; aut miramur [7]), ut puta: babae, papae [8]); aut bacchamur [9]), ut puta: eu hoe. Sic et cetera talia [10]), quae [11]) cum motione [12]) animi [13]) suspiranter promuntur, ad interiectionem pertinere [14]) probantur.

672. Sane sunt interiectiones, quae et [15]) aliarum partium orationis habeant significationes, ut puta:

673. *Heu. Sed heu si cum animi [16]) affectu proferatur, hoc est, per col. b.
suspirationem, erit interiectio ut — Heu! misero coniux [17]) [a]) — si vero heu simpliciter proferatur, erit adverbium respondentis ut heu [18]), vel [19]) laudantis ut heu bene fecisti.

674. Hei. Si cum animi [20]) affectu proferatur, hoc est [21]) per suspirationem, erit interiectio, ut puta — Hei mihi, qualis erat [22])! quantum mutatus ab illo Hectore [b]) — si vero hei pro [23]) vocatione [24]) aliqua proferatur, erit adverbium exclamantis, ut puta — hei mihi pater
esse disce ab illis, qui vere sciunt [c]) — Nunc [25]) si [26]) simpliciter, V. 27.
hoc est, sine aspiratione [27]) ei proferatur, erit dativus casus pronominis, ut ei [28]).

675. Ve. Si cum animi [29]) affectu [30]) proferatur, hoc est, per suspirationem, erit interiectio, ut puta [31]) — ve misero mihi [d]) — si vero ve [32]) pro vocatione aliqua proferatur, erit adverbium exclamantis, ut ve vobis [33]). Si autem simpliciter ve proferatur, erit coniunctio, ut Pariusve [34]) [e]).

676. O. Si cum animi [35]) affectu proferatur, hoc est, per suspirationem, erit interiectio, ut puta — O mihi sola mei [36]) super Astyana-

---

[99]) De interiectione *V. A.* — Incipit de interiectione *B. P.* [100]) animi *B. V. A.* — animae *A.* [1]) affectum animi nostri expromimus *B. V.* — animi nostri affectum *A.* (= expromimus) — animae nostrae affectum expromimus *P.* [2]) aut *B. V. A.* — autem *P.* [3]) enim *B. V.* = *A.* [4]) o eheu — o ehu *B.* — o eeu *V. P.* — oe eu *A.* [5]) aut *B. V. P.* — at *A.* [6]) ut puta *B. A.* = *V.* [7]) miramur — minamur *B.* — admiramur *V. A.* [8]) babac, papae *B.* — babe, pape *V. A.* — papae, babae *P.* [9]) bacchamur *V. A.* — bachamur *B.* [10]) talia *B.* = *V. A.* [11]) quae *B. V. P* = *A.* [12]) motione *V. A.* — commutatione *B.* [13]) animi *B. V. A.* – animae *A.* [14]) pertinere *B. V. P.* — venire *A.* [15]) et *V. A.* = *B.* [16]) animi *B. V. P.* — animae *A.* [17]) coniux *B. A.* — coniunx *V.* [18]) ut heu *B. V. P.* = *A.* [19]) vel *B.* — aut *V. A.* [20]) animi *B. V. A.* — animae *P.* [21]) hoc est *B. V. P.* — id est *A.* [22]) qualis erat *A.* = *B. V.* [23]) pro *B. V. P.* = *A.* [24]) vocatione *V. A.* — bocatione *B.* [25]) nunc *B.* — tunc *V.* — tum *A.* [26]) si *B. V. A.* = *P.* [27]) aspiratione *B.* — haspiratione *A.* — adspiratione *V. P.* [28]) ut ei *B. V. P.* = *A.* [29]) animi *B. V. A.* — animae *P.* [30]) affectu *B. V. B.* = *A.* [31]) ut puta — ut puta ut *B.* — ut *V. A.* [32]) ve *B. V. P.* = *A.* [33]) vobis *B. A.* — nobis *V.* [34]) pariusve *V. A.* — aliusve *B.* [35]) animi *B. V. A.* — animae *P.* [36]) o mihi sola mei *B. V.* — o mihi sola *P.* — o mei sola *A.*

a) Virg. Aen. II. 738. *b*) Virg. Aen. II. 274. ss. *c*) Terent. Adelph. I. 2, 44. ss. *d*) Terent. Heaut. II. 3, 9. *e*) Virg. Aen. I. 593. Vid. supr. §. 665.

ctis imago [37]) [a])— Si vero o ad accusativum casum proferatur, erit adverbium exclamantis, ut: o [38]) conditionem [39]) miseram; item o bellum magnopere [40]) pertimescendum [41]). Nunc [42]) si o simpliciter proferatur, erit pronomen, vel articulus vocativi casus, ut o iste. Sed quid [43]) intersit inter pronomen et articulum, in pronomine satis tractavimus.

677. Va. Si cum animi [44]) affectu proferatur, hoc est [45]), per suspirationem, erit interiectio, ut puta—va quemquamne hominem [46]) in [47]) animum [48]) instituere [49]) aut parare [50]) quod sit carius [51]), quam ipse est sibi [52]) [b])— Si vero va pro vocatione aliqua proferatur, erit adverbium irascentis, ut puta: va hominum nequissime.

678. Sic et ceterae aliae interiectiones ab aliis partibus orationis discernuntur, hoc est, ut quotiens [53]) animum per suspirationem [54]) commovere inveniuntur, tunc suae potestatis esse intellegantur [55]).

De interiectione, quantum ratio poscebat, tractavimus.

679. DE PRAEPOSITIONE [56]). Praepositio est pars orationis. Praepositiones sunt numero quinquaginta quinque. Ex his tributae sunt accusativo casui numero [57]) triginta [58]); ablativo quindecim; *utrisque, id est [59]), accusativo et ablativo numero [60]) quattuor; loquillares [61]) [c]) numero sex [d]).

F. 38. v. col. a.

680. Praepositiones numero triginta, quae accusativo casui tributae sunt [62]): ad domum [63]), apud amicum, ante tem-

---

[37]) Astyanactis imago *V. A.* — Astianactis iamago *B.* [38]) o *V. A.* = *B.* [39]) conditionem *V. A.* — condicionem *B.* [40]) magnopere *V. A.* — magno oportere *B.* [41]) pertimescendum *V. A. ex em. pr. m.* — pertimiscendum *B. a pr. m.* [42]) nunc *B.* — nam *V. A.* [43]) quid *B. V.* — quia *A.* [44]) animi *B. V. A.* — animae *P.* [45]) hoc est *B. V. P.* — id est *A.* [46]) hominem *V. A.* — homine *B.* [47]) in *B. V. P.* = *A.* [48]) animum *B.* — animo *V. A.* [49]) instituere *B. V. P.* — coustituere *A.* [50]) parare *B. V. P.* — pare *A.* [51]) carius *V. A.* clarius *B.* — [52]) sibi *B. A.* = *V. P.* [53]) quotiens *B.* — quoties *V. A.* [54]) per suspirationem *V. A.* — percussuspirationem *B.* [55]) intellegantur *V.* — intelligantur *A.* — intellagantur *B.* [56]) De praepositione *B. V. A.* — Incipit de praepositione *P.* [57]) numero *V. A.* — nomero *B.* [58]) triginta *V.* — treginta *A.* — XXX *B.* [59]) id est *B. V. P.* = *A.* [60]) numero *V. A.* — nomero *B.* [61]) loquillares *B.* — loquellis *V.* — loquelis *A.* [62]) Praepositiones . . . . tributae sunt *B. V. P.* = *A.* [63]) ad domum *V. A.* — ad amicum *B.*

a) Virg. Aen. III. 489. *b*) Terent. Adelph. I. 1. *c*) *Loquillares.* Cfr. Lindem. ad Pomp. 393. 409. Inter *loquillas* et *loquelas* distinguit Vergilius grammaticus ineditus in membranarum salisburgensium laciniolis: „*male quidam et loquillas in elocutione intellegi volunt, cum loquillae deminutiva sunt quasi vocabula simplicia, loquelae autem per ·E· et per unam ·L· scribatur vocabulum, quae ad perfectionem perteneat eloqui.*" *d*) Hunc locum innuit Pompeius 409 L. inquiens: „*Habetis eas* (sc. praepositiones) *in Probo bene enumeratas; triginta habes accusativas, quindecim habes ablativas, et quattuor habes communes, et septem habes loquelares.*" Legendum esse *sex loquelares*, ex alio Pompeii loco 393. L. satis apparet: „*Si autem tantum iungi possit* (sc. praepositio) *nec possit segregari, loquelaris est, ut sunt illae sex, con, di, dis, re, se, am.*"

plum, adversum [64]) hostem, cis oceanum, citra acta, circum murum, circa patriam, contra montem, erga nos, extra vos [65]), inter omnes, infra palatium [66]), intra manus [67]), iuxta parietem, ob meritum, penes auctores, per servos [68]), prope Italiam, propter dominum [69]), praeter inimicum [70]), post villam, pone V. 273.
dorsum [71]), secundum ius, trans flumen [72]), supra tectum, ultra vires, usque arcum, secus municipium, circiter annos.

Sic et in [73]) aliis nominibus et [74]) pronominibus vel participiis, seu numeri singularis, sive pluralis [75]), triginta supradictae praepositiones propter integros sonos [76]) accusativis casibus necesse est ut respondeant.

681. Praepositiones numero quindecim, quae ablativo casui [77]) tributae sunt [78]): a domo, ab amico, abs te tantum, absque nobis [79]), cum nostris, coram contubernale, clam patre, de cellario, e foro, ex denariis, pro fratre, prae metu, palam omnibus, sine nobis [80]), tenus rure.

Sic et in [81]) aliis nominibus et [82]) pronominibus vel [83]) participiis seu numeri singularis sive pluralis quindecim supradictae praepositiones propter integros [84]) sonos ablativis casibus necesse est ut respondeant [85]).

682. Praepositiones numero IIII, quae utrisque [86]) casibus, id est [87]), accusativo et ablativo, tributae sunt [88]): in, sub, super, subter.

683. Nunc quaeritur quemadmodum hae supradictae quattuor [89]) praepositiones accusativo casui, et quemadmodum ablativo casui respondeant. Quare hoc monemus, ut quando [90]) nos aliquo ire, vel isse, vel ituros esse significamus, per easdem supradictas praepositiones accusativis casibus respondeamus, ut puta: quo is? in villam; quo ieras? in villam [91]); quo iturus es? in villam.

At vero, quando nos alicubi esse vel fuisse, vel futuros esse significamus, per easdem supradictas praepositiones ablativis casibus respondeamus, ut puta: *ubi es? in basilica [92]); ubi fuisti? in basilica [93]); col. b.
ubi futurus es? in basilica.

---

[64]) adversum *B. V. P.* — ad usum *A.* [65]) extra vos *B. V.* — extra nos *A.* [66]) infra palatium *B.* — intra palatium *A.* = *V.* [67]) manus *B. A.* — manuus *V.* [68]) per servos *B. V.* — per cervos *A.* [69]) propter dominum *B. V. P.* — propter domum *A.* [70]) praeter inimicum *B. V. A.* — propter inimicum *P.* [71]) pone dorsum *V. A.* — pone dorsus *B.* [72]) trans flumen *B. V. P.* — tras flumen *A.* [73]) in *B. A.* = *V.* [74]) et *B.* — vel *V. A.* [75]) seu numeri . . . . pluralis *V. P.* — seu numeri pluralis sive singularis *A.* — seu numeri singularis *B.* (= sive pluralis). [76]) integros sonos *V. A.* — integro sonos *B.* [77]) casui *V. P.* — casu *B.* [78]) Praepositiones . . . . sunt *B. V. P.* = *A.* [79]) nobis *B. V. P.* — vobis *A.* [80]) sine nobis *B. V.* = *A.* [81]) in *B. V. P.* = *A.* [82]) et *B. V. P.* — vel *A.* [83]) vel *V. A.* — et *B.* [84]) integros *V. A.* — intecros *B.* [85]) ablativis . . . . respondeant *V. P. B.* (*sed* ablativi casus) — necesse est ut ablativis casibus respondeant *A.* [86]) utrisque *B. V.* — utriusque *P.* [87]) id est *V. P.* = *B.* [88]) Praepositiones . . . . tributae sunt *B. V. P.* = *A.* [89]) quattuor *B. V. P.* = *A.* [90]) quando *B. V.* — quoniam *A.* [91]) quo ieras? in villam *B. V.* (*sed* iteras) = *A.* [92]) in basilica *V. A.* — in basca *B.* [93]) ubi in basilica *V. B.* (*sed* in a basilica) = *A.*

Sic et sub [94]) et super et subter praepositiones in hoc et in aliis nominibus et pronominibus vel participiis, quando [95]) accusativis et quando ablativis casibus respondere [96]) debeant, ex supradicto praecepto considerandae sunt.

684. Item aliud praeceptum, quo dinoscuntur [97]) supradictae praepositiones, quando accusativo et quando ablativo casui respondere pronuntientur. Quare hoc monemus, ut, quando illo [98]) intellegitur [99]), ex [100]) supradictis praepositionibus accusativis casibus respondeamus, ut puta: illo, in thermas; at vero quando illic intellegitur ex supradictis prae-
V. 274. positionibus ablativo casui respondeamus, ut puta: illic, in thermis.

Sic et sub et super et subter [1]) praepositiones in hoc et in aliis nominibus et [2]) pronominibus vel participiis, quando [3]) accusativis et quando ablativis casibus respondere debeant [4]), ex supradicto praecepto considerandae [5]) sunt.

685. Item aliud praeceptum, quo [6]) dinoscuntur [7]) praedictae [8]) praepositiones, quando accusativo casui [9]) respondere pronuntientur. Quare hoc monemus, ut [10]) quando nos ex alio loco ad alium locum pervenire significamus, accusativo casui respondeamus, ut puta: secedo [11]) in forum; ascendo [12]) in forum; deambulo in forum. At vero quando nos in eodem loco pati, vel facere aliquid [13]) significamus, ablativo casui respondeamus, ut puta: cecidi in foro; ascendit paries in foro; deambulo in foro. Sic et sub et super et subter [14]) praepositiones in hoc et in aliis nominibus et pronominibus vel participiis, quando ablativis, quando accusativis [15]) casibus respondere debeant [16]) ex supradicto praecepto [17]) considerandae sunt.

686. Item de in [18]) praepositione hoc monemus, ut, quando contra aliquem aliquid significamus et in praepositionem [19]) opponimus, accusativo casui respondeamus, ut puta: facio laudes in amicos; vituperationem dico in inimicos; nihil dixi in vos.

F. 39. r. col. a. 687. * Sic et in [20]) aliis nominibus et [21]) pronominibus vel [22]) participiis, quando contra aliquos aliquasve vel aliqua [23]) aliquid significamus et in praepositionem opponimus, accusativo casui respondeamus [24]).

---

94) et sub *B. V. P.* = *A.* 95) quando *B. V. P.* — vel quando *A.* 96) respondere *B. V.* — responderi *A.* 97) dinoscuntur *V. A.* — dinuscuntur *B.* 98) illo *B. V.* — hoc *A.* 99) intellegitur *V. A.* — intelegitur *B.* 100) ex *V. A.* — et *B.* 1) et super et subter *B. V. P.* — et subter et super *A.* 2) et *B. V. P.* — vel *A.* 3) quando *B. V. P.* — et quando *A.* 4) debeant *B. V. P.* — debeat *A* 5) considerandae *V. A.* — consideranda *B.* 6) quo *B. A.* = *V.* 7) dinoscuntur *V. A.* — dinoscantur *B.* 8) praedictae *B.* — supradictae *V. P.* — aliae *A.* 9) casui *V. A.* = *B.* 10) ut *B. V.* = *A.* 11) secedo *V. A.* — cecidi *B.* 12) ascendo *B. V.* — accedo *A.* 13) pati vel facere aliquid *V.* — pati facere vel aliquid *B.* — patefacere vel aliquid *A.* 14) et super et subter *B. V.* — et subter et super *A.* 15) quando accusativis *V.* = *B A.* 16) debeant *B. V. P.* — debeamus *A.* 17) praecepto *B. A.* = *V.* 18) in *B. V. A.* = *P.* 19) praepositionem *B. V. A.* — praepositione *P.* 20) in *V. A.* = *B.* 21) et *B.* — vel *V. P.* = *A.* 22) vel *B.* — et *V. A.* 23) aliquos . . . . aliqua *V. P.* — aliquos, aliquas vel aliqua *A.* — aliquos aliqua suae vel aliqua suae *B.* *loco punctis signato.* 24) et in . . . . . respondeamus *B. V. P.* = *A.*

688. Item de in praepositione hoc monemus, quod, quando aliquid penitus efficitur, et in praepositio [25]) opponitur, accusativo casui respondeamus, ut puta: figo in parietem, hoc est, longius vel intrinsecus. At vero quando aliquid leviter [26]) vel medie [27]) geritur, ablativo casui respondere debebimus [28]), ut puta: plagam in pectore acceperat [29]); utique eum [30]) significat, qui adhuc vivit [31]).

De praepositionibus utriusque casus, quantum ratio poscebat, tractavimus.

689. Praepositiones numero [32]) sex [33]), quae loquillis [34]) tributae sunt: con, di, dis, re, se, am, ut puta: congredior vel conducens, diduco vel dividens, distraho vel discedens, refero vel reducens, secedo vel separans, ambulo vel ambulans.

Sic et aliis partibus orationis hae supradictae sex praepositiones reperiuntur deservire [35]).

690. Sane sunt praepositiones [36]), quae et aliarum partium orationis habeant significationes, et ideo easdem et earundem [37]) significationes V. 275. subicimus, hoc est, ut dinoscantur [38]) quando sint praepositiones et quando aliarum partium orationis [39]) habeant significationes, ut puta:

691. Ante significat et [40]) adverbium temporis, ut puta [41]) apud [42]) Vergilium — Ante leves ergo pascentur in aethere cervi [a]) — item apud Salustium — Antonius [43]) paucis ante diebus [b]).

Adversum significat et participium [44]) ut puta: adversum vulnus accepit.

Circum significat et nomen loci ubi ludi Circenses [45]) aguntur.

Contra significat et [46]) adverbium ut puta [47]) apud [48]) Vergilium — ille ubi me contra videt [49]) [c]).

Per significat et adverbium, ut puta: perdisertus.

Praeter significat et [50]) adverbium, ut puta [51]) apud [52]) Salustium — praeter [53]) rerum capitalium condemnatis [54]) [d]).

Post significat et [55]) adverbium, ut apud Vergilium — Post mihi non simili poena commissa luetis [e]).

---

25) praepositio *B. V. P.* — praepositionem *A.* 26) leviter *B. V. P.* — leniter *A.* 27) medie *B. V. P.* — mediae *A.* 28) respondere debebimus *B.* — respondebimus *A.* — respondeamus *V.* 29) acceperat *B. V. P.* — caeperat *A.* 30) eum *B.* — cum *V. A.* 31) qui adhuc vivit *B.* — qui adhuc vivat *V. A.* — quod adhuc vivat *P.* 32) numero *V. A.* = *B.* 33) sex *A.* — VI *V.* — ut *B.* 34) loquillis *B.* — loquellis *V. A.* 35) reperiuntur deservire *B. V. P.* = *A.* 36) sane sunt praepositiones *B. V. P.* = *A.* 37) earundem *B.* — earumdem *V. A.* 38) dinoscantur *B. V. P.* — dinoscatur *A.* 39) orationis *V. A.* — orationes *B.* 40) et *B. V.* = *A.* 41) puta *A.* = *B. V.* 42) apud *V. A.* — aput *B.* *ita et infra.* 43) Antonius *V. A.* = *B.* 44) et participium *B. V. P.* — adverbium *A.* (= et). 45) circenses *V. A.* — cerceuses *B.* 46) et *V. A.* = *B.* 47) puta *B.* = *V. A.* 48) apud *V. A.* = *B.* 49) contra videt *V. A.* — videt contra *B.* 50) et *B. V. P.* = *A.* 51) puta *B.* = *V. A.* 52) apud *V. A.* = *B.* 53) praeter *B. A.* — praetes *V.* 54) condemnatis *B. V.* — condemnatus *A.* 55) et *V. A.* = *B.*

a) Virg. Eclog. I. 60. b) Novum fragm. Histor. Sallustii. c) Virg. Eclog. VII. 8. d) Sallust. Catil. 36. e) Virg. Aen. I. 136.

Secundum significat et nomen accusativi casus.

col. b. * **Cum**[56] significat et adverbium, ut apud[57] Ciceronem[58] — cum fasces cum secures[a] — et[59] apud Vergilium — cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam[b] —. Item cum subiecta[60] pronominibus his adverbium demonstrat, ut puta: mecum, tecum, nobiscum, vobiscum.

Pro significat et adverbium ut puta pro Iuppiter.

Prae[61] significat et adverbium, ut puta apud Terentium[62] — praeut huius rabies[c].

Sine significat et[63] verbum[64], ut apud Terentium[65] — sine me pervenire quo volo[d].

Super significat et adverbium, ut apud Vergilium — et[66] super ipsi Dardanidae[67] infensi[e].

692. Nunc quia longum est et[68] ceteras praepositiones prosequi et ideo hoc monemus, ut[69] quando praepositiones ad casum suum[70] non respondere[71] reperiuntur, adverbia vel id quod significant appellentur[72].

693. Sane hoc monemus, quod apud et[73] penes praepositiones numquam aliud, quam id, quod sunt, significare reperiuntur[74].

694. Item et per accentum discernuntur praepositiones ab adverbiis, ut puta: ante, si gravem accentum habeat, erit praepositio, ut apud Vergilium[75] — Aeneae stetit[76] ante pedes[f] — si vero ante[77] acutum accentum habeat, erit adverbium, ut apud Vergilium — Ante et[78] Trinacria lentandus[79] remus[80] in unda[g].

695. **In** et **con** praepositiones antecedentibus ·S· vel ·F·[81] litteris producuntur, ut puta: insolens[82], insertus[83], infelix[84], inferens; consonans, consertus, confusus. Sic et cetera talia[85].

696. **Ex** et **a** praepositiones hanc aliqui volunt habere discretionem[86], ut puta, qui dixerit ex foro venio, ex ipso foro venire intellegatur; at vero, qui dixerit a foro venio ex loco, qui prope forum est[87] venire reperiatur.

---

56) Cum *B. V. P.* — tum *A.* 57) ut apud *V. A.* — ut put *B.* 58) Ciceronem *V A.* — Ceceronem *B.* 59) et *V. A.* = *B.* 60) subiecta *B. V.* — subiectam *A.* 61) prae *B. V. P.* — pro *A.* 62) ut puta apud Terentium — ut apud Terentium *V. A.* — ut put. Terent. *B.* 63) et *B. V.* = *A.* 64) verbum *V. A.* — adverbium *B.* 65) Terentium *B. A.* — Terentum *V.* 66) et *V. A.* = *B.* 67) Dardanidae *V. A.* — dardanide *B.* 68) et *B.* = *V. A.* 69) ut *V. A.* = *B.* 70) casum suum *B.* — suum usum *V. A.* 71) non respondere *B. V. P.* — respondere non *A.* 72) appellentur *V. A.* — appellantur *B.* 73) et *B. V. P.* = *A.* 74) reperiuntur *B.* — reperiantur *V. A.* 75) ut apud Vergilium *V. B.* — ut puta *A.* 76) stetit *B. V. P.* — stent *A.* 77) ante *B. V.* = *A.* 78) et *V.* — te *B. A.* 79) lentandus *V.* — laetandus *B. A.* 80) remus *B. V. P.* — nemus *A.* 81) ·F· *B.* — ·I· *V. A.* 82) insolens *B. V.* — insulens *A.* — insulans *P.* 83) insertus *B. V. A.* — insestum *B.* 84) infelix *B. V.* — infaelix *A.* 85) talia *V. A.* — alia *B.* 86) discretionem *B. V. P.* — significationem *A.* 87) est *B. V. P.* = *A.*

a) Hunc locum Ciceronis frustra quaesivimus. *b*) Virg. Aen. III. 389. *c*) Terent. Eunuch. II. 3, 10. *d*) Terent. Eunuch. I. 2, 44. *e*) Virg. Aen. II. 71. s. *f*) Virg. Aen. V. 381. *g*) Virg. Aen. III. 384.

Sed hoc monemus, quod haec discretio [88]) supervacua esse invenia- V. 276.
tur, siquidem et auctores iisdem [89]) praepositionibus sine discretione uti reperiantur.

697. In et de praepositiones duplicem significationem habere repeH riuntur [90]), modo enim augent, ut puta [91]): inridens [92]), declamans, nunc [93]) minuunt [94]), ut puta [95]): informis, dedecus; sic et cetera talia.

698. Con et in praepositiones, sequentibus ·B· [96]), ·M·, ·P· litteris,
·N· ultimum in ·M· litteram [97]) convertunt, * ut puta [98]): combibo [99]), F. 30. v. col. a.
commuto [100]), compleo; imbutus, immanis, comparo; sic et cetera talia.

699. In et ad praepositiones hanc volunt aliqui habere discretionem, ut puta qui dixerit in forum eo, in ipsum forum ire [1]) intellegatur; qui vero dixerit ad forum eo, ad locum, qui proximus est foro ire reperiatur. Sed hoc monemus, quod haec discretio supervacua esse inveniatur, siquidem et auctores iisdem praepositionibus sine discretione uti reperiantur.

700. Ex et ab praepositiones, ut quidam volunt, si vocales loco suo positas [2]) sequuntur [3]), integre [4]) proferantur [5]), ut puta: ex illo, ab ipso; si vero consonantes vel vocales loco consonantis [6]) positae easdem [7]) praepositiones sequantur, eaedem praepositiones corrumpuntur [8]); ut puta: e foro [9]), a loco, a Iunone. Nunc hoc monemus, quod etiam hoc praeceptum supervacue institutum esse inveniatur, siquidem et auctores iisdem praepositionibus sine aliqua discretione utantur ut apud Salustium — nam tum [10]) Brutus ab Roma aberat [a]). — Sic [11]) et cetera talia.

701. Praepositiones, ut quibusdam placet, civitatibus addi non debent [12]), ut puta: Romam eo, Karthaginem ivi [13]).

702. Nunc etiam hoc monemus, quod hoc praeceptum supervacue institutum esse inveniatur, siquidem auctores et civitatibus praepositiones addere reperiantur, ut apud [14]) Salustium — Marius ad Thalam [15]) profectus [b]). — Item — nam tum Brutus ab Roma [16]) aberat.

---

[88]) discretio *V. A.* — discriptio *B.* [89]) iisdem *A.* — isdem *V.* — hisdem *B.* [90]) reperiuntur *B. V. P.* — reperiantur *A.* [91]) puta *B. V. P.* = *A.* [92]) inridens *V.* — infidens *B.* — irrideo *A.* [93]) nunc *B. V.* — modo *A.* [94]) minuunt *V. A.* — minuent *B.* [95]) ut puta *B. V.* = *A.* [96]) ·B· *V. P.* — ·S· *B. A.* [97]) litteram *V. A.* — littera *B.* [98]) puta *B. V. P.* = *A.* [99]) combibo *V.* — comvivo *B.* — convivo *P.* — comuo *A.* [100]) commuto *V. A.* — commoto *B.* [1]) ire *B. V.* = *A.* [2]) positas *B. V. A. Legendum videtur* positae easdem. [3]) sequuntur *P.* — secuntur *B. V.* — sequantur *A.* [4]) integre *V. A.* — integrae *B.* [5]) proferantur *B. V. A.* — proferuntur *P.* [6]) vel vocales loco consonantes *V. A.* = *B.* [7]) positae easdem — post easdem *B. ex em. pr. m.* — posistas easdem *B. a pr. m.* — positas easdem *V. A.* [8]) corrumpuntur *V.* — corrumpantur *B. A.* [9]) e foro *B. P.* — a foro *A.* = *V.* [10]) tum *B. V.* — cum *A* [11]) sic *B. V.* = *A.* [12]) debent *V. A.* — debeant *B.* [13]) Karthaginem ivi *B.* — Carthaginem ivi *V.* — Cartaginem ibis *A.* [14]) ut apud *B. V.* — ut puta apud *A.* [15]) Thalam *B. V. A.* — Teclam *P.* [16]) ab Roma *B. V.* — a Roma *A.* = *P.*

a) Sallust. Catil. 40, 5. b) Sallust. Iug. 75., ubi vero de Metello sic: „*Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur.*“

De praepositione, quantum ratio poscebat, tractavimus [17]).

703. DE ADVERBIO [18]). Adverbium est pars orationis. Adverbia tribus modis intelleguntur; uno [19]), quando ab aliis veniunt, hoc est, quando ex aliis partibus orationis originem trahunt; alio, quando non ab aliis partibus orationis veniunt; sed per se tantum intellegi [20]) reperiuntur; tertio, quando similia nominibus inveniuntur.

704. Adverbia, quae ab aliis veniunt [21]). Adverbia, quae ab aliis [22]) veniunt, ex his tribus partibus orationis tantum originem trahere reperiuntur, id est, nomine, pronomine, verbo. Nunc easdem partes sigillatim [23]) tractabimus [24]).

705. De nomine [25]). Quaecumque nomina, scilicet [26]) appellativa, adverbia ex se [27]) facere possunt, haec dativo casu [28]) numeri singularis tribus his formis definiuntur tantum, ·O· ·I· ·AM·. Nunc earundem [29]) singularium formarum rationem subicimus, qua dinoscantur, quemadmodum ex se adverbia facere possunt.

[39]) Gerundi *V. A.* — gerondi *B.* [40]) rapiens *B. V. P.* — ut rapiens *A.* [41]) nomen .... raptura *B. V.* = *A.* [42]) Declinatio .... correptae *B. V. P.* = *A.* [43]) indicativo sive pronuntiativo modo *B. V.* — modo indicativo sive pronuntiativo *A.* [44]) simplicis — compositae *B. V. A.* [45]) temporis .... instantis *B V.* — tempore praesenti sive instanti *A.* [46]) sive .... perfecta *B. V.* = *A.* [47]) numeri singularis *V. A.* = *B.* [48]) perfecta sive absoluta numeri singularis *V. A.* = *B.* [49]) tempore *B. V.* — tempore praeterito *A.* [50]) raptus *V. A* — scriptus *B.* [51]) rapti *V. A.* — scripti *B.* [52]) plusquamperfecta .... singularis *V. A.* = *B.* [53]) sive promissivo modo *B. V.* = *A.* [54]) rapieris .... rapientur *V. A.* — rapiaris, rapiatur, rapiamur, rapiamini, rapiantur *B.*

tantum [55]). Numeri singularis; rapere, rapiatur;
imini [56]), rapiantur.
ore futuro. Numeri singularis: rapitor, rapitor,
or, rapiuntor [57]).
etuo numeris et personis confusis, tempore
tempore praeterito: raptum esse; et ul-
.sse; tempore futuro: raptum iri [58]).
praesenti sive instanti [59]). Numeri singula-
tinam rapiaris, utinam rapiatur; numeri
ur, utinam rapiamini, utinam rapiantur.
mpore praeterito, specie inperfecta sive [61]) minus
inchoativa. Numeri singularis [62]): utinam raperer,
is, utinam raperetur; numeri pluralis: utinam rape-
m raperemini, utinam raperentur.
modo, eodem tempore [63]), specie perfecta sive absoluta. Nu-
gularis: utinam raptus sim, utinam raptus sis, utinam ra-
sit; numeri pluralis: utinam rapti simus, utinam rapti sitis,
am rapti sint.

Et ulteriore perfecta sive absoluta [64]). Numeri singularis [65]): utinam raptus fuerim, utinam raptus fueris, utinam raptus fuerit; numeri pluralis: utinam rapti fuerimus, utinam rapti fueritis, utinam rapti fuerint.

Eodem modo, eodem tempore [66]), specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis [67]): utinam raptus essem, utinam raptus esses, utinam raptus esset; numeri pluralis: utinam rapti essemus, utinam rapti essetis, utinam rapti essent.

Et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta [68]). Numeri singularis [69]): utinam raptus fuissem, utinam raptus fuisses, utinam raptus fuisset; numeri pluralis: utinam rapti fuissemus, utinam rapti fuissetis, utinam rapti fuissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: utinam rapiar, utinam rapiaris, utinam rapiatur; numeri pluralis: utinam rapiamur, utinam rapiamini, utinam rapiantur.

Modo coniunctivo sive iunctivo [70]), tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis: cum vel si rapiar, cum vel si rapiaris, cum vel V. 306.
si rapiatur; numeri pluralis: cum vel si rapiamur, cum vel si rapiamini, cum vel si rapiantur.

---

55) tantum *A.* = *B. V.* 56) rapimini *B.* — rapiamini *V. A.* 57) rapiuntor *V. A.* — rapiuntur *B.* 58) rapi . . . . raptum iri *B. V.* = *A.* 59) Modo . . . . instanti *B. V.* = *A.* 60) numeri singularis *V. A.* = *B.* 61) sive *B. V. P.* = *A.* 62) numeri singularis *V. A.* = *B.* 63) eodem tempore *B. V. P.* = *A.* 64) perfecta sive absoluta *V. A.* = *B.* 65) numeri singularis *V.* = *B. A.* 66) eodem tempore *B. V. P.* — praeterito *A.* 67) numeri singularis *V.* = *B. A.* 68) plusquamperfecta . . . . exacta *V. A.* = *B.* 69) numeri singularis *V.* = *B. A.* 70) sive iunctivo *A.* = *B. V.*

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta siva minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis: cum vel si raperer, cum vel si rapereris, cum vel si raperetur; numeri pluralis: cum vel si raperemur, cum vel si raperemini, cum vel si raperentur.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri F. 45. v. col. a. singularis: * cum vel si raptus [71]) sim, cum vel si raptus sis, cum vel si raptus sit; numeri pluralis: cum vel si rapti simus, cum vel si rapti sitis, cum vel si rapti sint.

Et ulteriore perfecta sive absoluta [72]). Numeri singularis [73]): cum vel si raptus [74]) fuerim, cum vel si raptus fueris, cum vel si raptus fuerit; numeri pluralis: cum vel si rapti fuerimus, cum vel si rapti fueritis, cum vel si rapti fuerint.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta [75]). Numeri singularis: cum vel si raptus essem, cum vel si raptus esses, cum vel si raptus esset; numeri pluralis: cum vel si rapti essemus, cum vel si rapti essetis, cum vel si rapti essent.

Et ulteriore plusquamperfecta [76]) sive recordativa vel exacta [77]). Numeri singularis [78]): cum vel si raptus fuissem, cum vel si raptus fuisses, cum vel si raptus fuisset; numeri pluralis: cum vel si rapti fuissemus, cum vel si rapti fuissetis, cum vel si rapti fuissent [79]).

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis [80]): cum vel [81]) si raptus [82]) ero, cum vel si raptus eris, cum vel si raptus erit; numeri pluralis: cum vel si rapti erimus, cum vel si rapti eritis, cum vel si rapti erint [83]).

Et ulteriore futuro. Numeri singularis [84]): cum vel si raptus fuero, cum vel si raptus fueris, cum vel si raptus fuerit; numeri pluralis: cum vel si rapti fuerimus, cum vel si rapti fueritis, cum vel si rapti fuerint.

785. Sane hoc monemus, quod generis passivi [85]), deponentis, vel communis verba modum inpersonalem, vel gerundi, sive nomen, vel appellationem ad formam generis activi, sive neutralis, vel inchoativi, nec non et [86]) frequentativi reperiantur declinare.

786. Tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo passivo duo: praeteritum, raptus; futurum, rapiendus.

787. Nunc etiam [87]) hoc monemus, quod ex [88]) tertia coniugatione

---

71) raptus *V. A.* — scriptus *B.* 72) perfecta sive absoluta *V. A.* = *B* 73) numeri singularis *V.* = *B. A.* 74) raptus *V. A.* — scriptus *B.* 75) vel exacta *V.* = *B. A.* 76) plusquamperfecta *V. A.* = *B.* 77) sive . . . . exacta *V. P.* = *B.* 78) numeri singularis *V.* = *B. A.* 79) fuissem . . . . fuissent *V. A.* — fuessem, fuesses, fuesset, fuessemus, fuessetis, fuessent *B.* 80) numeri singularis *B. V.* = *A.* 81) vel *V. A.* — et *B.* 82) raptus *V. A.* — scriptus *B* 83) erint *sic B. V. A.* 84) numeri singularis *V.* = *B. A* 85) generis passivi *V. A.* — generi passive *B.* 86) et *B. V.* = *A.* 87) etiam *B. V.* — et *A.* 88) ex *B. V. P.* = *A.*

correpta eo plurimi soni, hoc est [89]), eo [90]) plurima verba possint [91]) exhiberi.

788. Declinatio activa tertiae coniugationis productae. NUTRIO, verbum activum indicativo sive pronuntiativo modo dictum, V. 307. temporis praesentis sive instantis, numeri singularis, figurae simplicis [92]), personae primae, coniugationis tertiae productae, quod declinabitur sic:

Modo indicativo, sive pronuntiativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis: nutrio, nutris, nutrit; numeri pluralis: nutrimus, nutritis, nutriunt.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis: nutriebam, nutriebas, nutriebat; numeri pluralis: nutriebamus, nutriebatis, nutriebant.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis; nutrii, nutriisti [93]), nutriit; numeri pluralis: nutriimus [94]), nutriistis [95]), nutrierunt vel nutriere.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis: nutrieram, nutrieras, nutrierat; numeri pluralis: nutrieramus, nutrieratis, nutrierant.

Eodem modo, tempore futuro sive promissivo modo [96]). Numeri singularis: nutriam et nutribo, nutries et nutribis, nutriet et nutribit [97]); numeri pluralis: nutriemus et nutribimus, nutrietis et nutribitis, nutrient et nutribunt [98]).

Modo imperativo, tempore praesenti sive instanti ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis [99]): nutri, nutriat; numeri pluralis: nutrite, nutriant.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: nutrito, nutrito [100]); numeri pluralis: nutritote, nutriunto.

Modo infinito sive perpetuo, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti: nutrire.

Eodem modo, tempore [1]) praeterito: nutrisse.

Eodem modo, tempore futuro: nutritum ire.

Modo optativo, tempore praesenti sive [2]) instanti. Numeri singularis: utinam nutriam, utinam nutrias, utinam nutriat; numeri pluralis: utinam nutriamus, utinam nutriatis, utinam nutriant.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta [3]) sive minus quam perfecta [4]) vel inchoativa. Numeri singularis: utinam nutrirem,

---

[89]) hoc est *V. A.* = *B.* [90]) eo *B. V. P.* = *A.* [91]) possint *B. V.* — possunt *A.* [92]) simplicis — compositae *B. V. A.* [93]) nutriisti *B. A.* — nutristi *V.* [94]) nutriimus *B.* — nutrimus *V. A.* [95]) nutriistis *B. V.* — nutristis *A.* [95]) sive promissivo modo *B. V.* = *A.* [97]) et nutribo — et nutribis — et nutribit *B. V.* = *A.* [98]) et nutribimus — et nutribitis — et nutribunt *B. V.* = *A.* [99]) numeri singularis *V. A.* = *B.* [100]) eodem modo . . . . nutrito *B. V.* = *A.* [1]) eodem modo tempore *B. V.* = *A.* [2]) sive *B. A.* — vel *V.* [3]) inperfecta *V. A.* — perfecta *B.* [4]) sive minus quam perfecta *B. V.* = *A.*

utinam nutrires, utinam nutriret; numeri pluralis: utinam nutriremus, utinam nutriretis, utinam nutrirent.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis: utinam nutrierim, utinam nutrieris, utinam nutrierit; numeri pluralis: utinam nutrierimus, utinam nutrieritis, utinam nutrierint.

Eodem modo, eodem [5]) tempore, specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis: utinam nutrissem, utinam nu-
V. 308. trisses, utinam nutrisset; numeri pluralis: utinam nutrissemus, utinam nutrissetis, utinam nutrissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis [6]): utinam nutriam, utinam nutrias, utinam nutriat; numeri pluralis: utinam nutriamus, utinam nutriatis, utinam nutriant.

Modo coniunctivo sive iunctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis: cum vel si nutriam, cum vel si nutrias, cum vel si nutriat; numeri pluralis: cum vel si nutriamus, cum vel si nutriatis, cum vel si nutriant.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis: cum vel si nutrirem, cum vel si nutrires, cum vel si nutriret; numeri pluralis: cum vel si nutriremus, cum vel si nutriretis, cum vel si nutrirent [7]).

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis: cum vel si nutrierim, cum vel si nutrieris, cum vel si nutrierit; numeri pluralis: cum vel si nutrierimus, cum vel si nutrieritis, cum vel si nutrierint.

Eodem modo, eodem [8]) tempore, specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta [9]). Numeri singularis: cum vel si nutrissem, cum vel si nutrisses, cum vel si nutrisset; numeri pluralis: cum vel si nutrissemus, cum vel si nutrissetis, cum vel si nutrissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: cum vel si nutriero, cum vel si nutrieris, cum vel si nutrierit; numeri pluralis: cum vel si nutrierimus, cum vel si nutrieritis, cum vel si nutrierint.

col.b. * Modo impersonali, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti: nutritur.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta [10]) sive minus quam perfecta [11]) vel inchoativa: nutriebatur [12]).

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta: nutritum est.

Et ulteriore perfecta sive absoluta: nutritum fuit.

---

[5]) eodem *V. A.* = *B.* [6]) numeri singularis *B. V.* = *A.* [7]) nutrirem .... nutrirent *V. A.* — nutrierem, nutrieres, nutrieret, nutrieremus, nutrieretis, nutrierent *B.* [8]) eodem *V. A.* = *B.* [9]) sive .... exacta *B. V.* = *A.* [10]) Eodem .... inperfecta *B. V. P.* = *A.* [11]) sive .... perfecta *B. P.* = *V. A.* [12]) vel .... nutriebatur *B. V. P.* = *A.*

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta [13] sive recordativa vel exacta: nutritum erat [14].

Et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta: nutritum fuerat [15].

Eodem modo, tempore futuro: nutrietur vel nutribitur [16].

Gerundi sunt haec: nutriendi et nutriundi, nutriendo et nutriundo, nutriendum et nutriundum [17], nutritum [18].

Tempora participiorum trahuntur a verbo [19] activo duo, praesens et futurum [20]: praesens, nutriens [21]; futurum, nutriturus [22].

Nomen, nutritor [23]; appellatio, nutritio.

789. Declinatio passiva tertiae coniugationis productae [24].

NUTRIOR [25], verbum passivum, indicativo sive pronuntiativo modo dictum [26], temporis praesentis sive instantis [27], numeri singularis, figurae simplicis [28], personae primae, coniugationis tertiae productae, quod de- V. 309.
clinabitur [29] sic:

Modo indicativo sive pronuntiativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis: nutrior, nutriris, nutritur; numeri pluralis: nutrimur, nutrimini, nutriuntur.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta [30] vel [31] inchoativa. Numeri singularis: nutriebar, nutriebaris, nutriebatur; numeri pluralis: nutriebamur, nutriebamini, nutriebantur.

Eodem modo, eodem [32] tempore [33], specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis: nutritus sum, nutritus es, nutritus est; numeri pluralis: nutriti sumus [34], nutriti estis, nutriti sunt.

Et ulteriore perfecta sive absoluta [35]. Numeri singularis [36]: nutritus fui, nutritus fuisti, nutritus fuit; numeri pluralis: nutriti fuimus, nutriti fuistis, nutriti fuerunt [37] vel fuere.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta [38]. Numeri singularis: nutritus eram, nutritus eras, nutritus erat; numeri pluralis: nutriti eramus, nutriti eratis, nutriti erant.

Et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta. Numeri

---

13) perfecta *V. A.* — perfectam *B* 14) Eodem modo . . . . nutritum erat *B. V. A.* = *P.* 15) et ulteriore . . . . fuerat *B. V. A.* = *P.* 16) nutribitur — nutriebatur *B.* = *V. A.* 17) et nutriendum *B. V.* = *A.* 18) nutritum *B. V. P.* = *A.* 19) a verbo *B. V.* — ab hoc verbo *A.* 20) praesens et futurum *A.* = *B. V.* 21) nutriens *B. V.* — ut nutriens *A.* 22) nutriturus *B. V.* — ut nutriturus *A.* 23) nutritor *V. A.* — notritor *B.* 24) Declinatio . . . . productae *B. P. V.* (*sed* productae) = *A.* 26) nutrior *V. A.* — nutrio *B.* 26) dictum *B. V.* = *A.* 27) temporis . . . . instantis *B. V. P.* = *A.* 26) simplicis — compositae *B. V. A.* 29) declinabitur *B. V. P.* — declinatur *A.* 30) sive.... perfecta *B. A.* = *V.* 31) vel *B. V.* — sive *A.* 32) eodem *V.* = *B. A.* 33) tempore *B. V. P.* = *A.* 34) sumus *V. A.* — somus *B.* 35) perfecta sive absoluta *V. A.* = *B.* 36) numeri singularis *V.* = *B. A.* 37) fuerunt *V. A.* — fuerat *B.* 38) vel exacta *B. V.* = *A.*

singularis [39]): nutritus fueram, nutritus fueras, nutritus fuerat numeri pluralis: nutriti fueramus, nutriti fueratis, nutriti fuerant.

Eodem modo, tempore futuro sive promissivo modo [40]). Numeri singularis: nutriar vel nutribor [41]), nutrieris vel nutriberis [42]), nutrietur vel nutribitur [43]); numeri pluralis: nutriemur vel nutribimur, nutriemini vel nutribimini, nutrientur vel nutribuntur [44]).

Modo imperativo, tempore praesenti sive instanti ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis: nutrire, nutriatur; numeri pluralis: nutrimini, nutriantur.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: nutritor, nutritor [45]); numeri pluralis: nutriminor, nutriuntor [46]).

Modo infinito, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti: nutriri.

Tempore praeterito: nutritum esse.

Et ulteriore praeterito: nutritum fuisse.

Tempore futuro: nutritum iri [47]).

Modo optativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis: utinam nutriar, utinam nutriaris, utinam nutriatur; numeri pluralis: utinam nutriamur, utinam nutriamini, utinam nutriantur.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis: utinam nutrirer, utinam nutrireris, utinam nutriretur; numeri pluralis: utinam nutriremur, utinam nutriremini, utinam nutrirentur [48]).

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri
V 310. singularis: utinam nutritus sim, utinam nutritus sis, utinam nutritus sit; numeri pluralis: utinam nutriti simus, utinam nutriti sitis, utinam nutriti sint.

Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis [49]): utinam nutritus fuerim, utinam nutritus fueris, utinam nutritus fuerit; numeri pluralis: utinam nutriti fuerimus, utinam nutriti fueritis, utinam nutriti fuerint.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta sive recordativa vel [50]) exacta. Numeri singularis: utinam nutritus essem, utinam nutritus esses, utinam nutritus esset; numeri pluralis: utinam nutriti essemus, utinam nutriti essetis, utinam nutriti essent.

---

[39]) plusquamperfecta . . . . singularis *V. A.* = *B.* [40]) sive promissivo modo *B. V.* = *A.* [41]) vel nutribor *B. V.* = *A.* [42]) vel nutriberis *B. V.* — vel nutricre *A.* [43]) vel nutribitur *B. V.* = *A.* [44]) vel nutribimur — vel nutribimini — vel nutribuntur *B. V.* = *A.* [45]) nutritor, nutritor *B. A.* — nutriere, nutriatur *V.* [46]) nutriuntor *V. A.* — nutriuntur *B.* [47]) modo infinito . . . . nutritum iri *B. V.* = *A.* [48]) nutrirer . . . . nutrirentur *V. A.* — nutrierer, nutrierris, nutrieretur, nutrieremur, nutrieremini, nutrierentur *B. littera e supervacua in omnibus personis punctis notata.* [49]) perfecta . . . . singularis *V. A.* = *B.* [50]) recordativa vel *B. V.* = *A.*

Et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis [51]): utinam nutritus fuissem, utinam nutritus fuisses, utinam nutritus fuisset; numeri pluralis: utinam nutriti fuissemus, utinam nutriti fuissetis, utinam nutriti fuissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: utinam nutriar, utinam nutriaris, utinam nutriatur; numeri pluralis: utinam nutriamur, utinam nutriamini, utinam nutriantur.

Modo coniunctivo sive [52]) iunctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis: cum vel si nutriar, cum vel si nutriaris, cum vel si nutriatur; numeri pluralis: cum vel si nutriamur, cum vel si nutriamini, cum vel si nutriantur.

Eodem modo, tempore praeterito [53]), specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis: cum vel si nutrirer, cum vel si nutrireris [54]), cum vel si nutriretur; numeri pluralis: cum vel si nutriremur, cum vel si nutriremini, cum vel si nutrirentur [55]).

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis: cum vel si nutritus sim, cum vel si nutritus sis, cum vel si nutritus sit; numeri pluralis: cum vel si nutriti simus, cum vel si nutriti sitis, cum vel si nutriti sint.

Et ulteriore perfecta sive absoluta. Numeri singularis [56]): cum vel si nutritus fuerim, cum vel si nutritus fueris, cum vel si nutritus fuerit; numeri pluralis: cum vel si nutriti fuerimus, cum vel si nutriti fueritis, cum vel si nutriti fuerint.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis: cum vel si nutritus essem, cum vel si nutritus esses, cum vel si nutritus esset; numeri pluralis: cum vel si nutriti essemus, cum vel si nutriti essetis, cum vel si nutriti essent.

Et ulteriore plusquamperfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis [57]): cum vel si nutritus fuissem, cum vel si nutritus fuisses, cum vel si nutritus fuisset; numeri pluralis: cum vel si nutriti fuissemus, cum vel si nutriti fuissetis, cum vel si nutriti V. 311.
fuissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: cum vel si nutritus ero, cum vel si nutritus eris, cum vel si nutritus erit; numeri pluralis: cum vel si nutriti erimus, cum vel si nutriti eritis, cum vel si nutriti erint [58]).

Et ulteriore futuro. Numeri singularis [59]): cum vel si nutritus fuero,

---

51) plusquamperfecta . . . . singularis *V. A. P.* (*sed* sive recordativa) = *B.* 52) sive *B. V.* — vel *A.* 53) tempore praeterito *B. V.* — eodem tempore *A.* 54) nutrireris *V. A.* — nutrireres *B.* 55) nutriremur. . . . nutrirentur *V. A.* — nutrieremur, nutrieremini, nutrierentur *B.* τῷ e *ubique puncto notato.* 56) perfecta . . . . singularis *V. A.* = *B.* 57) plusquamperfecta . . . . singularis *V. A.* = *B.* 58) erint *sic B. V. A.* 59) et ulteriore . . . . singularis *V. A.* = *B.*

cum vel si nutritus fueris, cum vel si nutritus fuerit; numeri pluralis: cum vel si nutriti fuerimus, cum vel si nutriti fueritis, cum vel si nutriti fuerint.

790. Sane hoc monemus, quod generis passivi, sive deponentis, vel communis verba modum inpersonalem, vel gerundi, sive nomen, vel ap-
F. 46 r. col. a. pellationem * ad formam generis [60]) activi, sive neutralis, vel inchoativi, nec non et frequentativi reperiantur [61]) declinare.

791. Tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo [62]) passivo duo: praeteritum, nutritus; futurum, nutriendus.

792. Sane etiam [63]) hoc monemus, quod in hac tertia coniugatione producta, qua diximus indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis [64]), verba numeri singularis [65]) ·IO· litteris definiri, quod sint aliqua verba, quae in eodem modo specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa ex hac forma [66]) reperiantur declinari, ut puta: nutribam, lenibam [67]), polibam et cetera talia. Sed haec, quae vel quot sint verba, in sonis competenter [68]) tractabimus [69]).

Nunc [70]) etiam [71]) hoc monemus, quod ex tertia coniugatione producta non eo plurimi soni, hoc est, non eo [72]) plurima verba [73]) possint exhiberi.

793. Alia declinatio neutralis [74]) scilicet tertiae coniugationis productae. EO, verbum neutrale, indicativo sive pronuntiativo modo dictum, temporis praesentis sive instantis, numeri singularis, figurae simplicis, personae primae, coniugationis tertiae productae, quod declinabitur [75]) sic:

Modo indicativo sive pronuntiativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis: eo, is, it; numeri pluralis: imus, itis, eunt.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis: ibam, ibas, ibat; numeri pluralis: ibamus, ibatis, ibant.

Eodem modo, eodem tempore [76]), specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis: ivi, isti [77]), iit [78]); numeri pluralis: ivimus [79]), istis, ierunt vel iere.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta sive recorda-
V. 312. tiva vel exacta. Numeri singularis: iveram et ieram, iveras et ieras, iverat et ierat; numeri pluralis: iveramus et ieramus, iveratis et ieratis, iverant et ierant [80]).

---

60) generis *V. A.* = *B.* 61) reperiantur *A.* — reperiuntur *V. B.* 62) ab hoc verbo *A.* — a verbo *B. V.* 63) etiam *B. V.* = *A.* 64) sive instantis *B. V.* = *A.* 65) numeri singularis *B.* (*sed* nomeri) *V.* = *A.* 66) ex hac forma *A.* — hac forma *V.* — et hanc formam *B.* 67) lenibam *B. V. A.* — linibam *P.* 68) competenter *V. A.* = *B.* 69) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B. P.* 70) nunc *B. V.* — nam *A.* 71) etiam *B. V.* — et *A.* 72) non eo *V.* = *B. A.* 73) verba *V. A.* — nomina *B.* 74) declinatio neutralis *V. A.* — declinatione talis *B.* 75) declinabitur *B. V.* — declinatur *A.* 76) eodem tempore *B. V.* — tempore praeterito *A.* 77) isti *B. V.* — ivisti *A.* 78) iit *V.* — ivit *B. A.* 79) ivimus *B. A.* — ibimus *V.* 80) iveram . . . . et ierant *V. P.* *Formam* ieram = *A. et formam* iveram *in numero singulari* = *B., qui in plurali formam* ieramus *etc. bis ponit, littera* e *secundo loco puncto notata.*

Eodem modo, tempore futuro sive promissivo modo. Numeri singularis: ibo, ibis, ibit; numeri pluralis: ibimus, ibitis, ibunt.

Modo imperativo, tempore praesenti sive instanti ad secundam et tertiam personam tantum. Numeri singularis: i, eat; numeri pluralis: ite, eant.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: ito, ito; numeri pluralis: itote, iunto [81]).

Modo infinito sive perpetuo, numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti [82]): ire.

Eodem modo, tempore praeterito: isse [83]).

Eodem modo, tempore futuro: itum ire.

Modo optativo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis: utinam eam, utinam eas, utinam eat; numeri pluralis: utinam eamus, utinam eatis, utinam eant.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta [84]) sive minus quam perfecta vel [85]) inchoativa. Numeri singularis: utinam irem, utinam ires, utinam iret; numeri pluralis: utinam iremus, utinam iretis, utinam irent.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis: utinam iverim et ierim, utinam iveris et ieris, utinam iverit et ierit; numeri pluralis [86]): utinam iverimus et ierimus, utinam iveritis et ieritis, utinam iverint [87]) et ierint.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis: utinam issem, utinam isses, utinam isset; numeri pluralis: utinam issemus, utinam issetis, utinam issent.

Eodem modo tempore futuro. Numeri singularis: utinam eam, utinam eas, utinam eat; numeri pluralis: utinam eamus, utinam eatis, utinam eant.

Modo coniunctivo sive iunctivo, tempore praesenti sive instanti. Numeri singularis: cum vel si eam, cum vel si eas, cum vel si eat; numeri pluralis: cum vel si eamus, cum vel si eatis, cum vel si eant.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta [88]) sive minus quam perfecta vel inchoativa. Numeri singularis: cum vel si irem, cum vel si ires, cum vel si iret; numeri pluralis: cum vel si iremus, cum vel si iretis, cum vel si irent.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta. Numeri singularis: cum vel si iverim et ierim, cum vel si iveris [89]) et ieris, cum vel si iverit et ierit; numeri pluralis: * cum vel si iverimus et ierimus, cum vel si iveritis et ieritis, cum vel si iverint et ierint. col. b.

---

81) iunto *B. V.* — eunto *A.* 82) instanti *V. A.* — instanti numeri singularis *B.* 83) isse *B. A.* — ire *V.* 84) inperfecta *V. A.* — perfecta *B.* 85) vel *B. A.* — et *V.* 86) numeri pluralis *V. A.* — et plural. *B.* 87) iverimus — et ieritis — iverint *V.* = *B. A.* 88) inperfecta *V. A.* — perfecta *B.* 89) iveris *V. A.* iviris *B.*

Eodem modo, eodem tempore [90]), specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta. Numeri singularis: cum vel si issem, cum vel si isses, cum vel si isset; numeri pluralis: cum vel si issemus, cum vel si issetis, cum vel si issent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: cum vel si ivero et iero, cum vel si iveris et ieris, cum vel si iverit et ierit; numeri pluralis: cum vel si iverimus et ierimus, cum vel si iveritis et ieritis, cum vel si iverint et ierint.

Modo impersonali [91]), numeris et personis confusis, tempore praesenti sive instanti [92]): itur.

Eodem modo, tempore praeterito [93]), specie inperfecta [94]) sive minus quam perfecta vel inchoativa: ibatur.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta sive absoluta: itum est.

Et ulteriore perfecta [95]) sive absoluta [96]): itum fuit.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta sive recordativa vel exacta: itum erat.

Et ulteriore plusquamperfecta [97]) sive recordativa vel exacta [98]): itum fuerat.

Eodem modo, tempore futuro: ibitur.

Gerundi sunt haec: eundi, eundo, eundum, itum.

Tempora participiorum trahuntur a verbo [99]) neutrali duo: praesens, iens; futurum, iturus [100]).

Nomen, itor; appellatio, itio.

794. Declinatio participii praesentis temporis, quod venit a tertia coniugatione producta, quae [1]) indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis ex prima persona numeri singularis ·EO· litteris definitur [2]); ut puta, numeri singularis: hic iens, huius euntis [3]), huic eunti, hunc euntem, o iens, ab hoc eunte; numeri pluralis: hi euntes, horum euntium, his euntibus, hos euntes, o euntes [4]), ab his euntibus.

795. Nunc etiam [5]) hoc monemus, quod ex hac coniugatione plus quam triginta sex soni, hoc est, quam triginta sex verba [6]) exhiberi non possint [7]).

De tertia coniugatione producta, quae indicativo sive pronuntiativo modo temporis praesentis sive instantis [8]) ex prima persona numeri singularis ·EO· litteris definitur [9]), quantum ratio poscebat, tractavimus.

---

[90]) eodem tempore *B. V.* — tempore praeterito *A.* [91]) impersonali *V. A.* — impersonalis *B.* [92]) numeris . . . . instanti *B. V. P.* — tempore praesenti sive instanti, numeris et personis confusis *A.* [93]) tempore praeterito *B. V.* — eodem tempore *A* [94]) inperfecta *V. A.* — perfecta *B.* [95]) perfecta *V. A.* — perfecto *B.* [96]) sive absoluta *V.* = *B. A.* [97]) plusquamperfecta *V. A.* = *B.* [98]) sive recordativa vel exacta *V.* = *B. A.* [99]) a verbo *B. V.* — ab hoc verbo *A.* [100]) iturus *B. A.* — iturum *V.* [1]) quae *B. A.* = *V.* [2]) definitur *V. A.* — definiuntur *B.* [3]) euntis *V. A.* — eunti *B.* [4]) o euntes *B. A.* = *V.* [5]) etiam *B. P.* = *V. A.* [6]) hoc est quam triginta sex verba *V. A.* = *B.* [7]) exhiberi non possint *B.* — non possint exhiberi *V. A.* [8]) praesentis sive instantis *V. A.* = *B.* [9]) definitur *V. A.* — definiuntur *B.*

796. Sane hoc monemus, quod verba neutralia [10]), sive inchoativa, vel frequentativa secundum coniugationes suas ad formam activam sint declinanda; at vero verba [11]) deponentia, sive communia secundum coniugationes suas ad formam passivam sunt declinanda.

797. Nunc etiam [12]) hoc monemus, quod verba [13]) deponentia et communia modum inpersonalem et gerundi, nec non et nomen, vel [14]) appellationem, sicuti et passiva, ad formam activam reperiantur declinare [15]).

798. Futurum tempus modi indicativi sive promissivus [16]) modus duabus his formis terminatur [17]): ·AM· et ·BO·; sed a prima coniugatione [18]) et secunda vel tertia producta, quae indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis ·EO· litteris definitur [19]), in ·BO· syllabam exit [20]), ut puta: amas, amabo; doces, docebo; exis, exibo; at [21]) tertia correpta in ·AM·, ut puta: scribis, scribam [22]); tertia [23]) vero producta, quae indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri [24]) singularis ·IO· [25]) litteris [26]) definitur, ex utraque forma declinatur [27]), ut puta: nutris, nutriam et nutribo.

799. Futurum tempus modi inpersonalis duabus formis terminatur: ·BITUR· et ·ETUR· [28]). Sed a [29]) prima coniugatione et [30]) secunda vel [31]) tertia producta, quae indicativo sive pronuntiativo [32]) modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis ·EO· litteris definitur, ·BITUR· [33]) syllabis concluditur [34]), ut puta: amas, amabitur; doces, docebitur; exis, exibitur. A [35]) tertia correpta ·ETUR· [36]) litteris definitur, ut puta: scribis, scribetur [37]). A [38]) tertia vero producta, quae indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis ·IO· litteris definitur, ex utraque forma declinatur [39]), ut puta: nutris [40]), nutrietur et [41]) nutribitur.

800. * Appellationes verborum duabus his formis definiuntur: ·A· et ·OR· [42]), ut puta: lectura, scriptor [43]). F. 46. v. col. a.

801. Nunc quando hae appellationes in ·OR· [44]) et quando in ·A· litteram exeunt, hoc [45]) in sonis competenter tractabimus [46]).

---

10) neutralia *B. V. P.* — neutrali *A.* 11) verba *B. V. P.* = *A.* 12) etiam *B. V. P.* — et *A.* 13) verba *V. A.* — verda *B.* 14) vel *B. V. P.* — et *A.* 15) declinare *B. V. A.* — declinari *P.* 16) promissivus *B. A.* — permissivus *V.* 17) terminatur *V. A.* — terminantur *B.* 18) coniugatione *V. A.* — coniugagatione *B.* 19) definitur *B. V. P.* — definiuntur *A.* 20) exit — exeunt *B. V. A.* 21) at — aat *B.* — a *V. A.* 22) scribam *V. A.* — scriboam *B.* 23) Tertia *B.* — a tertia *V.* 24) tertia vero . . . . persona numeri *B. V.* = *A.* 25) ·IO· *B.* — ·EO· *V. A.* 26) litteris *V. A.* — littera *B.* 27) declinatur *V. A.* — declinantur *B.* 28) ·BITUR· et ·ETUR· *B.* — ·ETUR· et ·BITUR· *V. A.* 29) a *V.* = *B. A.* 30) et *B. V. A.* — vel *P.* 31) vel *B. V. P.* — et *A.* 32) sive pronuntiativo *V. A.* = *B.* 33) ·BITUR· *B. A.* — ·BITUS· *V.* 34) concluditur *A.* — concluduntur *B. V.* 35) a *V. A.* — at *B.* 36) ·ETUR· *B. V. A.* — ·TUR· *P.* 37) scribetur *B. V. A.* — scribitur *P.* 38) a *V. A.* — at *B.* 39) declinatur *B. V. P.* — declinabitur *A.* 40) nutris *B. A.* — nutri *V.* 41) et *B. A.* = *V. P.* 42) ·A· et ·OR· *B.* — ·A· et ·O *V. A.* — ·A· ·O· *P.* 43) lectura, scriptor *B. A.* — lectio, scriptura *V.* 44) ·OR· *B.* — ·O· *V. A.* 45) hoc *B. V.* — haec *A.* 46) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B. P.*

802. A deponenti verbo [47]) tempora participiorum trahuntur tria, et his formis definiuntur, ut puta: praesens, luctans; praeteritum, luctatus; futurum, luctandus [48]).

803. A communi verbo tempora participiorum trahuntur [49]) tria [50]), et his formis definiuntur, ut puta: praesens, osculans, praeteritum osculatus, futurum osculaturus et osculandus [51]).

804. Sane hoc monemus, quod secundae et tertiarum [52]) coniugationum verba per [53]) species perfectas et res, quas regunt species perfectae [54]), variis formis definiantur [55]), hoc est, ut [56]) in isdem speciebus vel quibus rebus reguntur eaedem [57]) species catholicam disciplinam retinere non reperiantur, et ideo quae [58]) res quam rem regat vel qua regatur subicimus [59]).

805. Modus indicativus sive pronuntiativus temporis praesentis sive instantis, et [60]) futurum [61]) vel promissivus modus, et modus imperativus cuiuslibet temporis, et [62]) modus infinitus sive perpetuus praesentis temporis [63]) sive [64]) instantis, et modus optativus praesentis temporis [65]) sive instantis [66]) et futuri, et modus coniunctivus [67]) sive iunctivus [68]) praesentis temporis sive instantis, et modus inpersonalis praesentis temporis sive instantis et futuri, et gerundi tria, quae sunt superiora, et participia praesentis temporis sive futuri, quae ·DUS· syllaba terminantur, et species inperfectae [69]) sive minus quam perfectae [70]) vel inchoativae [71]) a qualibet [72]) qualitate verbi ad suam formam redigi reperiuntur.

806. Species inperfectae [73]) sive minus [74]) quam perfectae modi indicativi sive pronuntiativi et optativi et coniunctivi sive iunctivi, vel futurum tempus modi coniunctivi sive iunctivi, et praeteritum tempus modi infiniti [75]) ab activa, neutrali et frequentativa qualitate scilicet (quoniam [76]) inchoativa has res facere prohibetur) ad suam formam redigi [77]) reperiuntur.

807. Nunc [78]) in hac forma hoc monemus, quod hoc unum verbum admissum sit imperativo modo tempore futuro propter sonorum rationem [79]) declinari, id est, memento. Sed hoc verbum [80]), qua de causa

---

47) verbo *V. A.* — vero *B.* 48) luctandus *B.* — luctaturus *V. A.* 49) trahuntur *B. V. P.* = *A.* 50) tria *B. V.* — III *P.* — IIII *A.* 51) et osculandus *B. A.* = *V.* 52) tertiarum *B. A.* — tertiae *V. P.* 53) per *V.* = *B. A.* 54) quas regunt species perfectae *B. V. P.* — quae regunt species perfectas *A.* 55) definiantur *B. P.* — definiuntur *V. A.* 56) ut *B. V. A.* = *P.* 57) eaedem *V.* — eae *P.* — eadem *B. A.* 58) quae *B. V. P.* = *A.* 59) subicimus *B. V. P.* — subiiciemus *A.* 60) et *B. V. P.* = *A.* 61) futurum *A.* — futurus *B. V. P.* 62) et modus . . . . temporis et *B. V. P.* = *A.* 63) temporis *B. V.* = *A.* 64) sive *B. A.* — vel *V. P.* 65) et modus . . . . temporis *B. V. P.* = *A.* 66) sive instantis *V. A.* = *B.* 67) modus coniunctivus *B. V. P.* — modis coniunctibus *A.* 68) iunctivus *B. V. P.* — iunctibus *A.* 69) inperfectae *B. V. A.* — inperfecta *P.* 70) perfectae *B. V. A.* — perfecta *P.* 71) inchoativae *B. V. A.* — inchoativa *P.* 72) qualibet *B. V. P.* = *A.* 73) inperfectae *B.* — perfectae *V. A.* 74) minus *B.* — plus *V. A.* 75) modi infiniti *V. A.* — modinfiniti *B* 76) quoniam *B.* — quia *V. A.* 77) formam redigi *V. A.* — forma redegi *B.* 78) nunc *B. V.* = *A.* 79) rationem *V. A.* — ratione *B.* 80) verbum *V. A.* — verbo *B.*

in supradicto modo propter sonos admissum sit declinari, hoc in sonis competenter tractabimus [81]).

808. Species perfectae [82]) et plusquamperfectae [83]) modi inpersonalis et gerundi novissimum sive participium praeteriti temporis vel futuri, * quod in ·RUS· syllabam exit, nec non et [84]) nomen et appellatio, et col. b. tempus praeteritum [85]) et futurum modi infiniti sive perpetui, vel species perfectae sive futurum tempus modi coniunctivi a qualitate passiva et [86]) deponenti vel communi ad suam formam redigi reperiuntur.

809. Nunc in hac forma hoc monemus, quod hoc unum participium reperitur, id est, moriturus, quod propter sonorum rationem [87]) a supradicta forma inveniatur discrepare. Nunc [88]) qua de causa supradictum participium a supradicta forma inveniatur discrepare, hoc in sonis competenter tractabimus [89]).

810. [90]) Quaeritur portitor [91]) et cantor et cetera talia, qua de causa a verbis non venire [92]) reperiantur; hac de causa, quoniam omnia verba ex gerundi novissimo ultimam syllabam in ·TOR· syllabam convertunt et nomen suae qualitatis ostendunt, ut puta: calcatum [93]), calcator. Sic utique et [94]) portatum, portator; et cantatum [95]), cantator facere debeat [96]). Et ideo portitor [97]) et cantor suae positionis [98]) nomina, non a verbis venientia, sunt pronuntianda.

811. Quaeritur lavatio [99]) et cetera talia, qua de causa, a verbis non venire reperiantur [100]); hac de causa, quoniam omnia verba ex gerundi novissimo ·UM· litteras omittunt, et ·URA· vel ·IO· [1]) litteras accipiunt, et appellationem suae qualitatis ostendunt, ut puta: scriptum, scriptura; lectum, lectio. Sic utique et lotum, lotura facere debeat. Et ideo lavatio [2]) suae positionis est [3]) nomen, non a verbo veniens appellatio.

812. Sane quaeritur, quando appellationes [4]) ·A· littera et quando ·O· littera definiantur [5]); quare hoc monemus, quod hoc in sonis competenter tractare debemus [6]).

---

81) tractabimus *V. A.* — trac. *B.* — tractavimus *P.* 82) species perfectae *B.* — species perfecta *A.* — specie perfecta *V.* 83) perfectae *B.* — perfecta *V. A.* 84) et *V.* = *B. A.* 85) tempus praeteritum *B. V.* — praeteritum tempus *A.* 86) et *B.* — vel *V. A.* 87) rationem *V. A.* — partionem *B.* 88) nunc *B. V.* — nam *A.* 89) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B.* 90) *V. addit titulum:* Quaestiones variae 91) portitor *B. V. A.* — portator *P.* 92) non venire *B. V.* — venire non *A.* 93) calcatum *V. A.* — calatum *B.* 94) et *B. V.* = *A.* 95) cantatum *V. A.* — cantor *B.* 96) facere debeat *B. P.* — facere debeant *V.* = *A.* 97) portit r *B. V. A.* — portator *P.* 98) sive positionis *V. A.* — sua positione *B. a pr. et tert. man.* — sua positionis *B. ex em. sec. man.* 99) lavatio *B. V.* — labatio *A.* 100) reperiantur *B. A.* — reperiuntur *V.* 1) ·IO· *B. A.* — ·O· *V.* 2) lavatio *B. V. A.* — lavatio est *P.* 3) est *B. V.* = *A. P.* 4) appellationes *V. A.* — appellationis *B.* 5) definiantur *B. V. A.* — definiuntur *P.* 6) debemus *B.* — debeamus *A.* — debebimus *V.*

813. Quaeritur, qua de causa Terentius [a]) peri et [7]) non perii [8]) pronuntiavit; hac de causa, quoniam verba modi indicativi in [9]) specie perfecta ex secunda persona numeri [10]) singularis ·STI· litteras omittunt et primam personam speciei suae [11]) eiusdem numeri ostendunt, ut puta: peristi, peri.

814. Item quaeritur, qua de causa Cicero [12]) perii [13]) pronuntiarit [14]); hac de causa, quoniam verba modi indicativi specie perfecta ex prima persona numeri pluralis ·MUS· syllabam omittunt et eandem [15]) personam numeri singularis ostendunt, ut puta: periimus, perii [16]) [b]). Nunc quae sint verba, quae ex utraque ratione [17]) consistere possunt, hoc in sonis competenter tractabimus [18]).

F. 47. r. col. a. 815. *Quaeritur, qua de causa nolens et non nollens dicatur [19]); hac de causa, quoniam omnia verba indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis ·O· ultimum in ·ENS· litteras convertunt et participium praesentis temporis ostendunt, ut puta: scribo [20]), scribens. Sic utique [21]) et nolo, nolens, non nollens [22]) facere pronuntiatur.

816. Quaeritur, qua de causa calcavi et non calcai dicatur; hac de causa, quoniam omnia verba primae coniugationis in [23]) specie perfecta [24]) ex secunda persona numeri singularis ·STI· [25]) litteras omittunt et primam personam numeri singularis suae speciei [26]) efficiunt, aut secundam personam numeri singularis modi imperativi [27]) ostendunt, ut puta: calcavisti, calcavi; calcasti, calca [28]). Et ideo calcai barbarismus [29]) esse pronuntiatur.

817. Quaeritur, qua de causa nutriunt et non nutrint dicatur; hac de causa, quoniam omnia verba tertiae coniugationis modo indicativo tempore praesenti [30]) ex prima persona numeri singularis ·O· ultimum

---

7) peri et *B. V.* — periet *A.* 8) perii *B. V. A.* — pcriet *P.* 9) in *B. V. A.* = *P.* 10) numeri *V. A.* — nomeri *B.* 11) suae *A.* = *B. V.* 12) Cicero *V. B. ex em. pr. m.* — Cecero *B. a pr. m.* = *A.* 13) perii *B V.* — petii *A.* 14) pronuntiarit *B. V.* — pronuntiavit *A.* 15) eandem *B. V.* — eamdem *A.* 16) periimus, perii *V.* — perimus, peri *B.* — perimus, perii *A.* 17) quae ex utraque ratione *B.* — qua extra qua ratione *V.* (quae extra hanc rationem *edidit Illustr. Mai*) — quae ex qua ratione *A.* — quae extra qua ratione *P.* 18) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B P.* 19) dicatur *B. V. P.* — pronuntietur *A.* 20) scribo *B. V. P.* = *A.* 21) sic utique *B. V.* — sicuti *A.* 22) non nollens *B. V. P.* = *A.* 23) in *B.* = *V. A.* 24) specie perfecta *B. V.* — speciei perfectae *A.* 25) STI· *B. V.* — ·AS· *A.* 26) suae speciei *B. V.* — speciei suae *A.* 27) modi imperativi *V.* — modo imperativi *A.* — modi indicativi *B.* 28) calca *B. A.* — caleas *V.* 29) barbarismus *V. A.* — barbarismum *B.* 30) tempore praesenti *B.* — temporis praesentis *V. A.*

a) Terent. Eunuch. IV. 6. 32. b) Hunc locum indicat Pierius Castigatt. Virgilian. p. 9. ed. R. Stephani 1529: „Probus ait amasse Marcum Tullium primam personam a verbo *pereo perii* duplicato ·I· pronuntiare, quoniam verba modi indicativi specie perfecta ex prima persona numeri pluralis ·MUS· syllabam amittaut, et ita eandem personam numeri singularis ostendant, ut puta *periimus*, *perii*.

omittunt et ·UNT· litteras accipiunt et tertiam personam numeri pluralis ostendunt.

818. Quaeritur, qua de causa coquo et non coco dicatur; hac de causa, quoniam quaecumque nomina generis masculini in quolibet casu, si in [31]) ultima syllaba ·Q· litteram habent constitutam et ex sua specie verba facere possunt [32]), haec [33]) ex nominativo casu numeri pluralis ultimam litteram in ·O· convertunt, et indicativo modo temporis praesentis primam personam numeri singularis ostendunt. Nunc cum dicat Terentius — coqui fartores [34]) [a]) — et cetera, utique iam coquo non [35]) coco facere pronuntiavit [36]).

819. Quaeritur, qua de causa Vergilius [37]) fugite [38]) [b]) correpte pronuntiarit; hac de causa, quoniam omnia verba tertiae coniugationis correptae modo imperativo temporis praesentis secundam personam numeri pluralis corripiunt [39]).

820. Quaeritur, qua de causa Vergilius [40]) potitur [c]) correpte [41]) pronuntiarit [42]); quia quaecumque verba modo indicativo [43]) temporis praesentis [44]) in secunda persona numeri singularis producto accentu pronuntiantur, haec et in tertia persona eiusdem numeri eodem accentu pronuntiantur [45]). * Sed quia haec ratio sonorum est, haec [46]) in sonis competenter tractabimus [47]). col.b.

821. Quaeritur, qua de causa ridere producto accentu pronuntietur; hac de causa, quoniam omnia verba secundae coniugationis praesens tempus [48]) modi infiniti, et species imperfectas [49]) modi optativi et coniunctivi [50]) necesse est ut producant [51]).

822. Quaeritur, qua de causa infinito modo suggerere [52]) et inserere dicatur; hac de causa, quoniam verba activa sive neutralia imperativo modo temporis praesentis in secunda persona numeri singularis ·RE· [53]) syllabam accipiunt et infinitum modum temporis praesentis suae [54]) qualitatis ostendunt. Nunc cum dicat Vergilius [55]) imperative modo — Sug-

---

[31]) si in *V.* — in *P.* (= si) = *B. A.* [32]) possunt *B. V. P.* — possint *A.* [33]) haec *B. V. P.* = *A.* [34]) fartores *V. A. B. a pr. m.* — farctores *B. ex corr. sec. man.* — fautores *P.* [35]) non *B. V. P.* — et non *A.* [36]) pronuntiavit *V. P. B. ex em. pr. m.* — pronuntiatur *A. B. a pr. m.* [37]) Vergilius *B. V. P.* = *A.* [38]) fugite *B. A.* — fugit *V.* [39]) Quaeritur . . . . corripiunt *B. V. A.* = *P.* [40]) Vergilius *B. V.* — Virgilius *P.* = *A.* [41]) correpte *V. A.* — correptae *B.* [42]) pronuntiarit *B. V.* — pronuntiavit *A.* [43]) modo indicativo *B. V.* — pronuntiativo sive indicativo modo *A.* [44]) praesentis *B. V.* — praesentis sive instantis *A.* [45]) haec et . . . . pronuntiantur *B. V. P.* (*sed* = et) = *A.* [46]) haec *B. A.* — hoc *V.* [47]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B. P.* [48]) praesens tempus *B. P.* — praesenti tempore *V.* — scilicet praesens tempus *A.* [49]) species imperfectas *B.* — specie imperfecta *V. A.* — specie imperfectae *P.* [50]) et coniunctivi *V. A.* = *B.* [51]) producant *B.* — producantur *V. A.* [52]) suggerere *B. A.* — suggere *V.* [53]) ·RE· *B. V. A.* — ·RES· *P.* [54]) suae — sive *B. V. A.* [55]) Vergilius *B. V.* — Virgilius *P.* = *A.*

a) Terent. Eunuch. II. 2, 26. *b*) Virg. Aen. III. 639. et VII. 202. *c*) Virg. Aen. III. 66.

gere tela[56] **mihi**[a] — et — **Insere nunc, Meliboee**[57], **piros**[b] — utique iam infinito[58] modo temporis praesentis **suggerere** et **inserere** facere[59] pronuntiavit.

823. Quaeritur, qua de causa **probunto**[60] et non[61] **probabunto** facere videatur; hac de causa, quoniam modus indicativus temporis praesentis[62] a qualibet qualitate ex prima[63] persona numeri singularis ·O·[64] ultimum omittit et ·UNTO·[65] litteras accipit[66] et futurum tempus modi imperativi tertiae personae numeri pluralis ostendit.

824. Quaeritur, qua de causa **secui** et non **sequi** dicatur; hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo temporis praesentis in prima persona numeri singularis ante ·O· ultimum ·C·[67] litteram habent constitutam, haec in eodem modo specie perfecta ex prima persona numeri singularis numquam ·QUI· syllaba definiuntur.

825. Quaeritur, qua de causa **acui** et non **aqui** dicatur; hac de causa, quoniam quaecumque verba modi indicativi[68] temporis praesentis ·UO· litteris[69] discretis definiuntur, haec in eodem modo specie perfecta ex prima persona numeri singularis numquam ·QUI· syllaba terminantur[70].

826. Quaeritur, qua de causa **ungi** et non **ungeri**[71] facere reperiatur; hac de causa, quoniam quaecumque generis passivi, **vel** deponentis, vel communis[72] verba tertiae coniugationis correptae esse reperiuntur, haec indicativo modo temporis praesentis ex[73] secunda persona numeri singularis ultimam syllabam omittunt et ·E· sequentem in ·I· litteram convertunt et modum infinitum[74] temporis praesentis[75] ostendunt. Et ideo **ungeris**[76] **ungi**, non **ungeri**[77] facere pronuntiatur.

827. Item alia probatio, qua **ungi**, non **ungeri** facere reperiatur;
F. 47. v col. a. * hac de causa, quoniam quaecumque verba tertiae coniugationis correptae imperativo modo temporis praesentis ex secunda persona numeri singularis ·E· littera scilicet correpta terminantur, haec eandem ·E· litteram in ·I· convertunt[78] et infinitum modum temporis praesentis in modo passivo ostendunt. Et ideo **unge**[79] **ungi**, non **ungeri** facere pronuntiatur[80].

828. [81] Quaeritur, qua de causa **ungo** et non **ungeo** facere reperia-

---

[56]) tela *V. A.* — te. *B.* [57]) Meliboee *B. V.* — Moeliboeae *A.* — Melibaee *P.* [58]) infinito *B. V.* — infinitivo *A.* [59]) facere *B. V. P.* = *A.* [60]) probunto *B. V.* — probanto *A.* [61]) non *B. V. P.* = *A.* [62]) temporis praesentis *V. A.* — tempore praesentis *B.* [63]) qualitate ex prima *B. V. P.* = *A.* [64]) ·O· *B. A.* — ·E· *V.* [65]) ·UNTO· *B. V.* — ·ANTO· *A.* [66]) accipit *V. A.* — accepit *B.* [67]) ·C· *V.* — ·E· *B.* — ·O· *A.* [68]) modi indicativi *B. A.* — modo indicativo *V.* [69]) litteris *V. A.* — litteri *B.* [70]) terminantur *B. V.* — terminatur *A.* [71]) ungeri *B. V. P.* — ungere *A.* [72]) vel deponentis vel communis *B.* — communis sive deponentis *A.* — sive deponentis vel communis *V.* [73]) ex *B. V.* — et *A.* [74]) infinitum *B. V. P.* — futurum *A.* [75]) praesentis *B. V. A.* — praesentis in modo passivo *P.* [76]) ungeris *B. V. A.* = *P.* [77]) non ungeri *B. V. P.* = *A.* [78]) convertunt *V. A.* — convertitur *B.* [79]) unge *B. V.* = *A.* [80]) pronuntiatur *B. A.* — pronuntiantur *V.* [81]) *Totus § cum quatuor sequentibus* § 821 — 825 *in Codd. A. et P. deest.*

a) Virg. Aen. X. 333. *b*) Virg. Eclog. I. 74.

tur; hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo temporis praesentis ex tertia persona numeri pluralis ·UNT· litteris post consonantem concluduntur, haec in eodem indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis ·O· littera [82]) post consonantem definiuntur, ut puta scribunt, scribo. Nunc cum dicat Vergilius — lavant [83]) frigentis [84]) et ungunt [a]) — utique iam ungo non ungeo [85]) facere pronuntiavit.

829. Item et alia probatio, qua ungo, non ungeo facere pronuntiatur; scilicet quoniam quaecumque verba modi infiniti [86]) temporis praesentis corripiuntur [87]), haec indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis numquam ·EO· litteris definiuntur. Nunc cum dicat Vergilius — Ungere [88]) tela manu [b]) — utique iam ungo, non ungeo facere pronuntiatur.

830. Quaeritur, qua de causa adeo, et non adio dicatur; hac de causa, quoniam quaecumque verba modi indicativi, temporis praesentis ex tertia persona numeri [89]) singularis ·EUNT· litteris concluduntur, haec in eodem indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis ·EO· litteris definiuntur, ut puta: eunt, eo. Nunc cum dicat Vergilius — delubra adeunt [c]) — utique iam adeo, non adio facere pronuntiavit.

831. Quaeritur, qua de causa prandi et non prandidi dicatur; hac de causa, quoniam secundae coniugationis verba in specie perfecta, et per v. 319.
quas res regit species perfecta, prohibetur geminare ·DI· syllabam. Et ideo prandi, et [90]) non prandidi facere pronuntiatur.

832. Quaeritur, qua de causa redibam, et non rediebam facere reperiatur; hac de causa, quoniam quaecumque verba indicativo modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis .EO· litteris definiuntur, haec in eodem modo temporis praeteriti specie inperfecta ante ultimam syllabam numquam ·E· litteram habent constitutam, ut puta: eo, ibam. Nunc cum dicat Salustius * — ad inceptum redeo [d]) — utique iam re- col. b.
dibam, non rediebam facere pronuntiatur.

833. Quaeritur, qua de causa obrui, et non obrivi aut obrii facere pronuntiatur [91]); hac de causa, quoniam quaecumque verba modi indicativi temporis praesentis ex prima persona numeri singularis ·UO· litteris discretis definiuntur, haec in eodem modo specie perfecta numquam ·I· littera geminata aut ·VI· syllaba concluduntur [92]). Et ideo obrui, non obrivi aut obrii facere pronuntiatur.

834. Quaeritur, qua de causa fode, et non fodi dicatur; hac de causa, quoniam quaecumque tertiae coniugationis correptae verba infinito [93]) mo-

---

82) littera *V.* — litteram *B.* 83) lavant *V.* — labant *B.* 84) frigentis, *sic B. V.* 85) ungeo *V. B. ex em. pr. m.* — ungueo *B. a pr. m.* 86) modi infiniti *B.* — modo infinito *V.* 87) corripiuntur *V.* — corripiunt *P.* 88) ungere *V. B. ex em. pr. m.* — unguere *B. a pr. m.* 89) numeri *V.* — nomeri *B.* 90) et *B.* = *V.* 91) pronuntiatur *B.* — reperiatur *V.* 92) concluduntur *V.* — concludunt *A.* 93) infinito *B. V.* — in infinito A.

a) Virg. Aen. VI. 219. *b*) Virg. Aen. IX. 773. *c*) Virg. Aen. IV. 56. *d*) Sallust. Iugurth. 4, 46.

do temporis praesentis aut [94]) optativi aut coniunctivi in [95]) specie inperfecta ex qualibet persona numeri singularis ultimam syllabam omittunt, et imperativi modi [96]) secundam personam numeri singularis ostendunt ut puta scribere, utinam [97]) scriberem, cum scriberem, scribe [98]). Nunc cum dicat Vergilius — foderet [99]) calcaribus armos [a]) — utique iam imperativo modo fode, non [100]) fodi facere [1]) pronuntiavit.

835. Quaeritur, qua de causa traho, et non trao dicatur; hac de causa, quoniam verba tertiae coniugationis correptae indicativo [2]) modo temporis praesentis ex prima persona numeri singularis prohibentur [3]) ·AO· litteris definiri.

836. Quaeritur, qua de causa adno, et non annao [4]) dicatur; hac de causa, quoniam verba primae coniugationis indicativo modo specie inperfecta [5]) ex tertia persona numeri [6]) pluralis ultimam syllabam omittunt, et ·A· sequentem in ·O· litteram [7]) convertunt, et primam personam numeri singularis modi supradicti ostendunt, ut puta probabant [8]), probo. Nunc cum dicat Vergilius — adnabant pariter [b]) — utique iam adno, non annao [9]) facere pronuntiavit [10]).

837. Quaeritur, qua de causa veho, et non veo dicatur; hac de causa, quoniam verba tertiae coniugationis correptae indicativo modo temporis
V. 320. praesentis ex prima persona numeri singularis prohibentur ·EO· litteris definiri.

838. Quaeritur, qua de causa fugere, et non fugire dicatur; hac de causa, quoniam quaecumque verba imperativo [11]) modo temporis praesentis ex secunda persona numeri singularis ·E· littera terminantur, haec in eadem
F. 48 r. col. 1. persona ·RE· syllabam accipiunt, * et infinitum modum temporis praesentis suae [12]) qualitatis ostendunt, ut puta scribe scribere. Nunc cum dicat Vergilius — fuge litus avarum [c]) — utique iam infinito [13]) modo fugere, non fugire facere [14]) pronuntiavit [15]).

839. Quaeritur, qua de causa sensum ire, et non sentitum ire dicatur; hac de causa, quoniam gerundi novissimum ·IRE· litteras accipit, et infiniti modi futurum tempus ostendit [16]).

840. Quaeritur, qua de causa ferveo [17]), et non fervo [18]) dicatur;

---

94) aut *B.* — vel *V. A.* 95) in *B.* — et *A.* — ex *V.* 96) modi *V. A.* = *B.* 97) utinam *B. V. P.* = *A.* 98) scribe *B. V. P.* = *A.* 99) foderet *V.* — foderetque *B. A.* 100) non *B. V.* — et non *A.* 1) facere *B. V. P.* = *A.* 2) indicativo *B. V.* — in indicativo *A.* 3) prohibentur *B. V.* — prohibetur *A.* 4) annao *B.* — aduao *V. A.* 5) specie imperfecta *B. V.* — speciei imperfectae *A.* 6) numeri *V.* — nomeri *B.* 7) litteram *V. A.* — littera *B.* 8) probabant *V. A.* — probant *B.* 9) non annao *B.* — non adnao *V.* — et non adnao *A.* 10) pronuntiavit *B. V. P.* — pronuntiatur *A.* 11) imperativo *V. A.* — imo *B.* 12) suae *B. V.* — sive *A.* 13) infinito *B. V.* — infinitivo *A.* 14) facere *B. V.* = *A.* 15) pronuntiavit *B.* — pronuntiatur *V. A.* 16) ostendit *V. A. B. ex em. pr. m.* — ostendunt *B. a pr. m.* 17) ferveo *B.* — ferbeo *V. A.* 18) fervo — vervo *B.* — ferveo *V. A.*

a) Virg. Aen. VI. 882. b) Procul dubio innuit locum Virg. Aen. X. 222., ubi nunc legitur *innabant pariter.* c) Virg. Aen. III. 44.

hac de causa, quoniam quaecumque verba modo indicativo sive pronuntiativo [19]) specie perfecta ·UI· litteris discretis definiuntur, haec numquam [20]) in eodem modo temporis praesentis [21]) ex prima persona numeri singularis ante ·O· ultimum ·VE· syllabam habent constitutam. Nunc cum et hoc verbum ferbui [22]) facere reperiatur [23]) et ideo ferveo [24]), non fervo [25]) facere pronuntiatur [26]).

841. Quaeritur, qua de causa serpo, et non serpio dicatur; hac de causa, quoniam quaecumque verba ab illis participiis venire reperiuntur, quae nominativo casu numeri singularis ·ENS· litteris post consonantem concluduntur, haec modo indicativo temporis praesentis [27]) numeri singularis numquam [28]) ·IO· litteris definiuntur. Nunc cum dicat Cicero [29]) — et obscure serpens [a]) — utique iam serpo, non serpio facere pronuntiatur.

842. Quaeritur, qua de causa serpebam [30]), et non serpiebam [31]) dicatur; hac de causa, quoniam quaecumque [32]) verba modo indicativo temporis praesentis in prima persona numeri singularis ante ·O· ultimum ·I· litteram [33]) non [34]) habent oppositam, haec in specie inperfecta [35]) ante ·E·, quae est prope ultimam syllabam, numquam [36]) ·I· litteram habent constitutam.

843. Item alia probatio, quare [37]) serpebam, non serpiebam [38]) facere pronuntiatur; scilicet quoniam praesentis temporis [39]) participium ·NS· [40]) ultimas [41]) litteras omittit [42]), et ·BAM· syllabam accipit, et speciem inperfectam [43]) modi indicativi ostendit, ut puta [44]) scribens scribebam. Sic utique et serpens serpebam [45]), et [46]) non serpiebam facere pronuntiatur.

844. Sunt verba, quae a positione [47]) sua in compositione immutent [48]) litteras, ut puta teneo detineo, lego eligo, quaero inquiro et cetera talia. Sed [49]) haec quae vel quot [50]) sint verba, quae a positione sua in compositione inmutent [51]) litteras, * hoc [52]) in sonis competenter tractabimus [53]). V. 321. col. b.

---

[19]) sive pronuntiativo *A.* = *B. V.* [20]) numquam *B. V.* — nunquam *A.* [21]) temporis praesentis *B.* — tempore praesenti *V. A.* [22]) ferbui *V. A. B.* ·I· *litteram inter* ·R· *et* ·B· *superscriptam habuit, iterum deletam.* [23]) reperiatur *B. V. A.* — pronuntiatur *P.* [24]) ferveo *B.* — ferbeo *V. A.* [25]) fervo *B.* — ferveo *V. A.* [26]) pronuntiatur *B. V.* — reperiuntur *A.* [27]) temporis praesentis *B. A.* — tempore praesenti *V.* [28]) numquam *B. V.* — nunquam *A.* [29]) Cicero *B. V. P.* = *A.* [30]) serpebam *B. V.* — serpens *A.* [31]) serpiebam *B. V. P.* — serpiens *A.* [32]) quaecumque *B. V.* — quaecunque *A.* [33]) litteram *V. A.* — littera *B.* [34]) non *B. V.* = *A.* [35]) inperfecta *B. V.* — imperfecta *A.* [36]) numquam *B. V.* — nunquam *A.* [37]) quare — quere *B.* — qua *V. A.* [38]) non serpiebam *B.* = *V. A.* [39]) praesentis temporis *B. V.* — praesentis temporis praesentis *A.* [40]) ·NS· *B.* — ·N· et ·S· *V. A.* [41]) ultimas *B. V. P.* = *A.* [42]) omittit *B. V.* — omittunt *A.* [43]) inperfectam *B. V.* — imperfectam *A.* [44]) ut puta *V. A.* = *B.* [45]) serpebam *V. A. B. ex em. pr. m.* — serpebant *B. a pr. m.* [46]) et *V. A.* = *B.* [47]) a *B. V.* — in *A.* [48]) immutent *B. P.* — immutant *V.* — mutent *A.* [49]) sed *V. A.* — se *B.* [50]) quot *V. A.* — quo *B.* [51]) inmutent *B. V.* — mutent *A.* mutant *P.* [52]) hoc *B. V. P.* — haec *A.* [53]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B. P.*

a) Cic. IV. Catil. 3.

845. Sunt verba communis temporis, ut puta vertit, bibit, ruit et cetera talia.

846. Sunt verba communis numeri, ut puta amari, scribitur, sedebatur et cetera talia [54]).

847. Sunt verba quae, cum in [55]) aliis modis sint dissimilia, attamen species perfectas, et res, quas regunt species perfectae, similes habeant [56]), ut puta [57]): luceo, lugeo, luxi; cerno, cresco, crevi; polleo, polluo, pollui et cetera talia [58]).

848. Sunt verba, quae in [59]) prima persona similes sonos habeant, in secunda vero dissimiles [60]) significationes ostendant, ut puta [61]): mando, mandas; mando, mandis; fundo, fundas; fundo, fundis; sero, seras [a]); sero, seris et cetera talia [62]).

849. Sunt verba figurata vel translata [63]), ut apud [64]) Vergilium — est flamma medullas Interea [b]), et [65]) significat edit [66]), id est, consumit [67]). Item apud [68]) Ciceronem [69]) — quis ut volet accipiat [c]) — et significat ut [70]) voluerit. Item apud [71]) Vergilium — De grege non ausim quicquam deponere tecum [d]) — et significat non audeam. Sic [72]) et cetera talia.

850. Sunt verba, quae tertiam personam retineant [73]) tantum, ut puta pudet, taedet [74]), oportet, poenitet [75]), decet, licet, piget [76]) et cetera talia. Sed haec, quae vel quot sint verba, quae tertiam personam contineant tantum, vel quas res facere non [77]) possint, hoc in sonis competenter tractabimus [78]).

851. Sunt verba, quae imperativo modo temporis praesentis in secunda persona numeri [79]) singularis propter sonos et [80]) sic permissa sint declinari [81]), ut puta: fac, dic, duc, luc [82]). Sic et cetera talia et cum [83]) compositione sua propter certos sonos et sic permissa sunt [84]) declinari.

852. Sunt verba, quae veluti [85]) similitudinem eorundem [86]) verborum habeant [87]), quae diximus imperativo modo temporis praesentis in secunda

---

[54]) sunt verba . . . . talia *B.* (*sed* nomeri) = *V. A.* [55]) in *B. V.* = *A.* [56]) habeant *V. A.* — habent *B.* [57]) ut puta *V. A.* = *B.* [58]) et cetera talia *V. A.* = *B.* [59]) in *B. V.* = *A.* [60]) dissimiles *V. A.* — disimiles *B.* [61]) ostendant, ut puta *B. V.* = *A.* [62]) et cetera talia *B. V.* = *A.* [63]) translata *B.* — translativa *V. A.* [64]) apud *V. A.* — aput *B.* [65]) et *B. V.* = *A.* [66]) edit *B.* — edet *V. P.* — edetur *A.* [67]) consumit *B. V. P.* — consumitur *A.* [68]) apud *V. A.* — aput *B.* [69]) Ciceronem *B. V. P.* = *A.* [70]) ut *B. V. P.* = *A.* [71]) apud *V. A.* — aput *B.* [72]) sic *B. V.* = *A.* [73]) retineant *V. A.* — reteneant *B.* [74]) taedet *V. A.* — tedet *B.* [75]) poenitet *V. A.* — penitet *B.* [76]) pudet . . . . piget *V. A.* — pudet, decet, sedet, licet, oportet, piget, penitet *V.* [77]) non *B. V.* = *A.* [78]) tractabimus *V A* — tractavimus *B. P.* [79]) numeri *V. A.* — nomeri *B.* [80]) et *B. V.* = *A.* [81]) declinari *B. V. P.* = *A.* [82]) luc *V. A. B.* τῷ ·U· *tribus punctis notato. Fortassis legendum* iac. *Cfr.* reic *apud nostrum Incertum de verbo pag.* 155. §. 19. [83]) cum *B. V. A.* = *P.* [84]) sunt *B. V. A.* — sint *P.* [85]) veluti *B. V. P.* = *A.* [86]) eorundem *B. V.* = *A.* [87]) habeant *B.* — habent *V. A.*

a) Composita *obserare*, *reserare* apud auctores saepius leguntur, simplex *serare* apud solum Priscianum c. 837. 8., nulla auctoritate munitum, reperitur. *b*) Virg. Aen. IV. 66. *c*) Frustra h. l. Ciceronis quaesivimus. *d*) Virg. Eclog. III. 32.

persona numeri singularis et supradicta forma declinari, ut puta: afficio[88]), officio[89]), inicio[90]). Sed haec imperativo modo[91]) temporis[92]) praesentis in supradicta persona ·E· littera tantum terminantur ut puta: affice[93]), office[94]), inice[95]). Sic et[96]) cum[97]) compositione sua in eadem persona declinantur. A facio et fio talis locutio nascitur calefacio et[98]) calefio, calefactus. Sic et cetera talia, quae possunt a facio vel fio accidere[99]), sunt pronuntianda.

853. * Odi, novi, memini speciem perfectam continent et quas res F. 48. v.
regit species perfecta. Nunc quaeritur, qua de causa memini futurum tem- col. a.
pus modi imperativi contineat. Sed hoc in sonis competenter tractabimus[100]).

854. Nolo, non vis, non vult, nolumus[1]), non vultis, nolunt[2]). Nunc nolo[3]), quibus modis vel personis deficiat, hoc in sonis competenter tractabimus[4]).

855. Volo, vis, vult, volumus, vultis, volunt. Nunc volo, V. 322.
quibus modis vel personis deficiat, hoc in sonis competenter tractabimus[5]).

856. Malo, mavis, mavult, malumus, mavultis, malunt. Nunc malo, quibus modis vel personis deficiat, hoc in sonis competenter[6]) tractabimus[7]).

857. Vado, aio[8]), quaeso, quibus modis vel personis deficiant, hoc in sonis competenter tractabimus[9]).

858. Audeo, gaudeo[10]), soleo[11]), meto, fido, fio, haec neutropassiva[12]) esse nuncupantur hac de causa, quoniam res, quas regit indicativus modus ipsorum, neutra[13]) forma declinantur; at vero res, quas regit species[14]) perfecta ipsorum, passiva forma declinantur, ut puta audeo, ausus sum. Sic et cetera supradicta ut diximus, declinantur[15]).

859. Nunc quaeritur, qua de causa a fio infinito modo fieri pronuntietur[16]). Quare hoc monemus, quod hoc in sonis competenter tractabimus[17]).

860. [18]) SUM, verbum defectivum indicativo modo dictum, temporis[19]) praesentis, numeri singularis, figurae simplicis personae primae[20]) quod declinabitur sic:

---

[88]) afficio *A.* — aspicio *B. V. P.* [89]) officio *B. A.* — efficio *V.* [90]) iniicio *A.* — inicio *B. V.* — initio *P.* [91]) modo *B. A.* = *V.* [92]) temporis *V. A.* — tempori *B.* [93]) affice — aspice *B. V. A.* [94]) office — effice *B. V. A.* [95]) iniice *A.* — inice *B. V.* [96]) sic et, *supplendum:* cetera supradicta verba, scilicet dico, duco. [97]) cum *B. V. P.* = *A.* [98]) et *V. A.* = *B.* [99]) accidere — accedere *B. V. A.* [100]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B. P.* [1]) nolumus *V. A.* — nolimus *B* [2]) nolo . . . . nolunt *B. V. A.* — malo, mavis, mavult, mavultis, malunt *P.* [3]) nolo *B. V. A.* — malo *P.* [4]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B. P.* [5]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B. P.* [6]) competenter *V.* = *B. A.* [7]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B. P.* [8]) aio *B.* — alo *V. A.* [9]) tractabimus *V. A.* — tractavimus *B. P.* [10]) gaudeo *B. V.* — gaudeo, fio *A.* [11]) soleo, *post h. v. spatium vacuum in A.* [12]) neutro passiva *B. A.* — neutra passiva *V.* [13]) neutra *B.* — neutrali *V. A.* [14]) species *V.* — specie *B.* [15]) at vero . . . . declinantur *B. V.* = *A.* [16]) prouuntietur *B. V.* — prouuntiatur *A.* [17]) tractabimus *A.* — tractavimus *B.* — tractare debebimus *V.* — tractare debeamus *P.* [18]) *V. addit inscriptionem:* De verbo Sum. [19]) temporis *V. A.* — tempori *B.* [20]) personae primae *V. A.* = *B.*

Modo indicativo, temporis praesentis [21]). Numeri singularis: sum, es, est; numeri pluralis: sumus [22]), estis, sunt.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta [23]). Numeri singularis: eram, eras, erat; numeri pluralis: eramus, eratis, erant.

Eodem modo, eodem tempore, specie [24]) perfecta. Numeri singularis: fui, fuisti, fuit; numeri pluralis: fuimus, fuistis, fuerunt vel fuere.

Eodem modo, eodem tempore [25]), specie plusquamperfecta. Numeri singularis: fueram, fueras, fuerat; numeri pluralis: fueramus, fueratis, fuerant.

Eodem modo, tempore futuro sive promissivo modo [26]). Numeri singularis: ero, eris, erit; numeri pluralis: erimus, eritis, erunt.

Modo imperativo, tempore futuro. Numeri singularis: esto, esto [27]); numeri pluralis: estote, sunto.

Modo infinito, numeris et personis confusis, tempore praesenti: esse; tempore praeterito: fuisse.

Modo optativo, tempore praesenti. Numeri singularis: utinam sim, utinam sis, utinam sit; numeri pluralis: utinam simus, utinam sitis, utinam sint.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis: utinam essem, utinam esses, utinam esset; numeri pluralis: utinam essemus, utinam essetis, utinam essent.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis utinam fuerim, utinam fueris, utinam fuerit; numeri pluralis: utinam
V. 323. fuerimus, utinam fueritis, utinam fuerint.

Eodem modo, eodem tempore [28]), specie plusquamperfecta. Numeri singularis: utinam fuissem, utinam fuisses, utinam fuisset; numeri pluralis: utinam fuissemus, utinam fuissetis, utinam fuissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: utinam sim, utinam sis, utinam sit; numeri pluralis: utinam simus, utinam sitis, utinam sint.

Modo coniunctivo, tempore praesenti. Numeri singularis: cum vel si sim, cum vel si sis, cum vel si sit; numeri pluralis: cum vel si simus, cum vel si sitis, cum vel si sint.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis: cum vel si essem, cum vel si esses, cum vel si esset; numeri pluralis: cum vel si essemus, cum vel si essetis, cum vel si essent.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis: cum vel si fuerim, cum vel si fueris, cum vel si fuerit; numeri pluralis: cum vel si fuerimus, cum vel si fueritis, cum vel si fuerint.

---

21) modo . . . . praesentis *B.* — modo indicativo tempore praesenti *V.* = *A.* 22) sumus *V. A.* — somus *B.* 23) inperfecta *V. A.* — perfecta *B.* 24) specie *V. A.* — spece *B.* 25) tempore *B. V.* — praeterito *A.* 26) sive promissivo modo *V.* — sive promissivo *B. P.* = *A.* 27) esto *A.* — este *B. V.* 28) eodem tempore *B. V.* = *A.*

* Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta. Numeri singularis: cum vel si fuissem, cum vel si fuisses, cum vel si fuisset; numeri pluralis: cum vel si fuissemus, cum vel si fuissetis, cum vel si fuissent. col. b.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: cum vel si fuero, cum vel si fueris, cum vel si fuerit; numeri pluralis: cum vel si fuerimus, cum vel si fueritis, cum vel si fuerint.

Nunc hoc monemus, quod hoc verbum et cum compositione sua ad suprascriptam formam declinatur [29].

861. [30]) POSSUM, verbum defectivum indicativo modo dictum, temporis praesentis [31]), numeri singularis, figurae compositae, personae primae, quod declinabitur sic:

Numeri singularis: possum, potes, potest; numeri pluralis: possumus, potestis, possunt.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis: poteram, poteras, poterat; numeri pluralis: poteramus, poteratis, poterant.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis: potui, potuisti, potuit [32]); numeri pluralis: potuimus, potuistis, potuerunt vel potuere.

Eodem modo, eodem tempore [33]), specie plusquamperfecta. Numeri singularis: potueram, potueras, potuerat; numeri pluralis: potueramus, potueratis, potuerant.

Eodem modo, tempore futuro, sive modo promissivo [34]). Numeri singularis: potero, poteris, poterit; numeri pluralis: poterimus, poteritis, poterunt [35]).

Modo infinito, numeris et personis confusis, tempore praesenti: posse, V. 324.
tempore praeterito: potuisse.

Modo optativo, tempore praesenti. Numeri singularis: utinam possim, utinam possis, utinam possit; numeri pluralis: utinam possimus, utinam possitis [36]), utinam possint.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis: utinam possem, utinam posses, utinam posset; numeri pluralis: utinam possemus, utinam possetis, utinam possent.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis: utinam potuerim, utinam potueris, utinam potuerit; numeri pluralis: utinam potuerimus, utinam potueritis, utinam potuerint.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta. Numeri singularis: utinam potuissem, utinam potuisses, utinam potuisset; numeri pluralis: utinam potuissemus, utinam potuissetis, utinam potuissent.

---

29) declinatur *V. A.* — declinantur *B.* 30) *V. addit titulum:* De verbo possum. 31) temporis praesentis *B. V.* — tempore praesenti *A.* 32) potuit *V. A.* — putuit *B.* 33) eodem tempore *B. V.* = *A.* 34) sive modo promissivo *V.* — sive promissivo *B. P.* = *A.* 35) poterunt *V. A.* — poteriut *P.* 36) possitis *V. A.* — possetis *B.*

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: utinam possim, utinam possis, utinam possit; numeri pluralis: utinam possimus, utinam possitis, utinam possint.

Modo coniunctivo, tempore praesenti. Numeri singularis: cum vel si possim, cum vel si possis, cum vel si possit; numeri pluralis: cum vel si possimus, cum vel si possitis, cum vel si possint.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis: cum vel si possem, cum vel si posses, cum vel si posset; numeri pluralis: cum vel si possemus, cum vel si possetis, cum vel si possent.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis: cum vel si potuerim, cum vel si potueris, cum vel si potuerit; numeri pluralis: cum vel si potuerimus, cum vel si potueritis, cum vel si potuerint.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta. Numeri singularis: cum vel si potuissem, cum vel si potuisses, cum vel si potuisset; numeri pluralis: cum vel si potuissemus, cum vel si potuissetis, cum vel si potuissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: cum vel si potuero, cum vel si potueris, cum vel si potuerit; numeri pluralis: cum vel si potuerimus, cum vel si potueritis, cum vel si potuerint.

Ab hoc verbo [37]) participium fit praesentis temporis [38]): potens.

Nunc hoc monemus, quod hoc verbum et [39]) cum [40]) compositione sua ad suprascriptam formam [41]) declinatur [42]).

V. 325. 862. [43]) FERO, verbum defectivum indicativo modo dictum, temporis praesentis, numeri singularis, figurae simplicis, personae primae, quod declinabitur sic:

Modo indicativo, tempore praesenti. Numeri singularis [44]): fero, fers, fert; numeri pluralis: ferimus, fertis, ferunt.

Eodem modo, tempore praeterito [45]), specie inperfecta. Numeri singularis: ferebam, ferebas, ferebat; numeri pluralis: ferebamus, ferebatis, ferebant.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis: tuli, tulisti, tulit; numeri pluralis: tulimus, tulistis, tulerunt vel tulere.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta. Numeri singularis: tuleram, tuleras, tulerat; numeri pluralis: tuleramus, tuleratis, tulerant.

Eodem modo, tempore futuro, sive promissivo modo [46]). Numeri singularis: feram, feres, feret; numeri pluralis: feremus, feretis, ferent.

---

[37]) verbo *V. A.* — verbum *B.* [38]) praesentis temporis *B. V.* — temporis praesentis *A.* [39]) et *B. V.* — est *A.* [40]) cum *V. A.* = *B.* [41]) formam *V. A.* = *B.* [42]) declinatur *V. A.* — declinantur *B.* [43]) *V. addit. titulum:* De verbo fero. [44]) modo . . ; . singularis *V. A.* = *B.* [45]) tempore praeterito *B. A.* — eodem tempore *V.* [46]) sive promissivo modo *V.* — sive promissivo *A.* = *B.*

Modo imperativo, tempore praesenti ad secundam et tertiam personam tantum [47]). Numeri singularis: fer, ferat; numeri pluralis: ferte, ferant.

Eodem modo [48]), tempore futuro. Numeri singularis: ferto, ferto; numeri pluralis: fertote, ferunto.

Modo infinito, numeris et personis confusis tempore praesenti: ferre [49]); tempore praeterito: tulisse; tempore futuro: latum ire.

Modo optativo, tempore praesenti. Numeri singularis: utinam feram, utinam feras, utinam ferat; numeri pluralis: utinam feramus, utinam feratis, utinam ferant.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis: utinam ferrem, utinam ferres, utinam ferret; numeri pluralis: utinam ferremus, utinam ferretis, utinam ferrent [50]).

*Eodem modo, eodem [51]) tempore, specie perfecta. Numeri singularis: F. 49. r.
utinam tulerim, utinam tuleris, utinam tulerit; numeri pluralis: utinam tulerimus, utinam tuleritis, utinam tulerint.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta. Numeri singularis: utinam tulissem, utinam tulisses, utinam tulisset; numeri pluralis: utinam tulissemus, utinam tulissetis, utinam tulissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: utinam feram, utinam feras, utinam ferat; numeri pluralis. utinam feramus, utinam feratis, utinam ferant.

Modo coniunctivo, tempore praesenti. Numeri singularis: cum vel si feram, cum vel si feras, cum vel si ferat; numeri pluralis: cum vel si feramus, cum vel si feratis, cum vel si ferant.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis: cum vel si ferrem, cum vel si ferres, cum vel si ferret; numeri pluralis: cum vel si ferremus, cum vel si ferretis, cum vel si ferrent [52]).

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis: cum vel si tulerim, cum vel si tuleris, cum vel si tulerit; numeri pluralis: cum vel si tulerimus, cum vel si tuleritis, cum vel si tulerint.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta. Numeri singularis: cum vel si tulissem, cum vel si tulisses, cum vel si tulisset; numeri pluralis: cum vel si tulissemus, cum vel si tulissetis, cum vel si tulissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: cum vel si tulero, cum vel si tuleris, cum vel si tulerit; numeri pluralis: cum vel si tulerimus, cum vel si tuleritis, cum vel si tulerint.

---

47) tantum *V. P.* = *B. A.* 48) Eodem modo *B. V.* — modo imperativo *A.* 49) ferre *B. V. P.* — fere *A.* 50) ferrem .... ferrent *B. V. P.* — ferem .... ferent *A.* 51) eodem *V. A.* = *B.* 52) ferrem .... ferrent *B. V. P.* — ferem .... ferent *A.*

Modo impersonali, numeris et personis confusis, tempore praesenti: fertur.

Eodem modo, tempore praeterito [53]), specie inperfecta [54]): ferebatur.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta: latum est.

Et ulteriore perfecta [55]): latum fuit.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta: latum erat.

Et ulteriore plusquamperfecta [56]): latum fuerat.

Eodem modo, tempore futuro: feretur.

Gerundi [57]) sunt haec: ferendi [58]), ferendum, ferendo, latum.

Tempora participiorum trahuntur ab hoc verbo duo: praesens, ferens; futurum, laturus.

Nomen: lator; appellatio: latura.

Nunc hoc monemus, quod hoc verbum et cum compositione sua ad suprascriptam formam declinatur [59]).

862. FEROR, verbum defectivum [60]), indicativo modo dictum, temporis praesentis, numeri singularis, figurae simplicis, personae primae, quod declinatur sic:

Modo indicativo, tempore praesenti. Numeri singularis: feror [61]), ferris, fertur; numeri pluralis: ferimur [62]), ferimini [63]), feruntur.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis: ferebar, ferebaris, ferebatur; numeri pluralis: ferebamur, ferebamini, ferebantur.

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis: latus sum, latus es, latus est; numeri pluralis: lati sumus, lati estis, lati sunt.

Et ulteriore perfecta [64]). Numeri singularis: latus fui, latus fuisti, latus fuit; numeri pluralis: lati fuimus, lati fuistis, lati fuerunt vel fuere.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta. Numeri singularis: latus eram, latus eras, latus erat; numeri pluralis: lati eramus, lati eratis, lati erant [65]).

Et ulteriore plusquamperfecta [66]). Numeri singularis: latus fueram, latus fueras, latus fuerat; numeri pluralis: lati fueramus, lati fueratis, lati fuerant.

Eodem modo, tempore futuro sive promissivo modo [67]). Numeri singularis: ferar, fereris, feretur; numeri pluralis: feremur, feremini, ferentur.

---

53) tempore praeterito *V. A.* — eodem tempore *B.* 54) inperfecta *V. A.* — perfecta *B.* 55) perfecta *V.* = *B. A.* 56) plusquamperfecta *V.* = *B. A.* 57) gerundi *V. A.* — gerondi *B.* 58) ferendi *V. A.* — fendi *B.* 59) declinatur *B. V.* — declinantur *A.* 60) defectivum *B. V.* — passivum *A.* 61) feror *B. V. P.* — ferror *A.* 62) ferimur *V. A.* — feremur *B.* 63) ferimini *V. A.* — feremini *B.* 64) perfecta *V.* = *B. A.* 65) lati eramus . . . . erant *B. V. P.* = *A.* 66) plusquamperfecta *V.* = *B. A.* 67) sive promissivo modo *B. V.* = *A.*

Modo imperativo, ad secundam et tertiam personam [68]) tantum, tempore praesenti [69]): ferre, feratur [70]), ferimini [71]), ferantur.

Eodem modo, tempore futuro: fertor, fertor, feriminor, feruntor [72]).

Modo infinito, numeris et personis confusis, tempore praesenti: ferri [73]); tempore praeterito [74]): latum esse; et ulteriore praeterito: latum fuisse [75]); tempore futuro: latum iri.

Modo optativo, tempore praesenti. Numeri singularis: utinam ferar, utinam feraris, utinam feratur; numeri pluralis: utinam feramur, utinam feramini, utinam ferantur [76]).

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta. Numeri singularis: utinam ferrer, utinam ferreris, utinam ferretur [77]); numeri pluralis: utinam ferremur, utinam ferremini, utinam ferrentur.

Eodem modo, eodem tempore [78]), specie perfecta. Numeri singularis: utinam latus sim, utinam latus sis, utinam latus sit; numeri pluralis: utinam lati simus, utinam lati sitis, utinam lati sint.

Et ulteriore perfecta [79]). Numeri singularis: utinam latus fuerim, utinam latus fueris, utinam latus fuerit; numeri pluralis: utinam lati fuerimus, utinam lati fueritis, utinam lati fuerint.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta. Numeri singularis: utinam latus essem, utinam latus esses, utinam latus esset; numeri pluralis: utinam lati essemus, utinam lati essetis, utinam lati essent.

Et ulteriore plusquamperfecta [80]). Numeri singularis: utinam latus fuissem, utinam latus fuisses, utinam latus fuisset; numeri pluralis: utinam lati fuissemus, utinam lati fuissetis, utinam lati fuissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: utinam ferar, utinam feraris, utinam feratur; numeri pluralis: utinam feramur, utinam feramini, utinam ferantur.

Modo coniunctivo, tempore praesenti. Numeri singularis: cum vel si ferar, cum vel si feraris, cum vel si feratur; numeri pluralis: cum vel si feramur, cum vel si feramini, cum vel si ferantur.

Eodem modo, tempore praeterito, specie inperfecta [81]). Numeri singularis: cum vel si ferrer, cum vel si ferreris, cum vel si ferretur; numeri pluralis: cum vel si ferremur, cum vel si ferremini, cum vel si ferrentur [82]).

---

[68]) personam *V. A.* = *B* [69], tempore praesenti *B. V.* — temporis praesentis *A.* [70]) feratur *V. A.* — ferratur *B.* [71]) ferimini — feremini *B. V. A.* [72]) feruntor *V. A.* — feruntur *B.* [73]) ferri *V. A.* — feri *B.* [74]) tempore praeterito *V. A.* — tempore praeteritum *B.* [75]) et ulteriore . . . . fuisse *V. A.* = *B.* [76]) modo optativo . . . . ferantur *B V. P.* = *A.* [77]) ferretur *V. A.* — ferreretur *B.* [78]) eodem tempore *B. V.* — tempore praeterito *A.* [79]) perfecta *V.* = *B. A.* [80]) plusquamperfecta *V.* = *B. A.* [81]) inperfecta *V. A.* — perfecta *B.* [82]) ferrer . . . . ferrentur *B. V. P.* — ferer . . . . ferentur *A.*

Eodem modo, eodem tempore, specie perfecta. Numeri singularis: cum vel si latus sim, cum vel si latus sis, cum vel si latus sit; numeri pluralis; cum vel si lati simus, cum vel si lati sitis, cum vel si lati sint.

Et ulteriore. Numeri singularis: cum vel si latus fuerim, cum vel si latus fueris, cum vel si latus fuerit; numeri pluralis: cum vel si lati fuerimus, cum vel si lati fueritis, cum vel si lati fuerint.

Eodem modo, eodem tempore, specie plusquamperfecta. Numeri singularis: cum vel si latus essem, cum vel si latus esses, cum vel si latus esset; numeri pluralis: cum vel si lati essemus, cum vel si essetis, cum vel si lati essent.

Et ulteriore plusquamperfecta [83]. Numeri singularis: cum vel si latus fuissem, cum vel si latus fuisses, cum vel si latus fuisset; numeri pluralis: cum vel si lati fuissemus, cum vel si lati fuissetis, cum vel si lati fuissent.

Eodem modo, tempore futuro. Numeri singularis: cum vel si latus ero, cum vel si latus eris, cum vel si latus erit; numeri pluralis: cum vel si lati erimus, cum vel si lati eritis, cum vel si lati erunt.

Et ulteriore futuro [84]. Numeri singularis: cum vel si latus fuero, cum vel si latus fueris, cum vel si latus fuerit; numeri pluralis: cum vel si lati fuerimus, cum vel si lati fueritis, cum vel si lati fuerint.

Tempora participiorum ab hoc verbo trahuntur [85] duo: praeteritum, latus [86]; futurum, ferendus.

Nunc et [87] hoc monemus, quod hoc verbum et cum compositione sua ad suprascriptam [88] formam declinatur.

Sane hoc [89] quaeritur, qua de causa a fero appellatio latura faciat, et a [90] differo, dilatio. Sed quoniam haec causa sonorum est [91], ideo haec [92] in sonis competenter tractabimus [93].

De verbo, quantum ratio poscebat tractavimus.

UTERE FELIX LAPPADI MERCURI SCRIPTOR CUM PATRONIS GAUDE [94].

---

83) plusquamperfecta *V*. = *B*. *A*. 84) futuro *V*. *A*. = *B*. 85) ab hoc verbo trahuntur *B*. — trahuntur ab hoc verbo *V*. *A*. 86) praeteritum latus *B*. *A*. — praesens ferens *V*. 87) et *A*. = *B*. *V*. 88) suprascriptam *B*. *V*. — supradictam *A*. 89) hoc *B*. = *V*. *A*. 90) a *A*. = *B*. *V*. 91) est *B*. *A*. — fiunt *V*. 92) haec *B*. — hoc *V*. *A*. 93) tractabimus *V*. *A*. — tractavimus *B*. 94) utere felix . . . . gaude *B*.

Appendix Probi.

APPENDIX AD PROBI ARTEM MINOREM.

---

1. **Nomina appellativa generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis ·U· littera [1]) terminantur.** Versu — casu — accentu — statu — gradu — cogitatu — tractatu — actu — intellectu — arbitratu — commissu [2]) — sensu — consensu — rogatu — petitu — dictu — stinctu — accitu — arcessitu — monitu — recessu — discessu — secessu — excessu — successu — incessu — interventu — intercessu — motu — impetu — tumultu — concentu — fremitu — strepitu [3]) — irritu [a]) — auditu — visu — cultu — ornatu — vestitu — conversu — aspectu — prospectu — respectu — conspectu — sexu — affectu — dilectu — parentatu — sortitu — ortu — occasu — lapsu — volatu — accessu — confractu — refractu — infractu — flexu — inflexu — reflexu — conflexu — gressu — ingressu — congressu — regressu — aditu — introitu — transitu — pensu — latratu — rugitu — mugitu — tinnitu — hinnitu [4]) — accitu — metu — fractu — infractu [b]) — accubitu — morsu — potu — aestu — concubitu — cultu [5]) — conceptu — partu — fetu — incestu — raptu — fletu — planctu — ululatu — ploratu [6]) — gemitu — cruciatu [7]) — interitu — luctu — obitu — exitu — reatu — cursu [8]) — decursu — spiritu — halitu — saltu — usu — fluctu — cinctu — equitatu [9]) — iactu — tactu — contractu — pulsu — inpulsu — consensu [c]) — . . . . — risu — cantu — amplexu — complexu — bassu [d]) — gestu — luxu — concursu — incursu — recursu — curru — missu — passu — circuitu — orsu — ductu — tractu — textu — contextu — intextu — sumptu — paratu — ambitu — conatu — nisu — effectu — accessu — discessu [e]) — anhelitu [10]) — hiatu — singultu — sinu — lacu — fluctu — arcu — relatu — exercitu — ritu — ictu — contactu — situ — compulsu — repulsu.

2. **Numeri tantum singularis.** Decurionatu — pontificatu — principatu — clarissimatu — consulatu — maioratu — minoratu — primatu —

---

[1]) littera — litteris *Cod.* [2]) commissu — comisu *Cod.* [3]) strepitu — strepetu *Cod.* [4]) hinnitu — innitu *Cod.* [5]) cultu — coltu *Cod.* [6]) ploratu — proratu *Cod.* [7]) cruciatu — cluciatu *Cod.* [8]) cursu — corsu *Cod.* [9]) equitatu — aquitatu *Cod.* [10]) anhelitu — hanelitu *Cod.*

a) Ita Cod. diserte. *b*) Iam paulo ante commemoratum; legendum forsitan *anfractu.* *c*) Superius iam enumeratum. *d*) Cfr. Probi art. min. p. 234. V. *e*) *accessu, discessu*; supra iam memorata.

dominatu — praesidatu — senatu — auguratu — duoviratu — tribunatu — proconsulatu — episcopatu — gestu — magistratu — artu — flatu — portu et huiuscemodi [11]).

F. 49. v. 3. * Nomina appellativa generis feminini, quae ablativo casu numeri singularis ·U· littera [12]) terminantur. Manu — actu — quercu — nuru — anu — porticu — vitu [a]) — pinu — socru — mantu [b]).

4. Nomina appellativa, generis neutri, quae ablativo casu numeri singularis ·U· littera [13]) terminantur. Tonitru — genu — cornu — veru — gelu.

5. Nomina appellativa, generis omnis, quae ablativo casu numeri singularis ·U· littera terminantur. Maior natu — minor natu — pessimus natu — maximus natu.

6. Nomina generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·A· littera definiuntur. Catilina [14]) — Phaedria [15]) — lebeta — Agrippa.

7. Nomina generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, nominativo casu numeri singularis ·AS· litteris definiuntur. Aeneas — Marsyas — Iollas — Atinas — Phlegyas [16]) — Boreas — Felidas [c]) — Amyntas — Damoetas [17]) — Hiarbas — Nicias — Iopas — Bitias — Menalcas — Gyas [18]) — Pelias.

8. Nomina generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur, et nominativo casu numeri singularis ·ES· litteris definiuntur. Anchises — Acestes — Achates (et ab Achate).

9. Nomina generis feminini, quae ablativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur. Membrana — vertebra — medulla — specula — tuba — muscipula — praetexta — vigilia — symphonia [19]) — acrimonia — alimonia — cymbula — caverna [20]) — buccina [21]) — lacerna — cortina — bruma — cisterna — palpebra [22]) — sanctimonia — tibia — querimonia — ignominia — parsimonia — hospita [23]).

10. Nomina generis communis, quae nominativo casu numeri singularis ·ER· litteris definiuntur. Pauper — celer — volucer — acer — uber — alacer.

11. Nomina generis communis, quae nominativo casu numeri singularis ·IL· litteris definiuntur. Pugil [24]) — vigil — mugil.

---

[11]) et huiuscemodi *Cod. a sec. m.* — et huius senati *a pr. m.* [12]) littera — litteris *Cod.* [13]) littera — litteris *Cod.* [14]) Catilina — catillina *Cod* [15]) Phaedria — fedria *Cod.* [16]) Phlegyas — flegetis *Cod.* [17]) Damoetas — damintas *Cod.* [18]) Gyas — gas *Cod.* [19]) symphonia — simphonia *Cod.* [20]) caverna — caverba *Cod.* [21]) buccina — bucina *Cod.* [22]) palpebra — palbepra *a pr. m.* palpepra *ex em. pr. m. et mox* quaerimonia. [23]) hospita — hospitia *Cod.* [24]) pugil — pigil *Cod.*

a) Cf. Probi art. min. §. 426. ed. nostrae, ibique notam. *b*) *mantus, us haec;* nonne vestimenti genus, quod graece dicitur μάνδυς, ἡ? Cf. Scalmas. ad Trebell. Pollion. Claud. c. 17. *c*) Ita diserte Cod.

12. **Nomina generis feminini, quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera producta terminantur.** Species — acies — canities — progenies — series — rabies — requies — planities — scabies — materies — segnities — luxuries — facies — dies — macies — pernicies — effigies [25]) — proluvies — prosapies — sanies — pauperies — congeries — glacies. Item res — spes — fides.

13. **Nomina generis feminini, quae ablativo casu numeri singularis ·E· littera correpta terminantur et aptota esse reperiuntur.** Pholoe — Tisiphone [26]) — Autonoe — Agave — Beroe — Callirrhoe [27]) — calibe [28]).

14. **Nomina generis neutri, quae in numero [29]) plurali aptota esse reperiuntur [30]).** Mella — rura — maria — olea — fella — tura — vina — hordea [31]).

15. **Nomina generis neutri, quae nominativo casu numeri singularis ·I· littera terminantur.** Sinapi — cummi.

16. **Nomina generis omnis, quae nominativo casu numeri singularis ·I· littera terminantur.** Frugi — nihili.

17. **Nomina generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis ·IO· litteris [32]) definiuntur, et vocativo casu ·E· littera terminantur.** Pius — ebrius — alius — medius — sobrius [33]).

18. **Nomina generis masculini, quae nominativo casu numeri singularis ante ultimam consonantem per duas ·U· litteras discretas scribuntur.** Perpetuus — arduus — vacuus — fatuus — carduus — mortuus — patruus.

19. **Nomina generis masculini, quae per ·Q·, non per ·C· litteram scribuntur.** Equus — coquus [34]) — iniquus [35]) — antiquus [36]).

20. **Nomina generis feminini, quae nominativo casu numeri singularis ·US· litteris definiuntur, et ablativo casu ·O· littera terminantur.** Cupressus — ulmus — cedrus — Amathus — Paphus [37]) — myrtus — fagus — nomus [a]) — alvus.

21. **Nomina generis feminini, quae nominativo casu numeri singularis ·OS· litteris [38]) definiuntur, et ablativo casu ·O· [39]) littera terminantur.** Zacynthos [40]) — Tenedos — Epiros [41]) — Paphos [42]) — Antandros [43]) — Delos — Neritos.

---

[25]) effigies — efficies *Cod. ex em. pr. m., quae primum recte scripserat* effigies. [26]) Tisiphone — thisfone *Cod.* [27]) Callirhoe — calliroe *Cod.* [28]) calibe; *ita Cod. litterae o, a et i punctis superimpositis improbari videntur.* [29]) numero — nomero *Cod.* [30]) reperiuntur — repperiuntur *Cod.* [31]) hordea — ordea *Cod.* [32]) litteris — litter *Cod.* [33]) sobrius — subrius *Cod.* [34]) coquus — coqus *Cod.* [35]) iniquus — iniqus *Cod.* [36]) antiquus — antiqus *Cod.* [37]) Paphus — pafus *Cod.* [38]) litteris — litteri *Cod.* [39]) ·O· = *Cod.* [40]) Zacynthos — zaquintos *Cod.* [41]) Epiros — epyros *Cod.* [42]) Paphos — pafos *Cod.* [43]) Antandros — antandros *Cod. ex em. pr. m., quae prius scripserat* antandris.

a) *nomus*; ita diserte Cod.; vide an voluerit *pomus, humus* vel *domus.*

22. **Nomina generis feminini, quae nominativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur et aptota esse reperiuntur** [44]). Pyrgo — Mycono — Alecto [45]) — Calypso [46]) — Clio — Samo — Gyaro — Dido — Celaeno [47]) — Sappho [48]) — Erato — ioepiro — inerito [a]).

23. **Nomina generis neutri, quae ablativo casu numeri singularis ·O· littera terminantur, et nominativo casu ·US· litteris definiuntur.** Pelagus — virus — vulgus.

24. **Nomina generis neutri, quae nominativo casu numeri singularis ·AS· litteris definiuntur.** Fas — nefas — nugas.

25. **Nomina generis neutri, quae nominativo casu numeri singularis ·A· littera terminantur.** Ceroma — glossema — thyma [49]) — catastema [50]) — phlegma [51]) — soma — thema — peloma [b]) — programma — schema [52]) — hermeneuma [53]) — rheuma [54]) — parauma [c]) — centema — charisma [55]) — digma — aenigma [56]) — condyloma [57]) — axioma — clima — cataplasma — toreuma [58]) — pascha [59]) — plenguma [d]) — poema — apostema — chroma [60]) — sympasma — chrisma [61]) — dogma [62]) — schisma [63]) — boethema [64]) — aroma — apotelesma [65]) — theorema — baptisma [66]) — simma — diploma — phantasma [67]) — thymiama [68]) — emphysema [69]).

26. **Nomina generis masculini, numeri semper pluralis.** Inferi — Circenses — cracli [e]) — Carpi — manes — cancelli — Arpi — Quirites (et Vergilius — **qui te Quirites donavit** [f]) —) ludi (et Vergilius — **ludo exercent** [g]).

27. **Nomina generis feminini, numeri semper pluralis.** Scalae is — indutiae is — mappae — Kalendae — caerimoniae [70]) is — nonae is — minae is — Baiae is — balneae is — Thebae is — Fesulae [71]) is — Athenae is — Carales [72]) bus — scopae is — praestigiae is — idus bus — tenebrae is — divitiae is — thermae [73]) is — alpes bus — Mycenae [74]) is — Cumae is — autinae [h]) is — nares [75]) bus (**sonat hic de nare canina**

---

[44]) reperiuntur — repperiuntur *Cod.* [45]) Alecto — allecto *Cod.* [46]) Calypso — calipso *Cod.* [47]) Celaeno — celeno *Cod.* [48]) Sappho — saffon *Cod.* [49]) thyma — thima *Cod.* [50]) catastema — gatastema *Cod.* [51]) phlegma — flecma *Cod.* [52]) schema — scema *Cod.* [53]) hermeneuma — ermeneuma *Cod.* [54]) rheuma — reuma *Cod.* [55]) charisma — carisma *Cod.* [56]) aenigma — enigma *Cod.* [57]) condyloma — condaloma *Cod.* [58]) toreuma — thoreuma *Cod.* [59]) pascha — pasca *Cod.* [60]) chroma — croma *Cod.* [61]) chrisma — crisma *Cod.* [62]) dogma — docma *Cod.* [63]) schisma — scisma *Cod.* [64]) boethema — boetima *Cod.* [65]) apotelesma — apotelegma *Cod.* [66]) baptisma — batusma *Cod.* [67]) phantasma — fantasma *Cod.* [68]) thymiama — tymiama *Cod.* [69]) emphysema — ephisema *Cod.* [70]) caerimoniae — caerimunne *Cod.* [71]) Fesulae — pesulae *Cod.* [72]) Carales — caralis *Cod.* [73]) thermae — termae *Cod.* [74]) Mycenae — micaenae *Cod.* [75]) nares — naris *Cod.*

a) *ioepiro, inerito;* ita Cod. luculenter; voluit forsitan ἢ *Oepiro* (sic vitiose pro *Epiro*), ἢ *Nerito*. *b*) Ita Cod. *c*) Ita Cod. *d*) Ita Cod. *e*) *cracli.* Recurrit h. v. inferius, ubi docetur scribendum esse *grali;* non *cracli;* utrumque aeque nobis obscurum. *f*) Frustra haec quaesieris apud Virgilium; habes vero apud Horat. epist. I. 6. 7.: *amici dona Quiritis.* *g*) Virg. Aen. VII. 380. *h*) *autinae*; ita Cod. diserte; legendum fortasse *antennae*; cf. Charis. 20. P.

Littera [a]) — manae [b]) is — sordes bus (collecta sorde dolentis [c]) — paleae [76]) is — preces [77]) bus [78]) (virtutem accendit amaris [d]) — exubei [e]) is — copiae is (et quae sit circum me copia lustro [f]) [g]).

28. Nomina generis neutri, semper pluralis numeri. Arma is — bucolica is — moenia bus — mapalia [79]) bus — sabbata is — missa [h]) is — castra is — georgica is — magalia bus — lustra is — exta — serta is — * talaria bus [80]) — Pergama is — theatra is — venabula is — cunabula F. 50. r.
is — verbera bus — Saturnalia bus — Sigillaria bus — Parentalia bus — Terminalia bus — Fugalia bus — iliaria [81]) bus — citalia bus [i]) — Neptunalia bus — penetralia bus — Vulcanalia [82]) ium orum — Veneralia bus — Minervalia bus — manumissalia is — Quinquatria [83]) — Vestalia — Floralia orum ium bus — Lupercalia orum ium bus — Praecisalia orum ium bus — Quinquennalia [84]) orum ium bus — Decennalia orum ium bus — Tricennalia orum ium bus — vindicta [k]) — praecordia — cibaria — diaria — pascua — stromata [85]) — taeda [l]) — panth . . ea [m]) — butia [n]) — sphaeromachia [86]) cymbloma [o]) — Cythera [87]) — Gargara [88]) — comitia.

---

29. Locutio cum nominativo casu non ambigit [p]) quemadmodum proferatur, ut puta: Cicero dixit — Caesar clamavit — ego legi — Terentius dicturus — Vergilius emendavi — et cetera talia.

30. Locutio cum genitivo casu haec convenire reperitur [89]): Similis illius — avidus honoris — negligens [90]) amicorum — studiosus vestis — conscius facti — obliviscor iniuriae — recordor praeceptorum — memor bonorum — misereor puerorum — pudet facti — piget operis — taedet [91]) laboris [92]) — poenitet [93]) sceleris — particeps rerum — compos [94]) voti — ignarus malorum [q]) — expers bonorum — peritus rerum — consultus iuris — dubius itineris [95]) — cupidus honoris — nullius indigus — plenus rimarum [r]) — gr . . or vestri — memini illius — admoneor amicorum — prudens

---

[76]) paleae — peleae *Cod.* [77]) preces — praeces *Cod.* [78]) bus — is *Cod.* [79]) mapalia — mappalia *Cod.* [80]) bus — is *Cod.*; *ita et infra ad* manumissalia. [81]) iliaria; *ita Cod.*; *legendum forsitan* Hilaria. [82]) Vulcanalia — bulcanalia *Cod.* [83]) Quinquatria — quinquatia *Cod. post h. v. sequitur* msimilia, τῷ m *primo superscribitur* i, *alterum* m *lineola traducitur; quae quid sibi velint, aliis explicandum relinquimus.* [84]) Quinquennalia — quinquenalia *Cod.* [85]) stromata — stramata *Cod.* [86]) sphaeromachia — speromachia *Cod.* [87]) Cythera — citera *Cod.* [88]) Gargara — carcara *Cod.* [89]) reperitur — repperitur *Cod.* [90]) negligens — neglegens *Cod.* [91]) taedet — tedet *Cod.* [92]) laboris — lavoris *Cod.* [93]) poenitet — penitet *Cod.* [94]) compos — compus *Cod.* [95]) itineris — iteneris *Cod.*

a) Pers sat. I. 109. *b*) *manae* vitio forsitan scriptoris, qui scribere voluerat *manubiae*; cf. Charis. l. c. *c*) Horat. epist. I. 2. 53. *d*) Virg. Aen. X. 368. — *Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.* *e*) *exubei,* ita Cod. diserte; legere poteris *exuviae* et *excubiae*; certe utrumque vocabulum huc spectat. *f*) Aen. II. 564., ubi nunc legitur *me circum.* *g*) In marg. huius §. legitur in Cod. adhuc vocabulum *Benycenae.* *h*) Ita Cod. luculenter. *i*) *citalia bus;* ita Cod. legendum forsitan: *Compitalia bus.* *k*) *vindicta*, ita diserte Cod. *l*) *taeda,* ita Cod diserte. *m*) *panth . . ea;* punctis indicavimus, quae tuto legi non possunt. *n*) *butia;* ita Cod. ex em. pr. m., quae primum *buca* scripsisse videtur. *o*) *cymbloma;* ita luculenter Cod. *p*) *ambigit;* ita Cod. *q*) Virg. Aen. I. 198. *r*) Terent. Eunuch. I. 2. 25.

rerum — cupidissimus legis — securus amorum [a]) — diligens munditiae — o . . . . studiorum — providus rationis — piget hominum — certus rerum — fastidiosus honorum — obliviosus veterum — ferox contumeliae — timidus . gn . . u . . — dives pecorum — lactis habundans [b]) — egregius militiae — impleor Bacchi [96]) [c]) — auxilii eget [97]) — dives opum [d]) — fessi rerum [e]) — potens tempestatum [f]).

31. Locutio cum dativo casu haec convenire reperitur [98]). Similis Mercurio [g]) — fido virtuti — maledico hosti — suadeo civi — mando tibi [99]) — cedo illi — pareo legibus — insulto inimico — studeo Vergilio — intentus lectioni — noceo ipsi — haereo [100]) fenestrae — obluctor arenae [1]) [h]) — incumbens arae [i]) — timeo mihi — teneor amori — inimicus hosti — invidus tibi — habilis [2]) virtuti — aptus vanitati.

32. Locutio cum accusativo casu haec convenire reperitur [k]). Obliviscor . . . . . — . . . . . . — poenitet [3]) . . . . . — . . . . . . — iubeo . . . — calumnior illos — sortior . . . . . —

33. Locutio cum vocativo casu non ambiget [l]) quemadmodum proferatur; ut puta: Cicero lege — Terenti scribe — Salusti recita — et cetera talia.

34. Locutio cum ablativo casu haec convenire reperitur [4]). Delector choraula — advector pantomimo [m]) — fruor argento — potior auro — utor toga — privor possessione — indigeo consilio — egeo sumptu — careo molestia — abstineo cibo — fungor officio — sacrifico victima — donatus [5]) corona — dignus honore — indignus fama — orbus liberis — fretus amicitia — plenus pecunia — vehemens iracundia — opus est patrono — indulgeo vino — expolio birro [n]) — interdico amicitia.

35. Nomina cum accentu producto. . . . . . . Heliodorus [6]) — Theodorus . . . . . . Polydorus [7]) — Cloanthus [8]) . . . . rus — tyrannus . . . . . . grabatum [9]) — lebeta — delubrum — cratera — umbilicus Serestus — Sarpedon — Adonis . . . . . — Olympus — Cecropis [o]) — Pe-

---

[96]) Bacchi — bachi *Cod* [97]) eget — aeget *Cod.* [98]) reperitur — repperitur *Cod.* [99]) tibi — tivi *Cod.* [100]) haereo — hereo *Cod.* [1]) arenae — arene *Cod.* [2]) habilis — hauilis *Cod.* [3]) poenitet — penitet *Cod.* [4]) reperitur — repperitur *Cod.* [5]) donatus — danatus *Cod.* [6]) Heliodorus — eliodurus *Cod.* [7]) Polydorus — polidorus *Cod.* [8]) Cloanthus — chloantus *Cod.* [9]) grabatum — gravatum *Cod.*

a) Virg. Aen. I. 350. *b*) Virg. Eclog. II. 20. *c*) Virg Aen. I. 215. *d*) Virg. Georg. II. 468. Aen. I. 14. *e*) Virg. Aen. I. 178. *f*) Virg. Aen. I. 80. *g*) Virg. Aen. IV. 558. *h*) Virg. Aen. III. 38 *i*) Virg. Aen. II. 514. *k*) Totus hic § ob miseram huius folii Cod. conditionem fere illegibilis est. Titulum e vestigiis literarum, habita spatiorum ratione ad normam antecedentium supplevimus. Ceterum tredecim idiomata accusativi casus (ut cum Charisio loquamur) hoc §. contenta fuisse, e vestigiis literarum colligere licet. Quae legi satis tuto poterant, in textu indicavimus. *l*) *ambiget*; ita Cod. *m*) *advector pantomimo*; ita plane Cod. *n*) *expolio* pro *exspolio* sumendum videtur; *birrum* lacernam significare notum est, cf. Salmasium ad Capitolin. Gordian. iun. 21. et eundem ad Vopisc. Carin. 20. Ceterum miramur Lindemannum ad Pomp. p. 188. vocem *birrum* pro non genuina habuisse. *o*) *Cecropis*; ita scripsimus; in Cod. distincte solum legi potest *Cecrop.*

neleus — Pasiphae [10]) — Casybus [11]) — flegedon [12]) — Sibylla [13]) praesagus — Camilla — Anthea — Camillus — Triton — Alcanoris — Gulussa — Agenoris.

36. Nomina cum accentu correpto [14]). Castoris — Hectoris [15]) rhetoris [16]) — Mnestoris — Actoris Aurunci [a]) — Laodamia [17]) — .ca .. be — barathrum [18]) — barcent [19]) — palanges [20]) — Prochyta [21]) — pelicis [b]) — as . . . um [c]) — Garamantas — arbuta [22]).

37. Nomina generis masculini. Urciolus — cinis — sextarius — Tiberis [23]) — congius — orcus — quar . . arius [d]) — dens — nodus — articulus — nervus — venter — pes — cubitus [24]) — uter — modium [25]) — grex [26]) — fons [27]) — st . . . . [e]) — commentarius — cucumis [28]) — acinus — vomer — ligo — vepres — humerus [29]).

---

38. Porphyreticum [30]) marmor [31]) non purpureticum marmor — telonium non teloneum [32]) — speculum non speclum — masculus non masclus — vetulus non veclus [f]) — vitulus non viclus — vernaculus non vernaclus — articulus non articlus — baculus non baclus [33]) — angulus non anglus — iugulus non iuglus — chalcostegis [34]) [g]) non chalcosteis — septizonium [35]) non septidonium [36]) — vacua non vaqua — vacui non vaqui — cultellum non cuntellum — Marsyas non Marsuas — cannelam non canianus [h]) — Hercules non Herculens — columna non colomna — pecten non pectinis — aquaeductus non aquiductus — cithara non citera — crista non crysta — formica non furmica — musivum non museum — exequiae [37]) non execiae —| gyrus non girus [38]) — * avus non aus — mi- F. 50. v.
les non milex — s . . . . non suber [i]) — figulus non figel [k]) — mascu-

[10]) Pasiphae — passifae *Cod.* [11]) Casybus *ita Cod.* [12]) flegedon; *ita diserte Cod.* [13]) Sibylla — sybilla *Cod.* [14]) accentu correpto — accentum correptum *Cod.* [15]) Hectoris — haectoris *Cod.* [16]) rhetoris — rethoris *Cod.* [17]) Laodamia — laudamia *Cod.* [18]) barathrum — baratrum *Cod.* [19]) barcent; *ita plane Cod.* [20]) palanges; *ita diserte Cod.* [21]) Prochyta — procyta *Cod.* [22]) arbuta — arbota *Cod.* [23]) Tiberis — teberis *Cod.* [24]) cubitus — gubitus *Cod.* [25]) modium; *ita plane Cod.; posuit forsitan accusativum pro nominativo.* [26]) grex — gres *Cod.* [27]) frons — flons *Cod.* [28]) cucumis — cocumis *Cod.* [29]) humerus — umerus *Cod.* [30]) porphyreticum — porphireticum *Cod.* [31]) marmor — marmur *Cod. et mox iterum.* [32]) teloneum — telonium *Cod. et mox* toloneum. *Similem orthographiam habes ap. Bollandistas de S. Wernhero puero M.* 19. *April. p.* 705. *ubi legitur:* theolonii *et operis magistro; p.* 706. theolonii scriptor. [33]) baclus — vaclus *Cod.* [34]) chalcostegis — calcostegis *Cod. et mox* calcosteis. [35]) septizonium *Cod. ex em. pr. m.* serpizonium *a pr. m.* [36]) septidonium *Cod. ex em. pr. m.* serpidonium *a pr. m.* [37]) exequiae — exequae *Cod.* [38]) girus — gyrus *Cod.*

a) *Aurunci* lepide posuit post *Actoris* e Virg. Aen. XII. 94. *b*) *pelicis;* legendum fortassis *pellicis.* *c*) *as . . um;* literae intermediae, ob folium Cod. lacerum legi non possunt. *d*) *quar . . arius;* literae intermediae evanidae. *e*) *st . . . .;* sequentes literae situ obductae. *f*) *veclus;* ita Cod. diserte, non *vetlus,* quod expectes, et mox similiter *vitlus.* *g*) *chalcostegis* (χαλκοστεγὴς), sicut παντοστεγὴς, ταυτοστεγής. *h*) Ita plane Cod. mendo tribus punctis vocabulo priori praepositis, indicato. *i*) s . . . . *non suber;* legendum videtur: *sobrius* non *sober;* cf. Probi art. min. p. 247. V. *k*) Cf. Probi art. min. p. 251. V.

lus non mascel [a]) — lanius non laneo — iuvencus non iuvenclus — barbarus non barbar — equus [39]) [b]) non ecus — coquus [40]) non cocus — coquens non cocens — coqui non coci — acre non acrum — pauper mulier non paupera mulier — carcer non carcere — brabium [41]) non brabeum [42]) — pancarpus non parcarpus — Theophilus [43]) non izophilus [44]) — homfagium [c]) non monofagium — Byzacenus non Bizacinus — capsesys non capsesis [d]) — catulus non catellus [45]) — doleum non dolium [e]) — calida non calda [46]) — frigida non fricda — vinea non vinia [47]) [f]) — tristis non tristus — tersus non tertus — umbilicus non imbilicus — turma non torma — celebs non celeps — ostium non osteum — flavus non flaus' — cavea non cavia — senatus non sinatus — brattea [g]) non brattia — cochlea non coclia — cochleare [48]) non cocliarium — palearium non paliarium — primipilaris non primipilarius — alveus non albeus — globus [49]) non glomus — lancea non lancia — favilla non failla — orbis non orbs [50]) [h]) — formosus non formunsus [i]) — ansa non asa — flagellum non fragellum [51]) — calathus [52]) non galatus — digitus non dicitus — solea non solia — calceus non calcius — iecur non iocur — auris non oricla — camera non cammara — pegma non peuma [k]) — cluaca [l]) non clauaca [m]) — . . . . — ales non alis — facies non facs — cautes non cautis — plebes [53]) non plebis — vates non vatis — tabes non tabis — supellex [54]) non superlex — apes non apis — nubes non nubis — suboles non subolis — vulpes non vulpis — palumbes non palumbis — lues non luis — deses non desis — reses non resis — vepres non vepris — fames non famis — clades non cladis — Syrtes non Syrtis — aedes non aedis — senes non senis — proles non prolis — draco non dracco — oculus non oclus — aqua non acqua — alium non aleum [n]) —

---

39) equus — equs *Cod.* 40) coquus — coqus *Cod.* 41) brabium — bravium *Cod.* 42) brabeum — braveum *Cod.* 43) Theophilus — theofilus *Cod.* 44) izophilus — izofilus *Cod. forsitan legendum* ziophilus. 45) catulus non catellus *in Cod. bis ponitur.* 46) *In marg.:* utrumque dicitur. 47) vinia *Cod. ex em. pr m.* — vinea *a pr. m.* 48) cochleare — cocleare *Cod.* 49) globus — glovus *Cod.* 50) orbs — urbs *Cod. elemento primo deleto, altero propiori* τῷ u *quam* τῷ o. 51) fragellum *Cod.* τῷ r *puncto supposito.* 52) calathus — calatus *Cod.* 53) plebes — plevis *Cod.* 54) supellex — suppelex *Cod.*

a) Cf Probi fragm. de nomine §. 27. *b*) Cf. tamen Pierii castigatt. et variet. Virgilianae lectionis p. 112. ed. Paris. 1529. *c*) *homfagium*; ita Cod.; an legendum *omphacium?* *d*) Scriptum putes *capsessis*. *e*) doleum non dolium *tribus punctis vocabulo primo praepositis; legendum videtur:* dolium non doleum. *f*) Cf. Cassiodor. de orthogr. 2284 P. *g*) *brattea* i. e. *bractea*, cf. Cangium s. v. *bracteator*. *h*) Cf. Incert. nostrum de nom. et pron. §. 30. *i*) Cf. Pierii castigatt. et variett. Virgilianae lectionis p. 10. ed. Paris. 1529. *k*) Cf. *peumenen* ap. Plin. H. N. XXXIII. sect. 32. prope fin., pro quo Salmas. in Sol. p. 1082 legit *pegnymenen*. *l*) *cluaca*; ita Cod., cf. Schneider gramm. lat. I. 32. *m*) *clauaca*; vid. Cangii gloss. med. et infim. Lat. s. h. v. *n*) *aleum* (i. e. *allium*); eadem orthographia habetur in Cod. Corbeiensi Vegetii et in fragmentis hippiatricis, quae continentur in Cod. rescripto olim Bobiensi nunc Vindobonensi XVI.

lilium non lileum — glis non glir — delirus non delerus [a] — tinea non tinia [b] — exter non extraneus — chlamys [55] non clamus — vir non vyr — virgo non vyrgo — virga non vyrga — occasio non occansio — caligo non calligo — terebra non telebra — effeminatus [56] non imfimenatus — botruus [c] non butro [d] — grus non gruis — anser non ansar — tabula non tabla — puella non poella [57] — balteus non baltius — fax non facla — vicocapitis Africae non vicocaput Africae — vicotabuli proconsulis [58] [e] non vicotabulu proconsulis — vicocastrorum non vicocastrae — vicostrobili non vicostrobili [59] — teter non tetrus — aper non aprus — amygdala [60] non amiddola — faseolus [61] non fassiolus — stabulum non stablum — triclinium non triclinu — dimidius non demidius — turma non torma — p . . . . nus non pisinnus [f] — . . . . . rix non meneris [g] — aries non ariex — . . . . non persica — . . . . non disentericus [h] — . . . . non ababalsamum [i] — . . . . non esa . . . — daucus non draucus — auctor non autor — auctoritas non autoritas — . . . . . . — linteum non lintium — . . . . non ametra — terraemotus non terrimotium — . . . . . . — coruscus non scoriscus — tonitru non tonotru — passer non passar — anser non ansar — arundo non harundo — obses non . . . . . — capitulum non capiclum — noverca non novarca — nurus non nura — socrus non socra — neptis non nepticla — anus non anicla — tondeo [62] non detondo [63] — rivus non rius — imago non emago — pavor non paor — coluber non colober — adipes non alipes — sibilus non sifilus — frustrum [64] non frustum — plebs non pleps — garrulus non garulus — parentalia non parantalia — celebs non celeps [65] — poples non poplex — locuples non locuplex — robigo non rubigo — plasta non blasta — bipennis non bipinnis — hermeneumata [66] non erminomata [k] — thymum [67] non tumum — stropha [68] non stropa — bitumen non butumen — mergus non mergulus — myrta non murta — ziziber [l] non ziziper — iunipirus [69] non iuniperus [m] — tolerabilis [70] non tulerabilis — basilica non

---

[55]) chlamys — clamis *Cod.* [56]) effeminatus — imfimenatus *Cod.* [57]) poella *Cod. ex em. pr. m.* polla *Cod. a pr. m.* [58]) proconsulis — proconsolis *Cod.* [59]) vicostrobili. *Ita Cod.* τῷ s *tribus punctis notato.* [60]) amygdala — amycdala *Cod.* [61]) faseolus — fasseolus *Cod. ex em. pr. m.* fassolus *a pr. m.* [62]) tondeo — tundeo *Cod.* [63]) detondo — detundo *Cod.* [64]) frustrum; *ita Cod.* [65]) celeps *Cod. ex em. pr. m.* celips *a pr. m.* [66]) hermeneumata — ermeneumata *Cod.* [67]) thymum — tymum *Cod.* [68]) stropha — strofa *Cod.* [69]) iunipirus τῷ i *secundo superscriptum* e. [70]) tolerabilis — toleravilis *Cod.*

a) *delerus*; cf. Velium Longum de orthogr. 2233. P. et Cangii gloss. med. et inf. Lat. s. h. v. *b*) Legendum fortasse *tinea non tinia*. *c*) *botruus*; legendum forsitan *botrus* (βότρυς). *d*) *butro*; cf. Cangium gloss. med. et inf. Lat. s. h. v. *e*) *vicotabuli* p. non *vicotabulu* p.; ita plane Cod. *f*) Fortassis: *pisenus non pisinnus*. *g*) Legendum fortasse: *meretrix non meretris*. *h*) Legendum fortassis: *dysentericus non disentericus*. *i*) Legendum forsitan: *opobalsamum non ababalsamum*. *k*) Superscribuntur h. v. notae, ut videtur, *Tironianae*. *l*) *ziziber* Cod. pro *zinziber*. *m*) Legendum forsitan: *iuniperus non iunipirus*.

bassilica — tribula non tribla [71] — viridis non virdis — constabilitus non instabilitus — Sirena non Serena — musium vel musivum non museum [a] — labsus non lapsus — orilegium non orologium [b] — ostiae non hostiae [c] — Februarius non Febrarius — glari [72] non cracli [d] — allec non allex — rabidus non rabiosus [e] — tintinaculum non tintinabulum [f] — Adon [g] non Adonius — grundio non grunnio [h] — vapulo non baplo — nec ne non nec nec — passim non passi — numquit non mimquit [i] — numquam non numqua — nobiscum [73] non noscum — vobiscum non voscum — nescio ubi non nesciocube — pridem non pride — olim non oli — adhuc non aduc — idem non ide — amphora [74] non ampora.

---

39. Inter austrum et [75] ostrum hoc interest, quod austrum ventum significat; ostrum vero purpuram [76] esse demonstrat.

40. Inter hos et os hoc interest, quod hos pronomen significat; os vero vultum esse demonstrat [k].

41. Inter labat et lavat [77] hoc interest, quod labat nutat significat; lavat vero lotorem [78] esse demonstrat [l].

F. 51. r. 42. * Inter ebrium et ebriosum hoc interest, quod ebrium ad tempus multum bibisse [79] significat; ebriosum vero semper multum bibentem demonstrat [m].

43. Inter laetum et letum hoc interest, quod laetum gaudentem significat; letum vero mortem [80] esse demonstrat [n].

44. Inter capillatum et capillosum hoc interest, quod capillatum capillos grandes habentem significat; capillosum vero pilosum, id est, hirsutum [81] esse demonstrat [o].

45. Inter paene et pene [82] hoc interest, quod paene adverbium significat; pene vero novissimam partem corporis esse demonstrat [p].

46. Inter lascivum et petulantem et temulentum hoc interest,

---

71) tribla *ex em. pr. m., quae prius scripserat* tripla. 72) glari *Cod. ex em. pr. m.* gratu a pr. m. 73) nobiscum — noviscum *Cod.* 74) amphora — amfora *Cod.* 75) et = *Cod.* 76) purpuram — porpora *Cod.* 77) lavat — luat *Cod.* 78) lotorem — lotarem *Cod.* 79) bibisse — bibisset *ex em. pr. m.* bevisset *a pr. m.* 80) mortem — mortuum *Cod. male cf. not. l.* 81) hirsutum — hyrsutum *Cod.* 82) pene *ita diserte Cod. cf. not. n.*

a) Post h. v. notae, ut videtur, Tironianae. *b*) Fortasse legendum: *hostiae non ostiae.* *c*) Forsitan legendum: *horologium non orilogium.* *d*) Cf. supra §. 26. *e*) Notae, ut videtur, Tironianae in marg. *f*) Legendum fors *tintinabulum non tintinaculum.* *g*) Adon. cf. Probi art. min. p. 241. V. *h*) Notae, ut videtur, Tironianae, in marg. Ceterum cf. Nonium p. 464. Merc. s. v. *grundire.* *i*) Ita Cod. diserte. *k*) Cf. Incert. nostrum de diff. voc. p. 226. §. 8. *l*) Cf. l. c. §. 4. *m*) Cf. l. c. §. 5. *n*) Cf. l. c. §. 9. *o*) Cf. l. c. §. 6. *p*) Cf. l. c. §. 7. Ceterum in Isidori diff. sub lit. P. in fine haec leguntur sic: „*Inter pene et pene: pene adverbium est: pene turpissima pars corporis.*" Quare, nisi dicas Grammaticos hos ablativum *pene* comparasse cum adverbio *pene,* statuendum erit *hoc pene* in usu fuisse; quod si ita est, in loco Cl. Sacerd. I. §. 153: „*ropio autem est aut minium, aut piscis robeus, aut pene,* frustra mutavimus *pene* in *penis.*

quod lascivum satullum gestientem significat; petulantem autem libidinosum ostentat; temulentum vero satullum vinolentum [83]) esse demonstrat.

47. Inter inpurum et inpudicum hoc interest, quod inpurum patientem turpitudinem significat; inpudicum vero facientem turpitudinem demonstrat.

48. Inter ostentum et monstrum et prodigium [84]) et portentum hoc interest, quod ostentum et monstrum praesentia ostentent; prodigium autem et portentum futura significent.

49. Inter beneficum et veneficum hoc interest, quod beneficum bene facientem significat; veneficum autem veneni [85]) datorem esse demonstrat.

50. Inter habeo et abeo hoc interest, quod habeo retineo significat, abeo autem eo demonstrat.

51. Inter *mutum et mutuum hoc* interest quod mutum non *loquentem* significat, mutuum *vero alienam* rem esse demonstrat.

52. Inter orbum et caecum hoc interest, quod orbum, qui suos extulerit significat; caecum autem qui lumen non videt demonstrat.

53. Inter iuventatem et iuventam et iuventutem hoc interest, quod iuventatem Deam iuventae [86]) significet; iuventam autem aetatem designet; iuventutem vero multitudinem iuvenum esse demonstret.

54. Inter cornua et corna hoc interest, quod cornua animalium vel antennarum [87]) significat, at vero corna pomorum genus esse demonstrat.

55. Inter acerbum et acervum hoc interest, quod acerbum inmaturum significat, acervum vero acerum [a]) esse demonstrat.

56. Inter mala et malas hoc interest, quod mala poma significet, malas autem maxillas esse demonstret.

. . . .
. . . . [b]).

57. Inter sum et suum hoc interest, quod sum verbum significat; suum vero pronomen esse demonstrat.

. . . .
. . . . [c]).

---

[83]) vinolentum τὸ n *primum puncto imposito male damnatur.* [84]) prodigium — prudigium *Cod. sic et mox infra.* [85]) veneni *Cod. ex em pr. m.* venenum *a pr. m.* [86]) iuventae — iubentem *Cod.* [87]) antennarum — antemnarum *Cod.*

a) *acerum;* ita Cod. pro quo forsitan ponendum erit *molem;* certe in Isidori diff. sub litt. A. No. 43. habes: „*Inter acerbum et acervum: acervus per duas ·V· scribitur et significat molem; acerbus per ·B· scriptus, significat immaturum*" et apud Agroetium de orthogr. col. 2265. P.: „*Acervus molis est; acerbus immaturus*" item in Pseudo-Tullii libello de propriet. terminorum: „*Inter acervum et acerbum hoc interest, quod acervus moles est, acerbus immaturus et asper.*" *b*) Desunt quinque lineae. *c*) Desunt quinque lineae.

58. Inter aes et es hoc interest, quod aes metalli materiem designat; es autem verbum esse demonstrat.

. . . .
. . . . [a]).

59. Inter libidinem et lividinem hoc interest, quod libidinem qualitatem animi significat; at vero lividinem livorem [88]) corporis esse demonstrat.

60. Inter malum et malum hoc interest, si malum producte proferatur, velum vel arbor navis necesse est ut intellegatur; si vero malum correpte proferatur, id quod est pessimum necesse est, ut subaudiatur.

61. Inter iuvat [89]) et iuvat [90]) [b]) hoc interest, quod iuvat [91]) adiuvat significat; at vero iuvat delectat demonstrat.

62. Inter tubam et tubos hoc interest, quod tubam symphoniae buccinam [92]) significat; at vero tubos qui aquam mittunt esse demonstrat.

63. Inter barbam et barbas hoc interest, quod barbam hominum esse designat; barbas vero animalium esse demonstrat [c]).

64. Inter neutrum et neutrale hoc interest, quod neutrum nomen aut pronomen vel participium significat; neutrale vero verbum esse demonstrat.

65. Inter tuum et tum hoc interest, quod tuum pronomen significat; tum vero adverbium esse demonstrat.

66. Inter fragrat et flagrat [93]) hoc interest, quod fragrat [94]) odorem significat; flagrat vero splendorem demonstrat.

67. Inter theatrum et theatra hoc interest, quod theatrum moenia ipsa significat; theatra vero ludos scenicos esse demonstrat.

68. Inter dolum et dolorem hoc interest, quod dolum tergiversationem significat; dolorem vero corporis inquietudinem esse demonstrat.

69. Inter augurium et auspicium hoc interest, quod augurium avium cantum significat; auspicium vero cuiuslibet aspectum demonstrat.

70. Inter probum et probrum hoc interest, quod probum iustum significat; probrum vero ignominiosum esse demonstrat.

71. Inter cochlearium [95]) et cochleare [96]) hoc interest, quod cochlearium [97]) eum, qui cochleas [98]) vendit [99]) significat; cochleare [100]) vero argenteum esse demonstrat.

72. Inter Asprum et asperum hoc interest, quod Asprum voca-
F.51.v. bulum hominis esse intellegitur; * asperum autem non laeve [1]) esse demonstratur.

---

[88]) livorem — liborem *Cod.* [89]) iuvat — iubat *Cod.* [90]) iuvat *Cod. ex em. pr. m.* iubat *a pr. m.* [91]) iuvat — iubat *Cod.* [92]) symphoniae buccinam — symfoniae bucinam *Cod.* [93]) flagrat — fraglat *Cod.* [94]) fragrat — fraglat *Cod.* [95]) cochlearium — cocliarium *Cod.* [96]) cochleare — cocleare *Cod.* [97]) cochlearium — coclearium *Cod* [98]) cochleas — cocleas *Cod.* [99]) vendit — vindit *Cod.* [100]) cochleare — cocleare *Cod.* [1]) laeve — leve *Cod.*

a) Deest una linea. *b*) Duplicem significationem eiusdem vocabuli exponit; cf. not. h) ad Isidori diff. s. h. v. *c*) Cf. Servium ad Virg. Georg. III. 311.

73. Inter velit et vellit hoc interest, quod velit volentem significet; vellit autem eruit demonstrat.

74. Inter honestum et onustum hoc interest, quod honestum nobilem designat, onustum vero onus ferentem demonstrat.

75. Inter nympham et lympham [2]) hoc interest, quod nympham Deam significat; lympham autem aquam esse demonstrat.

76. Inter agmen et amnem hoc interest, quod agmen multitudinem universaliter [3]) esse demonstrat; at vero amnem fluvium esse designat.

77. Inter animam et animum hoc interest, quod anima sine differentia esse intellegitur; animus vero varius et mutabilis esse cognoscitur [4]).

78. Inter nigro et migro hoc interest, quod nigro, hoc est [a]), nigrum facio significat; migro [5]) autem loci demutationem [6]) demonstrat.

79. Inter abrogantem et adrogantem hoc interest, quod abrogantem aliis auferentem significat; adrogantem autem multum sibi [7]) praesumentem ostentat.

80. Inter serram et seram hoc interest, quod serram unde materies praeciditur designat; sera vero unde ostium tutatur esse demonstrat.

81. Inter forfices et forcipes hoc interest, quod forfices incisorias esse designat; forcipes vero tenaces esse demonstrat.

82. Inter annuit et abnuit hoc interest, quod annuit

. . . . [b]).

83. Inter procum et procerem hoc interest, quod procum petitorem nuptiarum designat; procerem vero principem esse demonstrat.

. . . .

. . . . [c]).

84. Inter nobilem et nobilem [8]) [d]) hoc interest, quod nobilem generosum significat, nobilem [9]) autem notum omnibus esse demonstrat.

85. Inter Syram et suram hoc interest, quod Syram gentis suae feminam designat; at vero suram partem pedis esse demonstrat.

86. Inter templa et delubra hoc interest, quod templa, ubi simulacra sint designat; delubra vero aream cum porticibus demonstrat.

87. Inter os et ora hoc interest, quod os vultum vel rostrum designat; oram vero ultimam partem uniuscuiusque rei esse demonstrat.

88. Inter suus et sus hoc interest, quod suus pronomen intellegitur; sus vero animal esse intellegitur.

89. Inter sartorem et sarcitorem hoc interest, quod sartorem

---

[2]) lympham — lymfam *Cod. et sic mox infra.* [3]) universaliter — ulter (*sic*) *Cod.* [4]) cognoscitur — cognuscitur *Cod.* [5]) migro — micro *Cod. sphalmate.* [6]) demutationem — demutatione *Cod.* [7]) sibi — sivi *Cod.* [8]) nobilem — novilem *Cod.* [9]) nobilem — novilem *Cod.*

a) *hoc est;* melius abesset. *b*) Desunt duae lineae. *c*) Desunt quindecim lineae. *d*) Duplex significatio eiusdem vocabuli ostenditur cf. not. b. ad §. 61.

agrum sarcientem significat; sarcitorem autem vestem sarcientem demonstrat.

90. Inter alvum et alveum hoc interest, quod alvum ventrem significat; alveum autem . . . cavam esse demonstrat.

91. Inter laminam et lamiam hoc interest, quod laminam tenuem cuiusque metalli rem designat; lamia vero animal esse demonstrat.

92. Inter oram et horam hoc interest, quod oram extremam partem cuiuslibet rei significat; horam vero quantitatem temporis esse demonstrat.

93. Inter quod et quot hoc interest, quod quod pronomen significat [10]), quot vero adverbium esse demonstrat.

94. Inter fatuum et fatum hoc interest, quod fatuum segnem [11]) designat; fatum vero fortunae decretum esse demonstrat.

95. Inter tempore et tempori hoc interest, quod tempore ablativum casum temporis significat; tempori vero adverbium esse demonstrat.

96. Inter Fructus et fructuus [a]) hoc interest, quod Fructus [b]) vocabula hominum accepimus, hoc est, nomina propria significamus; fructuus vero appellativa nomina esse pronuntiamus.

97. Inter visos et visuus [c]) hoc interest, quod visos participia significat; visuus vero nomen appellativum esse demonstrat.

98. Inter Bassos et bassuus hoc interest, quod Bassos nomina propria designat; bassuus [12]) vero appellativa nomina esse demonstrat [d]).

99. Inter similem et similantem hoc interest, quod similem talem significat; similantem vero mentientem demonstrat.

100. Inter ortus et hortus hoc interest, quod ortus processus significat; hortus vero agros amoenos esse demonstrat.

101. Inter sobriae et sobrie hoc interest, quod sobriae nomen designat; sobrie autem adverbium esse demonstrat.

102. Inter feminam et femina hoc interest, quod feminam hominem significat; femina autem femora esse demonstrat.

103. Inter marem et mare hoc interest, quod marem masculum [13]) designat, mare vero elementum aequoreum [14]) esse demonstrat.

104. Inter pyram et pirum hoc interest, quod pyram locum ardentem significat; pirum vero pomum esse demonstrat.

105. Inter principium et initium hoc interest, quod principium

---

[10]) significat — significet *Cod.* [11]) segnem — signem *Cod.* [12]) bassuus — vassuus *Cod. ex em. pr. m.* bassuus *a pr. m.* [13]) marem masculum — mare masculum *Cod.* [14]) aequoreum — aquareum *Cod.* [15]) carminis *Cod. ex em. pr. m.* τῷ m *vero tribus punctis notato,* carnis *a pr. m.*

a) Cf. Probi art. min. p. 232. V. *b*) *Fructi* nomen proprium apud Gruterum passim legitur, notus est etiam *Fructus* martyr, qui martyrium obiit anno 250. Vid. Cypriani epist. 21. (Lucianus Celerino). *c*) Cf. Probi art. min. p. 232. V. *d*) Cf. Probi art. min. p. 234. V. Append. §. 1. et Isidori diff. sub lit. B. No. 80.

primam partem carminis [15] [a]) significat; initium vero uniuscuiusque [16]) rei incidentis coeptum esse demonstrat.

106. Inter opus et operam hoc interest, quod opus id, quod fit, significat; operam vero a qua fit, esse demonstrat.

107. Inter foedum et foedus hoc interest, quod foedum turpe significat; * foedus vero iusiurandum esse demonstrat. F. 52. r.

108. Inter oblitum et oblitum hoc interest, quod oblitum correpte [17]) perfusum significat; oblitum [18]) autem producte [19]) immemorem esse demonstrat.

109. Inter concidit et concidit hoc interest, quod concidit correpte [20]) cecidit significat; concidit autem producte [21]) scidit esse demonstrat [b]).

110. Inter occidit et occidit hoc interest, quod occidit correpte [22]) mortuum significat; occidit autem producte [23]) interficit demonstrat.

Moror — conor — auxilior — ingredior — percontor — gratulor — grassor — loquor — molior — fungor — laetor — polliceor [24]) — suspicor — morior — largior — paciscor — suffragor — moderor — venor — insidior — epulor — auguror — privor — misereor — recordor — obsequor — adversor — gratificor — glorior — arbitror — . . . . . [c]) fabricor — diduor [d]) — moechor [25]) — repperior [e]) — rimor — scortor . . . . [f]) — amplexor — adgredior — obliviscor — adsequor — utor — fruor — execror — testor — vereor [26]) — metior.

Nunc hoc monemus, quod, exceptis supradictis deponentibus et communibus, quaecumque iam verba indicativo modo temporis praesentis ex prima persona ·R· littera terminantur, et ex sua specie non possunt facere verba activa, haec indiscreta qualitate accipiuntur . . . [g]) quod . e . . communis sive deponentis verbi potestate fungantur.

FELICITER.

---

[16]) uniuscuiusque — iniuscuiusque *Cod.* [17]) correpte — correptae *Cod.* [18]) oblitum — et oblitum *Cod.* [19]) producte — productae *Cod.* [20]) correpte — correptae *Cod.* [21]) producte — productae *Cod.* [22]) correpte — correptae *Cod.* [23]) producte — productae *Cod.* [24]) polliceor — polliceor *Cod.* [25]) moechor — moecor *Cod.* [26]) vereor *Cod. ex em. pr. m.* — vererior *a pr. m.*

[a]) Cf. Isidori diff. sub litt. P. No. 475. ubi legitur: „*Inter principium et initium: principium, prima pars: initium, uniuscuiusque rei incipientis* (sic) *coeptum*." Eiiciendum igitur videtur τὸ *carminis,* nisi ante h. v. inserere velis *exempli gratia.* [b]) *scidit esse demonstrat.* Haec supplevimus; post *producte,* ob membranam avulsam, praeter *s* et particulam τοῦ *e* nihil amplius superest. [c]) Lacuna, ob folii partem evulsam. [d]) *diduor;* ita diserte Cod.; legendum forsitan *dignor.* [e]) ita plane Cod.; legendum fortasse *operior.* [f]) Lacuna, e causa superius allata. [g]) Legendum putamus: *id est* vel *hoc est;* linea horizontalis saltim compendii v. *est* (ē) distincte adhuc apparet.

INCERTI GRAMMATICI

FRAGMENTUM DE PRAEPOSITIONIBUS [a].

E Codice Reg. Biblioth. Paris. No. 7520.

Praepositiones locorum quattuor vulgo servantur: ex, in, ad, ab. Duae primae quo itur et unde exitur significant, ut: in arcem et ex arce; duae sequentes quo aditur et unde abitur, ut: ad simulacrum et ab simulacro.

Antiqui in duabus praepositionibus ex et ab sequentes demebant litteras, si proximum verbum semivocalem primam aut mutam [1]) habiturum erat [b]), ut: e Galliae locis; quoniam ex minus levem compositionem facit. Hoc consuetudo non conservat; dicitur enim ex Gallia. Illud servamus, si vocales sequuntur ut praeponamus [2]) ·X· [c]): ex Eryco [3]), ex Olympo. Si sequitur ·I· aut ·U·, habetur ratio duplex antiquorum; nam si vocalis aliqua iungeretur, demebant ·X·: e Vaticano [4]), e Iudaea. Hoc consuetudo non servat. Si per se essent, sine aliqua vocali ·X· adiiciebant, ut: ex Illyrico [5]), ex Umbria. Item si ·H· praeponeretur: ex Hymetto [d]). Hoc servamus, et quidem si sequuntur voces, in quibus consonantes primae sunt, detrahimus ·B·, ut: a Capua, a Dertona [6]); in quibus vocales sequuntur ·B· praeponimus, ut: ab Erycinis [7]), ab Atheniensibus. Si ·I· aut ·U· sequatur, item ut supra, duo servantur modi: si per se sunt, ut: ab Illyrico [8]), ab Urbino [9]), si cum altera vocali, amittunt ·B· [e]), ut: a Venusia, a ianitore [f]).

---

[1]) mutam — mutum *Cod.* [2]) praeponemus — proponamus *Cod.* [3]) Eryco — euryco *Cod.* [4]) Vaticano — vaticiano *Cod.* [5]) Illyrico — illirico *Cod.* [6]) Dertona — destona *Cod.* [7]) Erycinus — ericinis *Cod.* [8]) Illyrico — illirico *Cod.* [9]) Urbino — urbiano *Cod.*

a) Praefigitur huic fragmento titulus: *Incipit ars Probi de ultimis syllabis*, quem ad catholica Probi spectare, eorundem subscriptio in eodem Codice satis demonstrat. *b*) Clarius haec leguntur apud Scaurum de orthogr. 2262 P., quem omnino ad hoc fragmentum contulisse non pigebit: *„Nam si id quod sequitur literam habet primam semivocalem aut mutam etc.“* c) ·X· supplevimus a seq. voc. forsitan absorptum. *d*) *Item* — *Hymetto.* Ita collato Scauro 2263 P. expressimus h. l., qui in apographo Codicis legitur sic: *item si y praeponeretur . x . . . .*; in reliquis ἀπογραφεὺς ductus Codicis obiter tantum imitatus videtur. Possis etiam, non mutato y in h, ratione habita orthographiae aevi Codicis nostri, legere: *item si y praeponeretur: ex ymetto.* *e*) Supplevimus: ·B·. *f*) Quae nunc sequuntur cum praecedentibus uno quidem tenore scriptas sensu tamen iis minime congruentia et valde corrupta felicioribus emendanda hic exhibemus: *„Est enim nunc 'genus dilatandi verba, quae ·IO· litteris finiuntur de quo abnesti* (sic) *fusti* (sic) *grammatic . .* (sic) *liber ad Asinium Pollionem* (Asinum Pollionum Cod.) *rectius dici veniebam, audiebam, salliebam, leniebam, molliebam, quam venibam, audibam, sallibam, lenibam, mollibam. Namque venio prima correpta veniebam, rursus prima correpta venebam* (sic), *non veniebam; audio, audiebam; audeo, audebam.*

MAXIMI VICTORINI

COMMENTARIUM SECUNDUM

DE FINALIBUS METRORUM.

E Codicibus olim Bobiensi nunc Vindobonensi XVI.
et Vindobonensi No. 3250.
post editiones principes
Mediolanensem et Romanam
denuo recensitum.

INDICATIO SIGLARUM.

B. Codex olim Bobiensis, nunc Vindobonensis No. XVI. Sec. VIII.
A. Codex Vindobonensis No. 3250. Sec. XV.
P. Editio Parrhasii. Mediol. Scinzenzeler 1504.
V. Editio princeps typis Vaticanis ab Angelo Maio e tribus Codd. Vaticanis haud valde antiquis Auctt. classic. Tom. III. Rom. 1831. p. 504. s. expressa.

MAXIMI VICTORINI

COMMENTARIUM SECUNDUM

DE FINALIBUS METRORUM [1]) [a]).

F. 46. v. col. a.

1. Quamquam [2]) de litteris et syllabis [3]) multiplex sit copiosusque tractatus, tamen is [4]) magis appetendus [5]) a nobisque [6]) susceptus est [7]), qui [8]) ad dimensionem [9]) pedum metrorumque perducit [10]).

2. Igitur litterae aut [11]) vocales dicuntur aut consonantes. Vocales V [12]): ·A· ·E· ·I· ·O· ·U·; consonantes vero reliquae omnes, quarum aliae semivocales [13]), aliae mutae. Semivocales sunt VII: ·F· ·L· ·M· ·N· ·R· ·S· ·X· [14]); mutae [15]) VIIII: ·B· ·C· ·D· ·G· ·H· ·K· ·P· ·Q· ·T·. Sed ex vocalibus duae [16]) ·I· et ·U· pro consonantibus habentur, cum vel [17]) secum iunctae fuerint, ut I u n o, v i t a [18]), vel aliis vocalibus praepositae, ut I a n u s, V e n u s [19]). Hoc etiam ·I· amplius praestat, quod in uno sermone inter duas posita vocales [20]), duplicis fungitur loco [21]), ut T r o i a, M a i a [22]).

---

[1]) Maximi Victorini Comentarium secundum De finalibus Metrorum *P.* — Incipit de finalibus metrorii *B.* — Metrorii Maximini de Longis et Brevibus *V.* = *A.* [2]) Quamquam *B. V. A.* — Quanquam *P.* [3]) et syllabis *B. A. P.* — et de syllabis *V.* [4]) is *B. P.* — hic *V. A.* [5]) appetendus *B. P.* — appetendus est *V. A.* [6]) nobisque *B. ex em. pr. m.* — nobis qui *V. A. P. B. a pr. m.* [7]) est *V. A. P. B.* (*puncto notatum*). [8]) qui *B. A. V.* — quique *P.* [9]) dimensionem *B. P.* — demensionem *V.* — defensionem *A.* [10]) perducit *B. P.* — producitur *V. A.* [11]) Igitur litterae aut *B. V. P.* — Litterae autem (= igitur) *A.* [12]) V. *B. A. P.* — ut (= V.) *V.* [13]) semivocales *B. P.* — sunt semivocales *V. A.* [14]) Semivocales . . . . ·X· *B. A. P.* = *V.* [15]) mutae *B. P.* — mutae sunt *V. A.* [16]) duae *V. A.* = *B. P.* [17]) cum vel *B.* — quom (*et sic saepius pro* cum) vel *P.* — vel cum *V.* — cum (= vel) *A.* [18]) vita *B. P.* — et vita *V. A.* [19]) Venus *B. P.* — et Venus *V. A.* [20]) posita vocales *B. P.* — vocales posita *V. A.* [21]) fungitur loco *B.* — loco fungitur *V. A. P.* [22]) Maia *B. P.* — graia *V.* — gaia *A.*

a) Praefatiuncula, quam habet Putschius in Servii tractatu de ultimis syllabis, at ignorat A. P. et V., omissa dedicatione in B. Fol. 47. v. col. 2. emaculatius legitur sic: „*In omnibus orationis partibus syllabae primae vel mediae quales sint, exemplis facilius* (*facile* Cod.) *est, quam arte colligere; quare nos de ultimis disputemus, quibus poetae, licet saepe vel licentia* (*licentiam* Cod. τῷ *m* expuncto), *vel necessitate* (*necessitatem* Cod. τῷ *m* iterum expuncto) *metri indifferenter utantur, non tamen idcirco qualiter se naturaliter habeant, nesciendum est. Ergo a nomine sumamus exordium tractantes pariter de latinis et his graecis, quae in nostram orationem videntur posse transferri.*"

3. DE CONSONANTIBUS [23]). ·L· et ·R· cum in eadem syllaba consonantibus postponuntur [24]) [a]), saepe deficiunt. ·S· etiam aliquotiens de metro excluditur. ·X· semper pro duplici [25]) habetur; ·Z· vero nonnunquam [26]). ·H· interdum [27]) consonantis fungitur loco [28]) [b]).

4. DE SYLLABIS LONGIS ET BREVIBUS [29]). Quae cum ita sint, ex his [30]) aut unius [31]) vocalis enuntiatione [32]) [c]), ut a [33]), aut connexione litterarum [34]) [d]), ut p r a e, syllaba procreatur [35]). Scilicet syllaba [36]) aut brevis [37]) [e]) est, aut longa, aut communis. Brevis est, quae correptam vocalem habet, ut a m o r, et non desinit in ·OS·, quam genetivus [38]) producit et monosyllaba [39]), ut [40]) d o s [f]), et [41]) non desinit [42]) in II consonantes, ut a r s, vel [43]) in unam duplicem, ut p i x [44]), vel in ·I· inter duas vocales constitutam [45]), ut a i o. Longa vero est [46]), cui quattuor ista contingunt, quibus indiget brevis, ut d o s, a r s, p i x [47]), a i o. Diphthongos [48]) sane semper [49]) est longa [50]) [g]).

5. DE COMMUNIBUS [51]). Communes syllabae fiunt modis VIII [52]). Cum correptam vocalem sequitur subiecta consonantibus liquida [h]); est

---

[23]) De consonantibus *B.* — De consonantibus et liquidis (*in marg. litt. miniatis*) *A.* = *V. P.* [24]) postponuntur *B. V.* — postponuntur ut clarus crater *P.* — praeponuntur *A.* [25]) semper pro duplici *B. V. A.* — pro duplici semper *P.* [26]) nonnumquam *B. V. A.* — nonnunquam *P.* [27]) ·H· interdum *B. P.* — Interdum ·H· *V. A.* [28]) loco *B. V. A.* — loco interdum aspirationis *P.* [29]) De syllabis longis et brevibus *B.* — De longis brevibusque syllabis *P.* = *V. A.* [30]) his *B. V. A.* — iis *P.* [31]) unius *B. ex em. pr. m. V. A. P.* — una *B. a pr. m.* [32]) enuntiatione *B. V. A.* — enunciatione si natura producat *P.* [33]) a *B.* (*frustra mutatum in* i *a manu glossatoris*) *V. A. P.* [34]) litterarum *B. V. A.* — litterarum si diphthongus sit *P.* [35]) ut prae syllaba procreatur *B. P.* — syllaba procreatur ut prae *V. A.* [36]) syllaba *B.* (*linea transversa deletum*) *V. A.* = *P.* [37]) brevis *B. V. A.* — natura brevis *P.* [38]) genetivus *B. A. P.* — genus *V.* [39]) et monosyllā *B.* — et monosyllaba *P.* = *V. A.* [40]) ut *V. A. P.* = *B.* [41]) et *B. P.* — aut *V. A.* [42]) non desinit *B. P.* = *V. A.* [43]) vel *B. P.* — aut *V. A.* [44]) pix *B. A. V.* — pax *P.* [45]) constitutam *B. V. P.* — constitutas *A.* [46]) Longa vero est *B. P.* — Longa vero syllaba est *V. A.* [47]) pix *B. A. V.* — pax *P.* [48]) Diphthongos *P. V.* — dypthongos *B.* — diptongus *A.* [49]) sane semper *B.* — sine iis semper *P.* — sine his semper *V. A.* [50]) longa *B. V. A.* — longa ut aes *P.* [51]) De communibus *B.* — De communibus syllabis *V. A. P.* [52]) fiunt modis VIII *B. ex em. pr. m.* — fiunt modis octo *P.* — modis octo fiunt *A.* — modis octo sunt *V.* — fiunt modis VIIII *B. a pr. m.*

a) *Postponuntur.* Additur in marg. ab ead., ut videtur, m.: *ut clarus, frater.* b) *loco.* Additur ab ead. m.: *interdum adspirationis.* c) *unius . . . . enuntiatione.* Superscrib. gl.: *si natura producat.* d) *connexione litterarum.* Superscrib. gl.: *si diphthongus* (*diptonga* Cod.) *sit.* e) *brevis.* Superscr. gl.: *natura.* f) *et non . . . . dos.* Haec ab ead. m. margini adscripta sunt. g) *longa.* Superscrib. gl.: *ut, aes* h) *liquida.* Superscrib. gl.: *Hoc in una parte orationis observandum;* et alia gl. ad eundem locum in marg.: *De ·L· et ·R· liquidis exempla facilia sunt; de ·M· et ·N· rara sunt: ut: Atridas Priamumque* (Virg. Aen. I. 458), *et nec solus* (sic Cod.) *tangit ·A·* (*Atridas.* Virg. Aen. IX. 138). *·M· liquescit saepe inter duas vocales posita, ut: multum ille* (Virg. Aen. I. 3); *saepe iuvat* (similiter Max. Victorinus de rat. metr. p. 294. L.: *easque* (consonantes), *ut poetae voluntas est, proinde auxiliantur* (i. e. iuvant) *aut cedunt* (i. e. liquescunt), *ut: Heu! nimium virgo* (Virg. Aen. XI. 841.)

enim longa [53]) ita — vasto Cyclopis [54]) in antro [a]) — brevis ita [55]) — vastosque ab rupe Cyclopas [56]) [b]) — Aut cum correpta vocalis in unam desinit consonantem sequente ·H·, est enim longa [c]) ita [57]) — Terga fatigamus hasta [d]) — brevis ita — Quisquis honos [58]) tumuli [e]) — Aut [59]) cum correptam vocalem II consonantes sequuntur [60]), quarum prior ·S· littera est [61]); est enim longa [f]) ita — Unde spissa coma [g]) — brevis ita — Ponite: spes sibi quisque [62]) [h]) — Aut cum brevis syllaba partem terminat [63]) orationis; est enim longa ita — Nam tibi, Tymbre [64]), caput Evandrius abstulit ensis [65]) [i]) — brevis ita — Hoc caput [66]) o cives [k]) — Aut cum diphthongon [67]) vocalis statim sequitur [68]); est enim longa ita — Musae Aonides [69]) [l]) — brevis ita — Insulae Ionio in magno [m]) — Aut cum longam vocalem sequitur alia [70]); est enim longa ita — O ego infelix [n]) — brevis ita — sub Ilio alto [71]) [o]) — Aut cum pronomen ·C· littera terminatum vocalis statim [72]) subsequitur; est enim longa ita [73]) — Hoc erat alma parens [p]) — brevis ita [74]) — Solus hic inflexit sensus [q]) — Aut cum correptam vocalem sequitur ·Z·; est enim longa ita — Mezenti [75]) ducis exuvias [76]) [r]) — brevis ita — nemorosa Zacynthos [77]) [s]) —

---

53) est enim longa *B. A. P.* = *V.* 54) Cyclopis *B. P.* — Cyclopes *V. A.* 55) ita *B. A. V.* — sic *P.* 56) Cyclopas *B.* — Cyclopes *V. A. P.* 57) ita *B. A. V.* — ut *P.* 58) honos *B. V. P.* — honus *A.* 59) Aut *V. A. P.* — A *B.* (*neglecta scilicet lineola horizontali super A, solenni* τοῦ aut *compendio*). 60) sequuntur *B. V. P.* — secuntur *A.* 61) prior ·S· littera est *B. P.* — prior est ·S· littera *V.* — prior est ·S· (= littera) *A.* 62) quisque *B. V.* — quisque suas *A. P.* 63) terminat *B. A. V.* — finit *P.* 64) Tymbre *B. A.* — Thymbre *V. P.* 65) Evandrius abstulit ensis *B. V. P.* = *A.* 66) Hoc caput *B. V. P.* = *A.* 67) diphthongon *V.* — dyptōn. *B.* — diptongon *A.* — diphthongum *A.* 68) sequitur *B.* — subsequitur *V. A. P.* 69) Musae Aonides *B. V. P.* — mense oenides (*sic*) *A.* 70) longam vocalem sequitur alia *B. P.* — longam vocalis sequitur (= alia) *V.* — longam vocalis subsequitur (= alia) *A.* 71) Ilio alto *B. ex em. pr. m. P. V.* — illo alto *A.* — Ilio alta *B. a pr. m.* 72) statim *B. P.* = *V. A.* 73) ita *B. V. P.* = *A.* 74) ita *B. P.* — in hoc (*pro* ita) *V. A.* 75) Mezenti *B. ex em. pr. m. P. V. A.* — Mezentii *B. a pr. m.* 76) exuvias *B. P.* — exuvias vidi (*sic pro* tibi *V. A.* 77) Zacynthos *V. P.* — Zachyntos *B.* — iacinctus *A.*

a) Virg. Aen. III. 617. b) Virg. Aen. III. 647. c) *longa* Superscrib. gl.: *finita parte orationis in vocali non fit.* d) Virg. Aen. IX. 610. e) Virg. Aen. X. 493. f) *longa.* Superscrib. glossa: *hic modo* (*mod.* Cod.) *finita parte orationis in vocali fit.* g) Locus incerti poetae et ab aliis Grammaticis laudatus; cf. Lindem. ad Pomp. p. 47. s. h) Virg. Aen. XI. 309. i) Virg. Aen. X. 394. k) Virg. Aen. XII. 572. l) Incerti poetae locus, laudatus et ab aliis Grammaticis; cf. not. Lindem. ad Pomp. p. 50 cui superscrib. gl: *quia longae semper adiectione minuuntur, ut: fabricaeque adiecto pondere ruunt,* qui locus, cuinam auctori debeatur, ignoramus. m) Virg. Aen. III. 211. n) Eadem habes pleniora apud Serv. 1802. P. *O ego infelix, quem tu fugis;* putamus utroque loco innui Horat. Epod. XII. 25: *O ego non felix, quam tu fugis.* o) Virg. Aen. V. 261. p) Virg. Aen. II. 664. q) Virg. Aen. IV. 22. r) Virg. Aen. XI. 7; cui superscrib. gl.: *in una parte fit: et cui pater ut* (ita Cod. pro *haud*) *Mezentius esset* (Virg. Aen. VII. 654.) s) Virg. Aen. III. 270.

Haec de positione dixisse sufficiat [78]). Nam quod [79]) ad naturam pertinet, licet artis praecepta deficiant [a]), primas syllabas solis confirmamus exemplis; medias in latino sermone accentu probamus; ultimas arte colligimus [80]) [b]).

16. Sunt syllabae, quae in primis sonum longum demonstrant, et breves sunt, ut prohibitus, profanus, professus [11]), profudit, disertus, diremptus, direxit. Item a contrario [12]), quae sunt longae, putantur breves, ut obicio, subicio [a]). Diana communis syllaba, ut — Exercet Diana choros [b]) — et — novus iste Dianae [c]) — ita nos has breves habemus; haec licentia poetarum est.

---

[10]) male. *Post h. v. sequitur in Cod.* magne *ab ipso librario expunctum.* [11]) professus *Cod. ex em. pr. m.* — profersus *a pr. m.* [12]) a contrario; *ita diserte Cod.*

a) Cf. Serv. ad Aquil. l. c.. *b*) Virg. Aen. I. 499. *c*) Virg. Aen. XI. 537.

DE STRUCTURIS SEU DE COMPOSITIONIBUS PEDUM [a]).

E Codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi No. XVI.
et Regio Parisiensi No. 7530.

1. Quattuordecim [1]) tibi [2]) structurarum [3]) praecepta transmisi ex quibus velut gubernaculum compositionum teneres [4]). Hinc enim reliquas aut per ampliationem aut per solutionem temporum [5]) nasci [6]), si animadverteris [7]), comprobabis [8]).

Ex trochaeo [9]) et palimbacchio [10]), ut doctus orator.
Ex trochaeo et molosso, ut sacra maiestas [11]).
Ex trochaeo et paeone [12]) tertio, ut poena capitalis.
Ex trochaeo et paeone primo, ut fracta navicula.
Ex trochaeo et ionico maiore, ut vita felicior.
Ex tribrachi et palimbacchio, ut timidus auditor [13]).
Ex tribrachi et molosso, ut misera libertas [14]).
Ex spondeo [15]) et bacchio, ut fulmen tonantis.
Ex dactylo et ditrochaeo [16]), ut Romulus amputavit.
Ex anapaesto [17]) et ditrochaeo, ut oculus virginalis [18]).
Ex amphimacro [19]) et ditrochaeo, ut optime cantitastis [20]).
Ex dactylo et antispasto, ut dedecus amicorum.
Ex anapaesto et antispasto, ut cupidus voluptatum [21]).
Ex amphimacro et antispasto, ut impetus retardavit [22]).

Explicit feliciter [23]).

---

[1]) Quattuordecim *ita R.* — XIIII. *B.* [2]) tibi = *R.* [3]) structurarum; *ita R.* — instructurarum *B.* τῷ in *expuncto.* [4]) teneres *B.* — teneris *R.* [5]) temporum *inter lin. a pr. m. B.* = *R.* [6]) nasci *B.* — nam *R.* [7]) si animadverteris *B.* — acrius si animum adverteris *R.* [8]) comprobabis *B.* — comprovabis *R.* [9]) trochaeo *B.* — trocheo *R. const.* [10]) palimbacchio *B.* — palinbacchio *R.* [11]) maiestas *B.* — malestas *R.* [12]) paeone — peone *B. et R. const.* [13]) *Exemplum* = *R.* [14]) *praeter exemplum allatum alterum:* facere consuerunt *affert R.* [15]) spondeo *B.* — spondio *R.* [16]) ditrochaeo — ditrocheo *B. et R. const.* [17]) anapaesto — anapesto *B. et R. const.* [18]) oculus virginalis *R.* — oculos virginales *B. a pr. m.* — oculus virginalis *ex em. pr. m.* [19]) amphimacro *B.* — amfimacro *R.* [20]) cantitastis *B.* — cantavistis *R. perperam.* [21]) *Pro hoc exemplo aliud:* novitas retardavit *affert R.* [22]) *Structuram hanc simul cum exemplo* = *R.* [23]) Explicit feliciter *B.* = *R.*

a) Titulum, qui abest a Cod. Bob. restituimus e Cod. Reg. Paris.

2. [a]) Hae XIV clausulae possunt et ita esse:
Ex trochaeo et molosso, ut **fortis Aeneas.**
Ex trochaeo et antibacchio, ut **doctus orator.**
Ex trochaeo et paeone III, ut **templa revocavit.**
Ex trochaeo et ionico minori [24]), ut **fata repararint.**
Ex trochaeo et ionico maiori, ut **arva Iunonia.**
Ex tribrachi et molosso, ut **revocat insanos.**
Ex tribrachi et palimbacchio, ut **reparat orator,**
Ex tribrachi et ionico maiori, ut **numerat impendia.**
Ex spondeo [25]) et amphibrachi [26]), ut **mentes nocentum.**
Ex spondeo et amphibrachi, ut **calcans amicum** [b]).
Ex quinque longis, quarum media brevis est, ut **felicitates** [c]).
Ex amphibrachi [27]) et ditrochaeo, ut **insulam comparavit.**
Ex dactylo et ditrochaeo, ut **optimus imperator.**
Ex dactylo et epitrito II, ut **arbiter imperandi.**

[d]) Sed et [28]) has, quas memoravi clausulas, si acrius [29]) advertas in duarum generalium numerum reputabis [30]), ex trochaeo et molosso, tribrachi et ditrochaeo. Vale [31]) [e]).

---

3. Clausulae his placentes temporibus huiusmodī esse noscuntur:
Ex trochaeo et antibacchio, ut **templa deiecit.**
Ex trochaeo et paeone [32]) III, ut **corpus animavit.**
Tertia clausula [33]), si quemcumque pedem ditrochaeus [34]) terminet finem [f]), ut **accepit cantilenam.** Feliciter.

---

4. Hi pedes, quotiens trochaeus locum penultimum tenet, sunt congrui structuris:
Molossus, ut **natus** [35]) **Aeneas.**
Ionicus minor, ut **ipse Diomedes.**
Ionicus maior, ut **ipse Iunonius.**
Choriambus, ut **ite canticuli.**
Paeon primus, ut **iste legitimus.**

---

[24]) minori — maīno *B.* τῷ a *deleto.* [25]) spondeo — spondio *B. et mox iterum.* [26]) amphibrachi — amfibrā *B. et mox* anfibrachy. [27]) amphibrachi — anfibr̄. *B.* [28]) et = *R.* [29]) acrius *B.* — acriter *R.* [30]) reputabis *B. ex em. pr. m.* — reportabis *a pr. m.* — portabis *R.* [31]) ex trochaeo — Vale = *R.* [32]) paeone *Cod. ex em. pr. m.* — peone *a pr. m.* [33]) clausula *Cod. int. lin. ab ead. m.* [34]) ditrochaeus — dítrocheus *Cod.* [35]) ut natus *Cod. int. lin. ab ead. m.*

a) Quae hic sequuntur usque ad vv. *Sed et has* absunt a Cod. Reg. Paris. *b*) Eandem cum priore structuram, alio exemplo allato, repetit. *c*) Ita Cod. diserte. Legendum fortassis: *Ex quinque syllabis, quarum tertia brevis est.* *d*) Redit Cod. Reg. Paris. *e*) Desinit Cod. Reg. Paris. *f*) Constructio graeca.

5. Quotiens vero pes praecedit, qui mediam brevem habet, id est, am-
F. 70. r. phimacros dactylus [36]), tribrachys, hi ergo subiciendi sunt: * ditrochaeus, ut sidera iudicabant; antispastus, ut Helena maritalis. Carina repercussa [a]).

6. Quotiens autem spondeus praecedit, bacchius postponendus, ut fulmen tonanti; vel molossum et amphibrachyn [37]), invadit tonantem, ut addas syllabam, nam metrum est. Quidam metrici hoc metro scribunt: fulmen tonantis.

7. Hae sunt optimae structurae, quae ex trochaeo et molosso constant, quem molossum praeposito trochaeo ita solvis, aut ipsum trochaeum solvas in tribrachyn [38]), ut naturae tribuit.

8. Si autem volueris ampliationem facere, praeponis istis pedibus quinarum syllabarum quosvis alios in elocutione, qui quidem non quaeruntur, si longi sunt aut breves, hoc etenim tantum requiretur penultimus et ultimus, non antepenultimus et superiores, excepta hac structura, quae [39]) quinque breves habet et est barbarismus Afer, vel ex longis Hispanus. Quot debeamus in fine clausularum observare [40]). Vel ne sint III longae, aut IIII breves, ne monosyllabo [41]) pars orationis terminetur, ne sint III trochaei, ne sit versus heroici principium vel finis, et ne sint duae breves, tres longae et tres dactyli. Clausulae non solum pleno sensu debent fieri, verum et in commatibus singulis et divisae et plenae fiant. Sane in oratore ait Tullius hoc esse vitandum:

Quinque breves, totidem longas [b]) triplicemque trochaeum
Heroicique caput finemque cavete diserti.

9. Initium versus, ut puta: vota Minerva iuvat; penthemimeres [42]) est; finem: vera potestas.

10. Optimae structurae hae sunt duae: ex trochaeo et molosso, ut — laetus Aeneas — item ex trochaeo et paeone tertio, ut — poena capitalis.

11. Sed ut [43]) brevissime, ait Probus, de structuris delectantibus doceamus, observandum est [44]), ne aut versum heroici metri faciamus, aut in natura [45]) longam syllabam penultimo verbo terminato trisyllabo [46]) finiamus [47]), ceteris pene omnibus auditores possumus delectare. Est autem structura verborum compositio, dicta a struendo, id est, conponendo,

---

36) dactylus — dactilus *Cod.* 37) amphibrachyn — amphibracin *Cod.* 38) tribrachyn — tribrachin *Cod.* 39) quae *Cod. ex em. pr. m.* — quia *a pr. m.* 40) Quot d. i. fine c. o. — quos d. i. finem c. o. *Cod.* 41) monosyllabo — monosyllā *Cod.* 42) penthemimeres — pentemimeres *Cod.* 43) ut *supplevimus e Probo.* 44) observandum est. *Sic emendavimus e Probo pro vitioso* observantes *Cod.* 45) natura — naturam *Cod.* 46) trisyllabo — trissyllabo *Cod.* 47) finiamus *ita e Probo corrigimus pro vitioso* faciamus *Cod.*

a) *Carina repercussa.* Hoc et non pauca in sequentibus corrupta sunt, quae sagacioribus emendanda relinquimus. Satis nobis fuit ea ad fidem Codicis religiose exhibere. b) *longas.* Ita scribimus pro vitioso *longae* Cod.

unde structores compositores[48]) alicuius rei dicti. Hae[49]) quamvis in omni oratione[50]) servari debeant[51]), tamen maxime in verbis duobus, novissimo[52]) et penultimo sunt delectabiliter componendae.

---

48) compositores *supplevimus e Probo.* 49) Hae; *ita emendavimus e Probo pro vitioso* haec *Cod.* 50) oratione — ratione *Cod.* 51) debeant — debeat *Cod.* 52) novissimo *Cod. ex em. pr. m.* — novissimis *a pr. m.*

EXCERPTUM E POMPEII COMMENTO ARTIS DONATI.

E Cod. Monasterii S. Pauli in Valle Lavantina No. XXIV. Sec. VIII.

POMPEIUS [a].

F. 2. r. col. a. 1. Partes orationis Donatus quidem VIII definivit [1]; Aristoteles [2]) [b]), Stoici V. Ideo dixit [c]): multi plures, multi pauciores partes orationis putant. Et si quaerimus [3]), Aristoteles [4]) bene definivit [5]), nomen et verbum. Nam reliquae [6]) velut appendices hinc originem trahunt. Non potest enim, ut sciatur res, nisi nomen fuerit. Ex nomine autem nascitur pronomen, quia ipsius officio fungitur; nihil enim interest; si dicas ego, aut si dicas ego Valentianus. De verbo nascitur participium. Participium dictum est quasi particapium. Adverbium de nomine, quasi doctus [7]) docte. Coniunctio vero vel praepositio vel interiectio iam in [8]) orationem [9]) compositam cadunt. Ideo nonnulli quinque partes definiunt [10]), quia sunt istae superfluae [11]). Graeci [12]) interiectionem non habent; nos articulum non adnumeramus, ceterum habemus, sed iunximus [13]) cum pronomine. Inter articulum autem et pronomen hoc interest, quia articulus [14]) est, cum nomini iungitur, ut hic Aeneas; pronomen autem: hic, haec, hoc.

2. Plerique, qui artem scribunt, a definitione ipsius artius inchoant et quaerunt quid est ars? et ita definiunt [15]): Ars est rei cuiusque [d]) scientia. Quaeritur [16]) enim etymologia [17]) ipsius artis. Multi dicunt artem esse ἀπὸ τῆς ἀρετῆς [18]), id est, a virtute. Nam virtus dicitur apud Graecos [19]) scientia omnium rerum, sicut aput Latinos dicta est ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς [20]), id est, a virtute, a scientia uniuscuiusque rei. Alii refutaverunt istam de-
col. b. finitionem et dixerunt, artem esse dictam, quod artis praeceptis * cuncta

[1]) definivit *Cod.* [2]) Aristotilis *Cod.* [3]) querimus *Cod.* [4]) Aristotiles *Cod.* [5]) difinivit *Cod.* [6]) reliqui *Cod.* [7]) dotus *Cod. a pr. m.* [8]) in; *ita scribimus* — vel *Cod. a pr. m.* — inter *in marg. a rec. m.* [9]) orationum *Cod. a pr. m.* [10]) difiniunt *Cod.* [11]) superflue *Cod.* [12]) Greci *Cod.* [13]) iunxit *Cod.* [14]) articulum *Cod.* [15]) desiniunt *Cod.* [16]) queritur *Cod.* [17]) ethimologia *Cod.* [18]) apo tes arites *Cod.* [19]) Grecos *Cod.* [20]) apos arites *Cod.*

a) *Pompeius.* Titulus hic ab al. m. est appositus. *b*) Excidit II. Cassiodorus 2323 P.: *curavimus aliqua de nominis verbique regulis pro parte subiicere, quas recte tantum Aristoteles orationis partes adseruit;* cf. quoque Pomp. p. 83. Lindem. *c*) Scil. Donatus. *d*) Hic incipit editio Lindem., ubi vero legitur: *uniuscuiusque.*

concludat; et nihil verius. Nam sex casus sunt et omnia nomina per istos sex casus decurrunt. Quinque sunt modi et omne verbum per eos declinatur. Ergo arte et adstricte definitiones [21]) quaedam effectae sunt, per quas currunt. Ars ergo dicta est ab eo, quod artis praeceptis multa contineat. Multi ergo dicunt ab arte inchoandum esse. Et quare hoc dicunt? Quia ab ipsa parte [a]) tractatum est, et quoniam debemus primum scire hoc ipsum, quod dicimus, et postea, quae sit ipsa res, discere. Sed hoc ex superfluo [22]) est. Ars potest dici et tonsoris, et medici, et lanarii [23]), et plumarii.

3. Multi et a voce inchoant [24]) ea ratione, quoniam litterae de voce sunt natae [25]) et non possumus pervenire [26]) ad secundam, nisi dixerimus primam partem. Nec hoc verum est, sed qui inchoat artem, debet inchoare ab VIII partibus orationis. Qua ratione? Quia, qui artem ipsam [27]) scribit, grammaticus dicitur. De arte autem tractare quid est, nisi vox philosophorum est [b]). De litteris tractare omnium hominum est. Nam et orator quaerit litteras discere et grammaticus, similiter et magister ludi. Nam de partibus tractare, hoc grammatici est. Idcirco etiam Donatus inchoavit ab ipsis partibus. Perite et callide exclusit omnia illa de voce, de littera, quae [28]) propria sunt aliorum aut communia [29]) multorum, non tamen est ipsius proprium.

4. Inchoat igitur ab VIII partibus orationis. Oratio dicitur eloquutio, et dicta oratio quasi oris ratio. Haec est [c]) ipsa prima pars; VIII res tantum significat: nomen, pronomen, * verbum, adverbium, participium, F. 2. v. col. a.
coniunctio, praepositio, interiectio [d]). Vide nunc singularum proprietates [30]).

5. Quare dictum est nomen? Quoniam per hanc partem res notas invenimus. Unde sciremus, quomodo diceretur columna? Dicis mihi, columna dicitur. Ecce didici [31]); postea, etiam si illam non videam et nomines mihi columnam, illa notitia venit ad animum meum. Ideo dictum est nomen, quod notas res nostris animis suggerit, id est, quia efficiat nobis res notas. Et bene primum positum est nomen. Non enim potes tractare de littera, de voce, nisi prius scias, quid est hoc ipsum etc.

---

[21]) difinitiones *Cod.* [22]) superflua *Cod.* [23]) lanari *Cod.* [24]) incheunt *Cod.* [25]) nate *Cod.* [26]) praevenire *Cod.* [27]) ipsum *Cod.* [28]) litteraque *Cod.* [29]) commonea *Cod.* [30]) propriaetates *Cod.* [31]) dedici *Cod.*

a) *parte.* Ita quoque ed. Lindem. p. 4. *b*) Meliora habes in ed. Lindem. l. c., cuius quoque cf. notam. *c*) Ed. Lindem. l. c. bene omittit *est.* *d*) *coniunctio* . . . . *interiectio.* Ita Cod. nominativo, ubi ed. Lindem. recte habet accusativum.

F. 43 v. col. a.

INCIPIT TRACTATUS SERVII IN DONATI LIBRUM.

E Cod. Monasterii S. Pauli in Valle Lavantina No. XXIV.

1. Plerique artis grammaticae latores in principio proemiis [1]) usi sunt, quod galeatum [2]) principium dicitur. Hic vero huius artis peritus ab ipsis partibus orationis docendi sumsit exordium, ne rudis adhuc studentium sensus tamquam inmensae silvae [3]) perplexitatem ingrediens versutias callidi sermonis perhorresceret. Hic enim Donatus V. C. D. [a]) Vergilianum carmen vel Terenti [4]) Comoedias [5]) mirifice commentavit. Scaurus vero hinc coepit: Ars est cuiusque rei scientia usu vel traditione suscepta, quia artem doctrina vel usu cotidiano percipimus; cum enim docemus, discimus; frequenti enim meditatione illa, quae didicimus [6]), observamus, sicuti Socrates philosophus [7]) dicit: Quae nosti conserva meditationibus, quae autem non *di*dicisti [b]) adsume disciplinis. Ars autem dicta est *eo* quod artius ad peritiam urgeat pertendentes. *Ars* grammatica praecipue consistit in intellectu *poe*tarum et in recte scribendi loquendive *rati*one. Grammatica ἀπὸ τῶν γραμμάτων [8]) *vocata* est; unde et Latini a lit*teris* deriv*arunt* [9]) litteraturam; item grammaticum *litterat*orem. Vox enim facit litteram, lit*terae faciunt* syllabam, syllabae faciunt *partes* orationis. Vox est aer ictus sensibilis *audit*u vel visu emissa [10]) sensus et exacta perlatio [c]). Vox enim aut articulata est aut inarticulata. Articulata est quae auditur et percipitur et est interpretabilis [11]), intellectum habens, vel faciens litteram. Articulata vox litteris conprehendi [12]) potest, inarticulataque est, quae audiri potest, intellegi non potest, ut vagitus infantis, balatus ovis, hinnitus [13]) equi, mugitus bovis. Litteris praeponenda [14]) vox est ideo, quia non littera elementum [15]) tribuit voci, sed vox litteris. Elementum est dictum quasi elevamentum. Littera enim elementum vocis articulatae a quo initium sumitur incrementum [d]), ut Terentianus [16])

---

[1]) primiis *Cod.* [2]) galiatum *Cod.* [3]) silbae *Cod.* [4]) Terenti; *ita Cod.* [5]) comedias *Cod. a pr. m.* [6]) dedicimus *Cod.* [7]) philosofus *Cod.* [8]) appo (*p. altero expuncto*) ton grammaton *Cod.* [9]) descriva *Cod. quod nos correximus in* deriva. [10]) emisa *Cod.* [11]) interpretabiles *Cod.* [12]) conpraehendi *Cod.* [13]) innitus *Cod.* [14]) preponenda *Cod.* [15]) elimentum *Cod. et mox infra bis.* [16]) Terrentianus *Cod.*

a) *V. C. D.* i. e. *Vir Clarissimus Donatus,* oblitus est scriptor se iam antea posuisse nomen Donati. b) Literis inclinatis expressa supplevimus; particula enim Codicis evulsa est. c) *vel visu....perlatio.* Ita corrupte Cod. d) *articulatae ... incrementum.* Verba haec sic transponenda videntur: *articulatae, initium a quo sumitur incrementum.*

metra docens [17]) ait: Elementa rudes quae [18]) pueros docent magistri [a]). Syllabis enim exprimitur * brevis [19]) dictio vel numerosa, quae col.b. multiplicem conplet orationem. Elementum [20]) ergo est uniuscuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quo solvitur. Dictionum genera sunt tria. Aut enim dramaticos [21]) est, aut diegematicos, aut mictos [22]) [b]). Dramaticos est, ubi personae solae loquuntur, sicut est prima ecloga [23]) bucolicorum [c]); diegematicos est ubi solus poeta loquitur, ut est in quarta ecloga cuius principium est: Sicelides Musae; mictos est, ubi et poeta loquitur et persona, ut secunda ecloga: Formosum [24]) pastor.

2. DE PARTIBUS ORATIONIS. Oratio dicitur elocutio, quasi oris ratio. Huius orationis, id est, locutionis, octo sunt significationes. Quidquid enim loquimur octo habet significationes, id [d]) partes. Aristoteles [25]) quidem dicit decem esse categorias. Addit duas, quae ad Grammaticos non pertinent ἐνεργείαν [26]) et ὑπόστασιν [27]), id est, id quod facit et id quod substantia est. Sed quantum ad Grammaticos, octo sunt partes, quae hac pagina conscriptae noscuntur. Partium orationis discretio [28]), ut puta si dicas, volo pergere [e]) ad forum et videre aut salutare amicos. Volo verbum est, ire verbum est, ad praepositio [29]) est, forum nomen est, et coniunctio est, videre vel salutare verba sunt, amicos nomen est. Nec [30]) [f]) alteram significationem invenisti. Nulla est pars orationis, quae non una sit de istis octo. Nunc videamus, quare sic appellatae sunt ipsae partes orationis, id est, quare dictum est nomen, quare pronomen, quare verbum, quare adverbium, quare participium, quare coniunctio, quare praepositio [31]) vel quare interiectio.

3. DE NOMINE. Nomen dictum quasi notamen; notas enim rerum tenet. Cum maiores nostri viderent rerum naturam [32]) et nescirent quemadmodum appellarent, constituerunt sibi nomina, quibus diversa appellarent, ita ut propriis [33]) nomina [g]) vocabulis absentia praestolarent [34]), sic ut dicerent hominem, * leonem, avem et cetera. F. 44. r. col. a.

---

[17]) doces *Cod.* [18]) elimenta redesque *Cod.* [19]) brebis *Cod.* [20]) elementum; *sic h. l. Cod.* [21]) drammaticos *Cod. et sic mox infra bis.* [22]) mistos *Cod. a pr. m. et sic mox infra.* [23]) hegloga *Cod. const.* [24]) Formonsum *Cod.* [25]) Aristotiles *Cod.* [26]) energyan *Cod.* [27]) ypostasyn *Cod.* [28]) discritio *Cod.* [29]) prepositio *Cod.* [30]) Ne *Cod.* [31]) prepositio *Cod.* [32]) naturas *Cod. a pr. m.* [33]) probriis *Cod.* [34]) prestolarent *Cod.*

a) Terent. Maurus v. 85. ed. Santen. et Lennep. *b*) *dramaticos . . . mictos.* Nonne adverbialiter sumenda sunt haec? *c*) Scil. Virgilii. *d*) Excidit *est*; cf. Serv. p. 483. Lindem. *e*) *pergere.* Ita Cod.; scribendum vero *ire*, ut e seqq. patet, et etiam in ed. Lindem. l. c. exprimitur. *f*) *nec.* Ita scribimus cum Lindem. l. c. pro *ne* Cod. *g*) *nomina.* Ita Cod.; melius ed. Lindem. l. c. *nominum.*

EXCERPTUM EX INCERTI COMMENTARIO IN DONATI EDITIONEM SECUNDAM.

E Cod. Monasterii S. Pauli in Valle Lavantina No. XXIV.

F. 23 v. col. b. 1. DE EDITIONE [1]) II. Incipit editio secunda Donati Grammatici de partibus orationis. Scripsit enim artem duplicem, id est, octo partes, quas minores vocant artes, a quibus secunda haec est editio.

2. Sed notandum est quibus personis primam, quibusque scripsit secundam, et interrogandum, quot et quibus causis artes minores scripsit. Hoc est personis puerorum et causis tribus. Prima, ut scirent, quibus modis esset ars; II, ut discerent interrogare, ut est: Partes orationis, quot sunt? III causa, uti nossent [2]) solvere interrogata, ut est: Octo, et rel. In prima ad docendos pueros interrogationi satisfacit et solutioni; in secunda autem editione personas perfectas docet scientiam Latinitatis. Sed nos nunc dicere convenit, quibus modis sit interrogatio, id est, III: quasi discere volens, vel docere, an quaestionis promendae gratia. Sed in artibus minoribus quasi docere volens interrogat Donatus, cuius auctoritatem ostendit Pompeius dicendo: Alii inquit [3]) scripserunt artem, sed illos non putes intellegere, nisi a Donato sumpserint principium, ut est Probus et Caesar [4]) et alii, sed a Donato sumpseruut principium [a]). De partibus artis satis in prologo promsi.

---

[1]) aeditione *Cod. const.* [2]) nosent *Cod.* [3]) inquid *Cod.* [4]) Caessar *Cod.*

[a]) Locum hunc Pompeii frustra quaesivimus.

DE NONNULLIS METRORUM GENERIBUS.

E Codice olim Bobiensi nunc Vindobonensi No. XVI. Fol. 70 r.

1. Metrum Phalaecium [1]) pedibus his constat: spondeo, dactylo et tribus trochaeis.

2. Metrum Asclepiadeum dodecasyllabum [2]) his pedibus constat: spondeo, duobus choriambis [3]) et pyrrhichio [4]) sive iambo [5]), quia ultima indifferenter [6]) accipitur.

3. Metrum Glyconium [7]) his pedibus constat: spondeo, choriambo [8]), pyrrhichio [9]), sive iambo.

4. Metrum Pherecratium [10]) constat [11]): spondeo, choriambo [12]) et syllaba.

5. Metrum Alcaicum constat penthemimere [13]) iambica et duobus dactylis.

6. Item sequentes versus sive hypercatalectus iambicus, sive Pindaricus, qui est logaoedicus [14]). Constat hypercatalectus [15]) iambicus inparibus spondiis, paribus iambis. Pindaricus constat duobus dactylis et duobus iambis.

7. Metrum Sapphicum [16]) constat epitrito II [17]), choriambo [18]), bacchio sive amphibrachi [19]). Quartus versus dactylo et spondio, qui vocatur Adonius.

---

[1]) Phalaecium — phalecium *Cod.* [2]) dodecasyllabum; *ita scribimus pro vitioso* decasyllabum, *quod in Cod. inter lin. ab ead. m. legitur.* [3]) choriambis — coriambis *Cod.* [4]) pyrrhichio — pyrricio *Cod.* [5]) iambo — diambo *Cod. perperam.* [6]) indifferenter — indeferenter *Cod.* [7]) Glyconium — gliconium *Cod.* [8]) choriambo — coriambo *Cod.* [9]) pyrrhichio — pyrrichio *Cod.* [10]) Pherecratium — ferecratium *Cod.* [11]) constat = *Cod.* [12]) choriambo — coriambo *Cod.* [13]) penthemimere — pentimimere *Cod.* [14]) logaoedicus — logaidicus *Cod.* [15]) hypercatalectus — hipercatalectus *Cod.* [16]) Sapphicum — saphicum *Cod.* [17]) epitrito II. — paeone II. *Cod.* [18]) choriambo — coriambo *Cod.* [19]) amphibrachi — anphibrachi *Cod.*

F. 49. r. col. b.

DE VERSIBUS INCIPIT.

E Cod. olim Bobiensi nunc Vindobonensi No. XVI.

1. Metrum catalecticum, ut est apud Aristophanen, quod parhoetiacum [1]) dicitur, ab eo quod trans scabiam [2]) Chori [3]) id genus carminis canere soleant, ut — Vidi infantem Iovis titynthum [4]) sigillum [a]).

2. Pentametrum hypercatalecticum [5]), quod Chaeremonion [6]) appellatur a Chaeremone [7]) Tragico [8]) [b]) — Caeli serena, qui regunt [9]) [c]) et aureos currus calentibus [10]) quadrigis.

3. DE TROCHAICO. Trochaicum [11]) metrum e quinque pedibus constat: trochaeo, spoudio, tribrachi, anapaesto [12]), dactylo. Ex his in F. 49. v. col. a. inparibus locis nonnisi hi [d]), qui [13]) in brevi * finiuntur, in paribus universi indifferenter ponuntur.

4. Monometrum hypercatalectum [14]), quod penthemimeres [15]) sive pancration [16]) appellatur, ut est apud Euripiden [17]) — Ter fer [18]) [e]) vidimus.

5. Dimetrum brachycatalectum [19]), quod ithyphallicum appellatur. Accipit autem III trochaeos, et nonnunquam, solutione [20]) trochaei, tribrachyn, ut est — Fontium sorores [f]) — Solutio autem fit, quotiens pro una longa syllaba duae breves ponuntur.

---

1) parhoetiacum; *sic Cod. diserte.* 2) scabiam *Cod. e corr. pr. m., quae prius scripserat* scabiem. 3) chorii *Cod.* τῷ i *ultimo expuncto.* 4) tithyntum. *Ita Cod.* 5) ipercatalecticum *Cod.* 6) cheremonion *Cod.* τῷ h *suprascripto ab ead. m.* 7) cheremone *Cod.* 8) tragico *Cod. ex em. pr. m., quae prius scripserat* tralico. 9) regat *Cod. ex em. pr. m., quae prius scripserat* regit. 10) galentibus *Cod.* 11) trocaicum *Cod.* 12) anapesto *Cod.* 13) hi qui = *Cod.* 14) ypercatalectum *Cod.* 15) pentemimeres *Cod.* 16) panchration *Cod.* 17) eurypiden *Cod.* 18) fer; *ita Cod. tribus punctis superpositis improbatum. Legendum fortassis* ter. 19) brachicatalectum *Cod.* 20) solutione *Cod. ex em. pr. m., quae prius scripserat* solutionem.

a) §. hunc valde corruptum ad fidem Codicis religiose exhibemus. Ceterum de metro iambico sermonem esse, sequentia suadent. *b*) De Chaeremone vide Aristot. de art. poet. c. 1 et 24, et nott. Graefenhan. p. 24 seq. et 189. *c*) *regunt.* Ita scribimus metri gratia pro *regit* vel *regat* Cod. Similem errorem commisit scriptor Codicis paulo inferius, ubi pro *canunt* scripserat *canit.* *d*) *hi qui.* Supplevimus ex Atil. Fortunat. c. 2693 P., qui similiter habet: *hi pedes omnes paribus in locis, imparibus nonnisi hi qui brevibus finiuntur.* *e*) Pro *fer,* quod in ipso Cod. tribus punctis superimpositis improbatur, legendum fortassis iterum: *ter.* *f*) Incerti poetae versus laudatus etiam ab Atil. Fortunat. c. 2693. P.

6. Dimetrum [21]) catalectum, quod lecythion [22]) et Euripidion [23]) vocatur [a]), ut — Martium [24]) canunt [25]) tubae [b]).

7. Trimetrum catalectum, quod acephalum iambicum [26]) [c]) appellatur Archilochium [27]) — Sol superna [28]), qui regis [29]) parens Deus [30]) [d]). Acephalum [31]) autem iambicum nominatur, quia si praeponas unam syllabam, fit iambicum trimetrum catalecticum, ut est — O sol superna [32]) qui regis [33]) parens Deus [34]).

8. Tetrametrum brachycatalectum, si de solo trochaeo constet, ad metra, quae ionica a maiore appellantur, transitum faciet, quae Sotadia dicuntur, ut est — Arma qui capit subinde Martiumque tergum [e]) — Per omnia enim loca Sotadium metrum trochaeos admittit et solutiones eius.

9. Tetrametrum catalecticum, quod Archilochium et Epicharmium aequatum [f]), eo quod IIII metris constet, dicitur, cuius inventor a quibusdam Homerus traditur — Tale quale vere primo sibilat teres donax [g]) — Quae scabri latus . . . . . . litoris vado [h]). Dividitur autem tetrametrum trochaicum catalecticum in quatuor genera haec: Archilochium, item tragicum, comicum etiam, satyricum. Volunt enim Archilochium esse, quod ex omnibus trochaeis constat, ut est — Ictibus secare membra, corpus omne rumpere [i]) — Tragicum, quod plures spondios habeat et sit elatius — O parens antiqua nostrae gentis Argivum decus [k]) — Comicum, quod praecipue dactylos et anapaestos admittat, ut est apud Cratinum — Super aquosis fontibus ipsa sederat ales . . . . [l]) — Satyricum, quod complures habeat so-

---

[21]) Metrum *Cod.* [22]) lecton *Cod.* [23]) eurypidion *Cod.* [24]) cartium *Cod. tribus punctis superpositis improbatum.* [25]) canit *Cod.* [26]) iambicum = *Cod.* [27]) archeilochium *Cod.* [28]) Sol superne *Cod. ex em. pr. m., quae prius scripserat* sole uperno (*sic*). [29]) negas *Cod.* [30]) pares deos *Cod.* [31]) acefalium *Cod.* [32]) superne *Cod.* [33]) recte *Cod.* [34]) pares deos *Cod.*

a) *Dimetrum . . . . vocatur.* Ita emendavimus ex Hephaestione p. 33. Gaisford., ubi legitur: δίμετρον μὲν καταληκτικὸν, τὸ καλούμενον Εὐριπίδειον, ἢ ληκύθιον. *b*) Incerti poetae versus, quem et Atil. Fortunat. l. c. laudat, in Cod. nostro sic corrupte legitur: *cartium* (τῷ *c* tribus punctis notato) *canit tubae.* *c*) *iambicum.* Supplevimus ex Hephaestione p. 34. Gaisf., ubi est: τρίμετρον δὲ καταληκτικὸν, οἷόν ἐστι τὸ Ἀρχιλόχου, ὃ τινες ἀκέφαλον ἰαμβικὸν καλοῦσι. *d*) Versum hunc in Cod. nostro corruptum restituimus ex Atil. Fortunat. l. c. *e*) Versum hunc poetae incerti e Mario Victorino c. 2530 P., qui vero pro *subinde* Cod. nostri habet: *sub idem*, supplevimus. *f*) *aequatum.* Legendum fortasse *quadratum*; certe apud Atil. Fortunat. l. c. habes haec: *Hic* (tetrameter catalecticus), *quia quatuor metris constat, et quadratus vocatur.* *g*) Idem versus poetae ignoti laudatur ab Atilio Fortunat. l. c. et a Mar. Victorino c. 2530 P. Apud Mar. Victorinum vero pro *primo* legitur *dulce.* *h*) Auctorem huius versus frustra quaesivimus. Ceterum pro monstro: *trage ualicta* lacunae signum posuimus. *i*) Cuius poetae sit versus eruere non potuimus. *k*) Incerti poetae versus. *l*) Membra poetae a librario misere disiecta reponere conati sumus. Post *ales* in Cod. legitur monstrum *tecyeis*, pro quo lacunae signum posuimus. *Taygeti* metro saltem conveniret.

lutiones et tribrachyn pedem, ut est apud Cratinum — Qualis aquila cita celeribus avida pinnis transvolat [a]) — Est praeterea et claudum tetrametrum trochaicum catalecticum, quod Hipponactium nominatur; col. b. **accipit enim pro trochaeo spondium ante novissimam syllabam * loco impari — O parens, o prisca nostrae gentis ara Romanae [b]).**

10. Tetrametrum hypercatalectum . . . . . . alites cupidines calore Sirio gerunt [35]) [c]).

11. DE DACTYLICO. Dactylicum metrum constat dactylo [36]) et spondio. Et quod dactylo solo constat, dactylicum nominatur; quod dactylo et spondio, quamvis et ipsum dactylicum sit et constet frequenter dactylis solis et in fine trochaeo sive spondio, tamen heroum dicitur et recipit hos duos pedes. Quod heroum appellatum est, quod isto carmine heroas potissimum vetustissimi auctores cecinisse traduntur.

12. Dimetrum acatalectum, quod hymenaicum [37]) appellatur [d]).

13. Octametrum catalecticum, quo usus est Stesichorus [38]) in Sicilia — Audiat haec nostri mela carminis et tunc [39]) pervia [40]) rura volabit [e]).

---

[35]) §§. 8. 9. *et* 10. *in Cod. insigniter corruptos e Mario Victorino col.* 2530 *seq., quoad sensum saltem, uteunque restituere conati sumus. Lectio Cod. haec est:* Tetrametrum brachicatalectum quod si de solo trochaeo constet fit commune ut monicormaiore (*sic*) arma qui capis (τῷ s *superscripto* t) subinde martiumque eratistitit (*sic*) et solutione pedum tetrametrum catalecticum quod archium (*sic*) et epicharitium (*sic*) aequatum eo quod IIII metris constet dicitur cuius inventor a quibusdam homerus traditur (*pro quo vero antea* dicitur *scriptum fuerat*) tale quale (τῷ l *expuncto et superscripto* r) vere primo sibilat eeres (*sic*) donax quae scabri latus trage ualicta (*sic*) litoris vado Tragicum quod plures spondios habeat O parens antiqua nostrae gentis argiuum decus decus (*sic*) cumomicum (*sic*) quod praecipue damylos (*sic*) ela (*sic*) anapestos admittat ut est apud cratinum super aquosis fontibus ipsase (*sic*) per omnia enim loca scaticum (τῷ c *primo superscrib.* t) insertum (τῷ s *suprascripto*) trochaeus derat (*sic*) ales tecycis (*sic*) satyricum quod complures habeat solutiones et tribrachin pedū (*sic*) est eo apud cratinum qualis aquila ita (*sic*) celeribus rapida pinnis (*ex em. pr. m.* pennis *a pr. m.*) transvolant (τῷ n *ultimo expuncto*) est praeterea et claudum tetrametrum trochaicum catalecticum quod ipponactiuum nominatur accipit enim pro trochaeo spondium ante novissimam syllabam loco impari o pacens (*sic*) o prisca nostrae gentis ara romanae divit' (*sic*) autem tetrametrum trochaicum catalecticum et dimetrum cataleotum ut est ictibus secare membra corpus omne rumpere Tetrametrum ypercatalectum aicmanos (*sic*) alites cupidines calore cirio (*sic*) gerunt. [36]) dactilo *Cod. et sic mox inferius.* [37]) hymenicum *Cod.* [38]) tesichorus *Cod.* [39]) tu *Cod. superscriptis* nc *ab ead. m.* [40]) peruida *Cod.* τῷ d *expuncto.*

a) Versum hunc in Cod. paulo corruptiorem e Mallio Theodoro p. 38. Heusing., emendavimus, ubi e Iuba, quem Plotius (c. 2664 P.) metricum vocat, citatur. Legitur etiam apud Mar. Victorinum c. 2531 P. ubi tamen pro *avida*, sicut in Cod. nostro, est *rapida*. *b*) Versus ab auctore nostro, ut videtur, transfiguratus e superius allato: *O parens antiqua* etc. *c*) Ubi lacunae signum posuimus, in Cod. legitur diserte *aicmanos*. Pronum est legere *Alcmanos*, nisi dicas in hac corruptela latere initium versus. Ceterum pro vitioso *cirio* Cod. scripsimus *Sirio*. *d*) Exemplum non affert, habes vero in Servii Centimetro: *Tibia personet*. *e*) Cuius auctoris sit hic versus, ignoramus.

14. **Hexametrum**[41] heroum — Conticuere omnes intentique ora tenebant[a] — Huius species sunt iunctis per vices spondio et dactylo compositis XXXII. Sunt praeterea heroi versus, quibus et Homerus et Theocritus facile usi sunt, qui bucolici dicuntur, quorum caesura non penthemimeres[42] nec hephthemimeres[43]), id est in secundo et dimidio vel tertio et dimidio pede, sed in quarto et finita quidem parte orationis non, ut in aliis, syllaba sequenti parti caesurae ex priore revicta[44][b]. Huius exemplum est — Dic age, dic mihi, bove[c] Liburnica qui colis arva[d].

15. Dactylicum hexametrum[45], quod Aeolicum[46][e] nominatur et est variati generis[47]: in initiis spondio[48] — Inferretque Deos Latio genus unde Latinum[f] — trochaeo — Nisus Aeolia chlamyde caput integit alta[g] — iambo — Ama populeas medium super aethera frondes — pyrrhichio[49] — Quasi me celeres fugiunt prope litora cervi.

16. Est et hoc carmen dactylicum, quod ex dactylo penthemimeri[50] et proceleumatico pede compositum est — Si qua flagella iugas ita iuga[h]. Proceleumaticus autem pes est, qui a duobus pyrrhichiis[51], quatuor brevibus constat.

17. Elegeum[52] autem est, quod alternatim habeat heroum et pentametrum versum. Elegeum iterum constat * dactylo, spondio, ita tamen, F. 50. r. col. a.
ut prima pars in sequenti versu caesurae indifferenter utrumque pedem recipiat, altera vero nonnisi dactylum. Porro autem utraque constare[53] debebit duobus pedibus et dimidio, id est, syllaba, unde et penthemimeres[54] a quibusdam nominatur, quandoquidem sit penthemimeres[55] pars caesi versus, qui duos pedes et dimidium habeat, quasi τῶν πέντε ἥμισυ[56][i], ut est — Conticuere omnes — Quidam tamen volunt, elegeum[57] hoc modo dividi, ut post duos illos pedes indifferenter positos habeat spondium adiuncta scilicet syllaba, quae de prima parte re-

---

41) exametrum *Cod.* 42) pentememeres *Cod.* 43) eptememeres *Cod.* 44) reuicta *Cod. diserte.* 45) exametrum *Cod.* 46) Alcaicum *Cod.* 47) generis *in Cod. lineola subducitur.* 48) spondion *Cod.* 49) pyrriehio *Cod.* 50) pentemimeri *Cod.* 51) pyrrichiis *Cod.* 52) Aelegeum *Cod.* 53) constare *Cod. ex em. pr. m , quae prius scripserat constabit.* 54) pentemimeris *Cod. ex em. pr. m., quae prius scripserat* pentememeris. 55) pentemimeris *Cod.* 56) ton pente hemys *Cod.* 57) aelegeum *Cod.*

a) Virg. Aen. II. 1. b) *non ut . . . . revicta.* Emendationem huius loci peritioribus relinquimus. c) *bove.* Ita diserte Cod. Vide ipse quam longam *bo* brevi substituas. d) Incerti poetae versus. e) *Aeolicum.* Ita scribimus pro vitioso *Alcaicum* Cod. Cf. Hephaest. p. 40. Gaisf. f) Virg. Aen. I 6. g) Cui auctori hic versus et duo sequentes adscribendi sint, nescimus. h) Versus hic Septimii Sereni in Cod. nostro sic corrupte legitur: *si qua flagei iugasit iuga.* Emendavimus illum e Terentiano Mauro v. 2001 ed. Santen. et Lennep., ubi pro *Si qua* legitur *Quando.* Eundem versum habes apud Mar. Victorinum c. 2578 P., ubi vero est: *Quando flagella ligas, ita liga.* i) Similiter Terentianus Maurus v. 1673. ed. l. *Hoc* πενθημιμερὲς, *medium de quinque, vocatur.*

manserat, ad posteriorum pedum initialem syllabam, et praeterea anapaestos [58]) duos. Est ergo exemplum huius e [59]) vetustate — Invida formosas [60]) oderat illa boves [a]) — qui versus heroo subiungitur sic — Pasiphaë [61]) niveo gaudebat adultera tauro [b]), Invida formosas oderat illa boves — Elegeum [62]) autem dici traditum est, quod eo carmine nostri maiores defunctos suos lamentasse dicuntur, unde et elegeum [63]) nominatum est, velut ab elegis [64]). Huic et Archilochus auctor est.

18. Anapaesticum [65]) metrum constat anapaesto [66]) et spondio indifferenti et solutione anapaesti [67]), proceleumatico pede et dactylo.

19. Monometrum acatalectum — Lux alma Deum [c]).

20. Dimetrum brachycatalectum — Super ardua fertur equis [d]).

21. Ab hoc metri genere distat versus, qui prosodiacus [e]) nominatur [f]) . . . . . . quod in principio non anapaestum, sed iambum pedem aut spondium accipiat et duobus sequentibus anapaestis terminetur [68]), ut est: iambo — Quis inter aves melicas — spondio [69]) [g])....

---

58) anapestos *Cod.* 59) huiusque *Cod.* 60) formonsas *Cod. et sic mox inf.* 61) passife *Cod.* 62) Aelegaeum *Cod.* 63) aelegeum *Cod.* 64) aelegis *Cod.* 65) Anapesticum *Cod.* 66) anapesto *Cod.* 67) anapesti *Cod.* 68) terminatur *Cod.* 69) spondiu *Cod.*

a) Ovid. A. A. I. 296. b) Ovid. A. A. I. 295. ubi nunc pro *niveo* legitur *fieri*, quamvis et apud Atil. Fortunatianum c. 2696 P. habetur *niveo*. c) Ignoti nobis poetae versus. d) Versum hunc in Cod. nostro ita corruptum: *super ardua fecit sequit*, e Mario Victorino c. 2521 P. emendavimus. e) *prosodiacus*. Itas cribimus pro eo, quod Cod. vitiose habet *prosodatus*, cf. Hephaest. p. 84. Gaisf. f) *nominatur*. Post h. v. in Cod. sequitur: *emanum*, quod quid sit, non assequimur. g) *spondio*. Ita scribimus pro vitioso *spondiu* Cod. Post h. v. Cod. habet *cantur* (sic). Desideratur exemplum; graecum habes apud Hephaestionem. p. 85. Gaisf.: *αὐτὰ δέ σευ Καλλίκα*.

DE IAMBICO METRO.

E Codice Regio Parisiensi No. 7530.

Iambicum metrum a monometro hypercatalecto [1]) usque in octametrum acatalectum, Iuba [2]) teste, procedit. Recipit autem pedes quinque: iambum, tribrachyn [3]), spondeum [4]), dactylum, anapaestum [5]); sed locis inparibus, id est, primo, tertio, quinto et deinceps, omnes quos diximus indifferenter suscipit pedes; locis vero paribus, id est, secundo, quarto, sexto et deinceps, tantum tres: iambum, tribrachyn et anapaestum. Et hoc omnes fere, qui diligenter iambico usi sunt, custodiverunt. Sed latini comici, dum satis student communibus fabulis et gestiunt [6]) comoedias ad sermonem vitae vocare, corruperunt leges iambi. Nam primum, secundo et quarto et sexto et paribus locis non illis tribus tantum pedibus utuntur, sed omnibus quinque. Nec illud etiam servant [7]), ut vel quadam varietate in ipsis pedibus utantur [8]), et quum recipit, ut diximus, spondium, plerumque omnes spondeos faciunt [9]); quum anapaestum, plerumque omnes anapaestos, atque eadem de ceteris [10]) servant. Quin etiam contenti sunt plerumque unum tantum locum in toto versu pedi legitimo reservare. Nec non solutiones ita crebras ponunt, ut plerumque decem breves et amplius se sequentes deprehendas. Plerumque etiam aut acephalos faciunt eosdem iambos, aut hypercatalectos, quae res metrum hoc, id est, iambicum, in trochaicum convertat necesse est; nam sive unam syllabam demas ab initio, sive unam addas de iambo, trochaicum facis; quae res dedit eis occasionem, ut in iambicis [11]) metris etiam legibus trochaicorum uterentur [12]). Igitur propter has causas sciendum est in comoediam plerumque incidere et dactylica metra propter dactylum, et anapaestica propter anapaestum, et spondiaca propter spondeum, et quae de tribrachi sunt; nec non, ut diximus, propter acephalos vel hypercatalectos versus, etiam trochaica. Nec illud servant Latini, ut trimetros tantum versus efficiant; nam crescunt a trimetris usque in octametros, id est, faciunt versus de sedecim pedibus; ultra numquam, nec iterum minorem [13]) sex pedibus versum esse permittunt.

---

[1]) ypercatalecto *Cod. const.* [2]) Iuva *Cod.* [3]) tribrachym *Cod. const.* [4]) spondium *Cod. const.* [5]) anapestum *Cod const.* [6]) et gestiunt. *Ita scribimus pro* egestiunt *quod habet Cod.* [7]) servant. *Sic dedimus pro* reservant *Cod.* [8]) utantur. *Sic scribimus pro* utuntur *Cod.* [9]) faciunt *Sic edidimus pro* facit *Cod.* [10]) caeteris *Cod.* [11]) in iambicis. *Ita scribimus pro* iambicis *Cod.* [12]) utentur *Cod.* [13]) minorem. *Sic scribimus pro* minore in *Cod.*

F. 138. VERSUS RUFINI CUIUSDAM SCHOLASTICI [1]) DE PEDIBUS QUIBUS UTUNTUR ORATORES [a]).

E Codice Vindobonensi No. 2521.

1. Haec [2]) ego Rufinus collegi mente benigna
Discipulisque dedi munera pulchra [3]) libens.

2. Musigenae [4]) numeros vates et metra sequuntur [5]),
Orator numeros; haec [6]) illi maxima virtus,
Ne vagus errando laudandam nesciat artem.
Rhetores [7]) Ausonios et Graios dactylus [8]) armat,
Dactylus armavit Ciceronem, armavit iambus,
Spondeusque gravis, numeroque aptissime paean [9])
Temporibusque pares, quamvis et syllaba [10]) crescat.
Continuos fugito multos, fit versus, eosdem [11]).
Optimus orator sequitur ratione [12]) poetas,
Cognatus virtute sua metrumque recusans;
Hic quoque vult numeris voces frenare vagantes [b]).

3. Doctus Aristoteles paeanem [13]) laudat utrumque;
A longa incipiens primordia pulchra [14]) locabit,
Aspicere ut verbum est; contrarius ille supremus [c]).

---

[1]) scholastici — scolastici *Cod.* [2]) Haec *P.* — Hec *Cod.* [3]) pulchra *P.* — pulcra *Cod.* [4]) Musigenae *P.* — Musigenę *Cod.* [5]) sequuntur *P.* — secuntur *Cod.* [6]) haec *P.* — hęc *Cod.* [7]) Rhetores *P.* — Rętbores *Cod.* [8]) dactylus *P.* — dactilus *Cod.* *const.* [9]) paean *P.* — pean *Cod.* [10]) syllaba *P.* — sillaba *Cod.* [11]) eosdem *P.* — et hosdem *Cod.* [12]) ratione *P.* — racione *Cod.* [13]) paeanem *P.* — peonem (τῷ o *supersen.* vel a) *Cod.* [14]) pulchra *P.* — pulcrha (*sic*) *Cod.*

a) *Versus — oratores.* Haec est inscriptio Codicis nostri, pro qua vero post priores duos versus legitur apud Putschium: *Versus Rufini clarissimi literatoris de compositione et metris oratorum.* *b*) Inter hunc versum et sequentem apud Putschium legitur: *Item sic:* in nostro Codice vero: *item eiusdem* habetur in marg. *c*) Aristot. Rhetor. III. 8 ed. Bip. Ἔστι δὲ παιᾶνος δύο εἴδη ἀντικείμενα ἀλλήλοις· ὧν τὸ μὲν ἐν ἀρχῇ ἁρμόττει, ὥσπερ καὶ χρῶνται· οὗτος δ' ἐστὶν, οὗ ἄρχει μὲν ἡ μακρὰ, τελευτῶσι δὲ τρεῖς βραχεῖαι . . . . . ἕτερος δ' ἐξ ἐναντίας, οὗ βραχεῖαι ἄρχουσι τρεῖς, ἡ δὲ μακρὰ τελευταία . . . . οὗτος δὲ τελευτὴν ποιεῖ.

Tullius hunc laudat, cui sit penultima longa,
Esse, trochaeus [15]) adest [16]), videatur [a]), tertius [17]) ille,
Quem paeana [18]) vocat Musis devota vetustas;
Hic membris numerus melior [19]), cui tertia longa [b]).
4. Rhetoricas [20]) pulchre [21]) structuras dochmius [22]) ornat,
Principium bacchius [23]) erit, concludet iambus;
Aut vice mutata, nomen mutabitur uni,
Primus iambus erit, tum finem creticus explet;
Prima brevis, longaeque [24]) duae, brevis, ultima longa,
Exemplumque artis dabitur respublica [25]) nobis,
Quam [26]) Cicero casu genitivo ponere gaudet [c]).
Hoc pede composito laudatur fama pedestris,
Ut docet ausonius orator Tullius ingens;
Omnibus iste locis numerum pes efficit aptum [d]),
Longa brevem sequitur, longam brevis, adice [27]) longam
Syllaba prima brevis, tum syllaba longa secunda,
Tertia longa, brevis quarta, productaque quinta;
Tullius orator, ceu multi, dochmion [28]) ornat [e]).
Creticus [29]) atque trochaeus erunt [30]), qui claudere possunt,
Aut spondeus inest, nullo discrimine finis;
Aut vice mutata nomen mutabitur illis,
Principioque trochaeon habes, in fine molossum [31]),
At [f]) finis bacchius erit, brevis ultima claudet.
Longa sit anne brevis [g]), nullum discrimen habetur,
Ut solet in metris doctus componere vates.

---

15) trochaeus *P.* — trocheus *Cod. const.* 16) adest *P.* — ad est *Cod.* 17) tertius *P.* — tercius *Cod. const.* 18) paeana *P.* — peana *Cod.* 19) numerus melior *Cod.* — melior nostris (*sic*) *P.* 20) Rhetoricas *P.* — Rethoricas *Cod.* 21) pulchre *P.* — pulcrhe (*sic*) *Cod.* 22) dochmius *P.* — dogmius *Cod.* 23) bacchius *P.* — bachius *Cod. const.* 24) longaeque *P.* — longeque *Cod.* 25) respublica *P.* — respubplica *Cod.* 26) Quam *Cod.* — Quem (*sic*) *P.* 27) adice *Cod.* — adiice *P.* 28) dochmion *P.* — dogmiou *Cod.* 29) Creticus *P.* — Creticus *Cod.* 30) erunt *Cod.* — erit *P.* (*sic*) *P.* 31) molossum *P.* — molosum *Cod.*

a) Probus Libr. II. p. 145. Lindem.: *Trochaeus et paeon tertius facient illam structuram, Tullio peculiarem: esse videatur.* *b*) Inter hunc versum et sequentem apud Putschium est: *Versus eiusdem de numeris et pedibus oratorum;* in Cod vero nostro: *item eiusdem.* *c*) Scilicet *reipublicae* pro dividentis arbitrio vel dochmius erit, vel bacchius et iambus, vel tandem iambus et creticus. *d*) Cic. Orat. 64. Dochmius autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa . . . . quovis loco aptus est, dum semel ponatur *e*) Inter hunc versum et sequentem habet Putschius: *Item sic;* margini Codicis nostri nihil adscribitur. *f*) Pro *at* legendum videtur *aut*, et bacchium sumsisse auctorem hic pro palimbacchio. *g*) Scil. ultima Cic. Orat. 64. *postrema syllaba brevis an longa sit, ne in versu quidem refert.*

Aut Asiae [32]) numerus pulcher, bis fine trochaeus [a]).
Sed magis erigitur spondeo clausula fortis,
Hanc docet eloquium summi Demosthenis [33]) artem [b]).

---

[32]) Asiae *P.* — asię *Cod.* [33]) Demosthenis *P.* — demostenis *Cod.*

a) Cicero Orat. 63. *Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus vocatur, quum duo extremi chorei sunt, id est, e singulis longis et brevibus*; cf. quoque Quinctil. IX. 4. 103. *b*) Cf. Diomed. Libr. II. col. 465. P.

SERVIUS DE ACCENTIBUS.

(E Codice Lavantino.)

1. *Accentus, quem [1]) Graeci [2]) *προσῳδίαν* [3]) appellaverunt, triplex est. F. 56. v col. a.
Aut enim acutus est, aut gravis, aut inflexus, in omnibus partibus orationis.

2. Quaecumque enim monosyllaba [4]) fuerint, hoc est, unius syllabae, si brevia sunt, vel si positione longa fuerint, aut acutum habebunt accentum, ut nox, pix, nux; quae vero natura longa fuerint, accentu circumflexo [5]) pronuntiabuntur, ut res pes, ut mos, flos, dos, ros; gravem enim sonum non recipiunt.

3. Disyllaba [6]) latina priorem syllabam acutam habent aut inflexam, a gravi numquam incipiunt; quorum prior, si [7]) natura longa erit, posteriore correpta [8]), habebit in se circumflexum accentum, ut Rôma, rhêtor [9]); si posterior producta sit, et prior seu longa seu brevis fuerit, acuatur necesse est, ut leges, salus. Etiam si ambae [10]) breves sint, acuetur prior, ut deus, homo.

4. In trisyllabis et tetrasyllabis et deinceps plurium [11]) syllabarum nominibus, si [12]) secunda brevis [13]) ab ultima fuerit, tertiam ab ultima acuet, ut Rutilius, *Hortensius [14]); si positione longa, ipsa acue- col. b.
tur et praecedentem [15]) gravem [16]) facit, ut Catullus [17]), Metellus [18]); si natura longa fuerit et ultima brevis, secunda ab ultima inflectitur, ut Murranus [19]), Cethegus, romanus; si autem longa erit ultima, peneultimae acutum dabimus accentum, ut Athenae [20]), Fidenae.

5. Graeca [21]) nomina, si iisdem [22]) litteris proferuntur, graecos accentus habebunt. Nam et cum dicimus Hylas [23]), Nais, acutum habe-

---

[1]) quem — quae *Cod.* [2]) Graeci — gregi *Cod.* [3]) *προσῳδίαν* — prosedian *Cod.* [4]) monosyllaba — nonosillaba *Cod.* [5]) accentu circumflexo — acuto (τῷ o *ultimo superscrib.* u) *circumflexu Cod.* [6]) Disyllaba — dysyllaba *Cod.* [7]) prior si — si prior *Cod.* [8]) correpta — corrupta *Cod.* [9]) Rôma rhêtor — româ rhetôr *Cod.* [10]) ambae — iam *Cod.* [11]) plurium — plurimum *Cod.* [12]) si *in Cod. omissum supplevimus.* [13]) brevis — brebis *Cod.* [14]) Hortensius *Cod. ex em. pr. m.* — hortensium *a pr. m.* [15]) praecedentem — precedentem *Cod.* [16]) gravem *Cod. ex em. pr. m.* — grabem *a pr. m.* [17]) Catullus — catulus *Cod.* [18]) Metellus *Cod. ex em. pr. m.* — metallus *a pr. m.* [19]) Murranus — musranus *Cod.* [20]) Athenae — atenae *Cod.* [21]) Graeca — greca *Cod. const.* [22]) iisdem — isdem *Cod.* [23]) Hylas — hilas *Cod.*

bit posterior accentum, et cum Themisto [24]), Callisto, ultima circumflectitur, quod utrumque latinus sermo non patitur, nisi raro, ut sola occurrit coniunctio ergo [25]) in qua posterior circumflexa invenitur; item adverbium pone, ne sit verbum.

6. Est autem forma acuti accentus [26]) [a]). Verbum hic non id intellegendum, cui proprie [27]) Grammatici tempus cum persona dicunt accidere [28]), sed accipiendum [29]) generaliter pro qualibet parte sermonis, ut est a Vergilio dictum — ea verba locutus [b]) — et nobis mos est dicere: verba aliquem fecisse, cum omnem orationem volumus intellegi [c]).

7. In accentu materia, locus, et natura [est] [d]) prosodiae [30]) brevissime conprehensa [31]) sunt. Nam materia esse ostenditur vox et ea quidem, qua [32]) verba possunt sonare, id est, scriptilis; locus autem syllaba, quoniam haec proprie [33]) verbi pars est, quae recipit accentum. Natura vero prosodiae in eo est, quod aut sursum est aut deorsum; nam in vocis altitudine omnino [34]) spectatur, adeo, ut si omnes syllabae pari fastigio [35]) vocis enuntientur, prosodia sit nulla.

8. Scire autem oportet vocem, sicut omne corpus, tres [36]) habere distantias: altitudinem, crassitudinem, longitudinem. Longitudinem [37]) tempore ac syllabis metimur; nam et quantum temporis [38]) ore enuntiandis verbis teratur et quanto numero modoque syllabarum unumquodque sit [39]) verbum, plurimum refert. At altitudinem [40]) [e]) discernit accentus, cum pars verbi aut in grave deprimitur, aut sublimatur in acutum. Crassitudo [41]) autem in spiritu [42]) est, unde etiam Graeci adspirationem appellant; F. 57. r. col. a. * nam omnes voces aut aspirando [43]) facimus pinguiores [44]), aut sine aspiratu pronuntiando tenuiores.

9. Quod ad latinos accentus attinet, sive stativos seu commutabiles [45]), satis dictum. Nunc ut divisionem tripertivimus, superest ostendere, quem usum prosodiae [46]) circa graeca nomina habere debeamus [47]); in qua re, cum plurimum erretur, via tamen est amovendi erroris brevissima, nisi forte quis eo demersus inperitiae sit [48]), ut in graeca nostra-

---

24) Themisto — temisto *Cod.* 25) ergo *in Cod. omissum supplevimus.* 26) accentus *Cod. ex em. pr. m., quae prius scripserat* accentum. 27) proprie — probrie *Cod.* 28) accidere — accedere *Cod.* 29) accipiendum *Cod. a pr. m.* — accipiendam *ex em. pr. m.* 30) prosodiae — prosodie *Cod.* 31) conprehensa — conprachensa *Cod.* 32) qua — quae *Cod.* 33) proprie — probrie *Cod.* 34) omuino — omno (τῷ n *tria puncta superimposita*). 35) fastigio *Cod. ex em. pr. m.* — fastigia *a pr. m.* 36) tres — tris *Cod.* 37) Longitudinem *in Cod. omissum supplevimus.* 38) temporis *in Cod. omissum restituimus.* 39) sit — si *Cod.* 40) At altitudinem — ab altitudine *Cod.* 41) Crassitudo — Crasitudo *Cod.* 42) spiritu *Cod. ex em. pr. m.* — spiratu *a pr. m.* 43) aspirando — aspiranda *Cod.* 44) pinguiores — pinguires *Cod.* 45) commutabiles — commotabiles *Cod.* 46) prosodiae — prosodie *Cod.* 47) debeamus *Cod. ex em. pr. m.* — debemus *a pr. m.* 48) eo demersus inperitiae sit — eodem versus inperitia est *Cod.*

a) *Est autem ... accentus.* Legendum videtur: *Est autem forma acuti accentus* ´, *gravis* `, *circumflexi* ^. b) Virg. Aen. VIII. 404. c) *Verbum hic ... intellegi;* vv haec alieno loco intrusa videntur. d) Tò *est* abundans unciuis inclusimus, sed neque sic locus sanitati restitutus videtur. e) *At altitudinem.* Ita legendum putamus pro: *ab altitudine* ut habet Cod.

que lingua [49]) [a]) toni simul et [50]) clinatus discrimen ignoret. Nam cumprimis id [51]) convenit dispicere [52]), latinum merum sit nomen, an merum graecum, an etiam inter utrumque [53]) commune [54]), quorum de singulis suo ordine explicabimus.

10. Mera latina appellanda sunt, quibus nec origo, nec declinatio a Graecia est, nec ullum adeo cum peregrinis commercium, ut Cato, aquila, quae, quo accentu efferenda sint, superiora declarant, cavendumque hoc unum, ne quem graecorum [55]) nominum similitudo a praescriptis [56]) regulis deducat, ut si quis dicat cuspidis, acuens, quamvis brevem [57]), peneultimam [58]), eo in fraudem inductus quod quorumdam simile est graecorum, ut Phyllidos [59]), Aulidos, quae [60]) in penultima brevia [61]), acuuntur, cum potius [62]) cuspidis, quasi cassidis, Tigridis, Isidis, Thetidis, Tybridis, Daphnidis [63]) prima acuta proferendum sit, quia brevis [64]) est penultima graeca.

11. Graeca autem mera [65]) sunt, quae et e graeco fonte manant, et [66]) ita per casus numerosque [67]) clinantur, hoc est, declinantur, ut numquam ab origine sua, nec litterae quidem [68]) unius commutatione, decedant. Haec in carminibus poetarum passim [69]) reperiuntur, ut in his Vergilii — quorum alter Acarnan [70]) [b]) — et — Fatidicae Mantus [71]) [c]) — quae omnia ut a graeca declinatione mutata non sunt, ita a graeco tono corrumpi non debent, quare Acarnan, Mantus [72]), Orphei [73]) [d]) flexa ultima legenda sunt; Pallas autem et Allecto eadem ultima acuta, quorum neutrum in latinis fieri solet nominibus. Item cum legimus — nec longe Cissea durum [e]) — et — liquidumque per aera lapsae [f]) — * et — Epytiden [74]) [g]) — quamvis contra regulam latinam, tamen quia graeca sunt, penultima acuta pronuntiare debemus; sic et in col.b. his — Creber utraque manu pulsat versatque Dareta [h]) — Dodonaeosque lebetas [75]) [i]) — Dareta et lebetas [76]) προπαροξυτόνως

---

[49]) graeca nostraque lingua — graecam nostramque linguam *Cod.* [50]) simul et — simulet *Cod.* [51]) cumprimis id — cumprimisit *Cod.* [52]) dispicere — despicere *Cod.* [53]) utrumque *Cod. a pr. m.* — utramqne *ex em. pr. m.* [54]) commune — commone *Cod.* [55]) graecorum — e grecorum *Cod.* [56]) praescriptis — prescriptis *Cod.* [57]) brevem — brebem *Cod.* [58]) peneultimam *Cod. ex em. pr. m.* — beneultimam *a pr. m.* [59]) Phyllidos — fillidos *Cod.* [60]) Aulidos quae — aulidosque *Cod.* [61]) brevia — brebia *Cod.* [62]) potius — putius *Cod.* [63]) Daphnidis — difuidis *Cod.* [64]) brevis — brebis *Cod.* [65]) mera — mefa *Cod.* [66]) manant et — manet (τῷ e *tribus punctis notato.*) *Cod.* [67]) numerosque — nomerosque *Cod.* [68]) quidem — quidam *Cod.* [69]) passim — pasim *Cod.* [70]) alter Acarnan — altera carnan (τῷ a *ultimo tribus punctis notato*) *Cod.* [71]) fatidicae Mantus — fatidice mantheus (τῷ e *in* mantheus *eraso*) *Cod.* [72]) Mantus — manthus *Cod.* [73]) Orphei — orphi *Cod.* [74]) Epytiden — epityden *Cod.* [75]) lebetas — leuetas *Cod.* [76]) lebetas — leuetas *Cod.*

a) *eo demersus inperitiae sit*; ita refingere conati sumus locum corruptum Cod.: *eodem versus inperitia est.* *b*) Virg. Aen. V. 298 *c*) Virg. Aen. X. 199. *d*) Excidit forsitan exemplum petitum e Virg. Ecl. IV. 57. *Orphei Calliopea* etc. aut Georg. IV. 545. 553. *Inferias Orphei* etc. *e*) Virg. Aen. X. 317. *f*) Virg. Aen. VI. 202. *g*) Virg. Aen. V. 547. *h*) Virg. Aen. V. 460. *i*) Virg. Aen. III. 466.

legere [debemus] par est [77]) [a]), quamvis utrobique [78]) natura longa sit penultima, sed, quia graeca sunt germana [79]), latinorum accentuum leges eiurant [80]).

12. Communia [81]) vero sunt, quae, ab alterutro orta [82]) sermone, in alterius declinatione considunt [83]) [b]), idque fit modis duobus. Nam aut latina declinantur ut [84]) graeca, ut Scipiades [85]), Memmiades [86]), aut graeca de stirpe sua degenerant [87]) et latine declinantur, ut — Aeris in campis latis [c]) — et — Evandrum petimus [d]).

13. Latina, quae graecae [88]) declinationis colorem duxerunt, graecum quoque retinent accentum; quare ut Miltiades [89]), Asclepiades [90]), ita Lucidiades et Memmiades, Scipiades acuta, quamvis brevi penultima, proferuntur.

14. At, quae [91]) radicem ducunt a Graecia et iugo latinarum [92]) declinationum succedunt, bifaria [93]) deducta ambigua tonorum via sequuntur [94]) [e]), atque ideo aetheris et aeris, quia origine graeca sunt, graecae quoque prosodiae formam apte recipiunt, ut aeris, aetheris sic dicantur latine penultimae quasi graece *ἀέρος αἰθέρος* [95]); quia [96]) autem declinatione facta sunt latina, inpune ritu nostro in prima syllaba acuuntur [97]), quia brevis est penultima, ut sit aeris, aetheris quasi anseris, asseris. Similiter Simoentis [98]), Thermodontis [99]) proparoxytona [100]) sunt, si ad Graecos respicias, qui sic faciunt *Σιμόεντος*, *Θερμώδοντος* [1]); paroxytona [2]) autem, si ad nostram redigas regulam, quoniam [3]) dicimus sapientis, audentis, sic Simoentis, Thermodontis [4]). Eadem ratione Evandrum, tyrannum, quasi amandum, Britannum [5]), penultima acuta, quia [6]) positione longa est, proferimus,

---

[77]) προπαροξυτόνως legere par est — pars elegere debemus par est *Cod.* [78]) utrobique — utrubique *Cod.* [79]) germana — germiania *Cod.* (τῷ i *primo deleto*) *Cod.* [80]) accentuum leges eiurant — accentum lege se iurant *Cod.* [81]) communia — commonia *Cod.* [82]) orta *Cod. a pr. m.* — orto *ex em. pr. m.* [83]) considunt — consedunt *Cod.* [84]) declinantur ut — declinatur in *Cod.* [85]) Scipiadas *Cod. ex em. pr. m.* — Scipiades *a pr. m.* [86]) Memmiadas — Memmiades *Cod.* [87]) degenerant — generant *Cod.* [88]) latina quae graecae — latinaque greca *Cod.* [89]) Miltiades — militiades *Cod.* [90]) Asclepiades — asclipiades *Cod.* [91]) at quae — atque *Cod.* [92]) latinarum — latinorum *Cod.* [93]) bifaria — bivaria *Cod.* [94]) sequuntur — secuntur *Cod. ex em. pr. m.* — secundur *a pr. m.* [95]) ἀέρος αἰθέρος — aera (τῷ a *ultimo superscr.* o) aetheros αιτερος (*litt. uncial.*) *Cod.* [96]) quia — quae *Cod.* [97]) acuuntur — accuuntur *Cod.* [98]) Simoentis — simeontis *Cod.* [99]) Thermodontis — termodentis *Cod* [100]) proparoxytona — proparaxitano *Cod.* [1]) Σιμόεντος Θερμώδοντος — simoentos termodentos *Cod.* [2]) paroxytona — paroxitona *Cod.* [3]) quoniam — quam *Cod.* [4]) Thermodontis — termodontis *Cod.* [5]) Britannum — brittannum *Cod ex em. pr. m.* — brittauus *a pr. m.* [6]) quia — quae *Cod.*

a) *προπαροξυτόνως legere par est*; sic Cod. locum corruptissimum: *pars elegere debemus par est*, emendare tentavimus. *b*) *considunt*; ita scribimus pro vitioso *consedunt* Cod.; possis etiam legere *concedunt*, ubi vero et *declinatione* mutandum erit in *declinationem*. *c*) Virg. Aen. VI. 887. *d*) Virg. Aen. VIII. 119. *e*) *bifaria* ... *sequuntur*. Locus impeditus, sensus quidem est in promtu, at certa emendatio non succurrit.

latinum secuti praeceptum [7]). Et rursus in iisdem [8]) nominibus tertiam ab ultima acuere absurdum [9]) non est et ita enuntiare: Evandrum, tyrannum, * ut [10]) Graeci Εὔανδρον [11]). F. 57. v. col. a.

15. Non dico nomina [12]) utrolibet tenore [13]) proferri [14]); iudicio opus est, quo id potius dicatur, quod minime respuant aures, dummodo auribus eo serviamus; in quibusdam enim nominibus licet videre plerosque, recti casus ambiguo tenore deceptos, mendose obliquos [15]) proferre, ut qui in patrico casu Evandri et tyranni primam syllabam acuunt potius [16]) quam mediam, nullam secuti rationem; nam neque a [17]) Graecis ea nomina, cum casu isto sunt, alia quam penultima acuta [18]) proferuntur, Εὐάνδρου, τυράννου dicentibus, nec rursum a nobis, quia penultima positione longa semper acuenda nobis est. [Tertia ab ultima a nonnullis acuitur. Nam peneultimam acutam tam [19]) latina iubet ratio, quia positione [20]) longa est, quam graeca, quia [21]) παροξυτόνως [22]) dicunt] [a]). Idem in dativo ablativoque casu [23]) servandum est, ut cum apud Vergilium [24]) legimus — Amphion [25]) Dircaeus in Actaeo Aracyntho [26]) [b]) — et — Quod fieri ferro liquidove potest electro [c]) — item — Centauro invehitur [27]) magna [d]) — et — Sergesto Mnestheique [28]) [e]) — et — classemque [29]) sub ipsa Antandro [f]). Haec omnia nomina Aracyntho [30]), electro, Centauro, Sergesto, Antandro penultima acuta proferuntur, quamvis recto et [31]) accusativo casu possunt acutam tertiam ab ultima habere. Sed in recto atque accusativo casu solet quidam error plerosque obtinere, qui in his versibus — Tunc etiam fatis [32]) aperit Cassandra futuris Ora [g]) — et — Huc casta Sibylla [33]) [h]) — inperite proparoxytona [34]) faciunt Cassandra [35]) et Sibylla [36]), cum id [37]) sinant neque latina praecepta [38]), quia est peneultima positione longa, neque adeo graeca, cum sint paroxytona [39])

---

7) praeceptum — preceptum *Cod.* 8) iisdem — hisdem *Cod.* 9) absurdum — absordum *Cod.* 10) ut — aut *Cod.* 11) Εὔανδρον — evandra *Cod.* 12) dico nomina — dinomina *Cod.* 13) tenore — fenore *Cod.* 14) proferri — proferre *Cod.* 15) obliquos — oblicos *Cod.* 16) potius — putius *Cod.* 17) a *in Cod. omissum supplevimus.* 18) acuta — accuta *Cod.* 19) tam *in Cod. omissum, restituimus.* 20) positione *sensu flagitante supplevimus.* 21) quia — quae *Cod.* 22) παροξυτόνως — paraxitonos *Cod.* 23) casu — casus *Cod.* 24) Vergilium — Virgilium *Cod.* 25) Amphion — anphion *Cod. ex em. pr. m.* — anphian *a pr. m.* 26) in Actaeo Aracyntho — inactheoracynto *Cod.* 27) invehitur — inveitur *Cod.* 28) Mnestheique — mnestique *Cod.* 29) classemque — clasemque *Cod.* 30) Aracyntho — arahinto *Cod.* 31) et *in Cod. omissum restituimus.* 32) fatis — satis *Cod.* 33) Sibylla — sybella *Cod.* 34) proparoxytona — proparexitona *Cod.* 35) Cassandra — casandra *Cod.* 36) Sibylla — sybilla *Cod.* 37) cum id; *inter duo haec verba male inter lin. intruditur* in. 38) praecepta — precepta *Cod.* 39) paroxytona — paroxitona *Cod.*

a) *Tertia ... dicunt.* Uncinis haec inclusimus; nihil enim continent, quod non in proxime antecedentibus prolixius iam dictum sit; male vero post *acuitur* omissum est: *sine ulla ratione,* quod responderet τῷ *nullam secuti rationem* in superioribus. b) Virg. Eclog. II. 24. c) Virg. Aen. VIII. 402. d) Virg. Aen. V. 122. e) Virg. Aen. V. 184. f) Virg. Aen. III. 5 seq. g) Virg. Aen. II. 246 seq. h) Virg. Aen. V. 735.

Κασσάνδρα, Σιβύλλα [40]), quoniam [41]) longa est ultima in graeco [42]), quae [43]) tertiam [44]) [a]) a se acutam esse non patitur.

16. Accentus proprie [45]) qualitas syllabarum, hoc est, indicium tempora syllabarum, naturam positionemque significans. Sunt enim tres: acutus, gravis, inflexus; hi a Graecis *προσῳδίαι* [46]) dicuntur. Ergo in hoc cognoscere debes [47]), quoniam littera vocalis facit accentum secundum ordinem syllabarum cuiuslibet partis orationis primo loco, secundo vel tertio.

17. Quot [48]) ergo sint prosodiae, dicendum est; quae res eo [49]) maiore col.b. cum [50]) cura * tractanda est, quod nostra ratio ab opinione iam inveterata et omnium ferme animis adfixa discrepat.

18. Athenodorus [51]) duas esse prosodias putavit, unam inferiorem, alteram superiorem; flexam autem, nam ita nostra lingua *περισπωμένην* [52]) vocavimus, nihil aliud esse, quam has duas in una syllaba.

19. Dionysius [53]) autem, Aristarchi [54]) discipulus, cognomento Thrax [55]), domo Alexandreius [56]), qui Rhodi [57]) docuit, lyricorum [58]) poetarum longe studiosissimus, tres tradidit, quibus nunc omnes utuntur *βαρεῖαν, ὀξεῖαν, περισπωμένην* [59]) [b]).

20. Tyrannio [60]) [c]) vero Amisenus [61]), quem Lucullus [62]) Mithridatico [63]) bello captum [64]) Lucio Murenae [65]) concessit [66]), a quo illo libertate simul et civitate donatus fuit [67]), quattuor scribit esse prosodias: *βαρεῖαν, μέσην, ὀξεῖαν* et *περισπωμένην*; atqui [68]) memoriae proditum est hunc ante alios fuisse pronuntiatione potiorem, quod nequaquam assequi [69]) potuisset, nisi tenore singularum vocum diligentissime perquisito.

21. In eadem opinione et Varro fuit, quin leges suas redigit ad ductum scientia et doctrina eius, qua omnibus a se propositis evidentissi-

---

[40]) Κασσάνδρα Σιβύλλα — cassanaron sybilla *Cod.* [41]) quoniam — ton (*sic*) *Cod.* [42]) graeco — greca *Cod.* [43]) quae *in Cod. omissum supplevimus.* [44]) tertiam — tertia *Cod.* [45]) proprie — probriae *Cod.* [46]) προσῳδίαι — prosodia *Cod.* [47]) debes *Cod. ex em. pr. m.* — debemus *a pr. m.* [48]) quot — quod *Cod.* [49]) quae res — quare seo (τῷ o *suprascr.* u) *Cod.* [50]) cum *inter lin.* [51]) Athenodorus — at henodorus *Cod.* [52]) περισπωμένην — perispomen *Cod.* [53]) Dionysius — dionisius *Cod.* [54]) Aristarchi — aristarci *Cod.* [55]) Thrax — trax *Cod.* [56]) Alexandreios — alexandrios (τῷ o *superscr.* u). *Cod.* [57]) qui Rhodi — a qui rodii *Cod.* [58]) lyricorum — liricorum *Cod.* [59]) βαρεῖαν ὀξεῖαν περισπωμένην — baria noxian perispomenon *Cod.* [60]) Tyrannio — tyrannion *Cod.* [61]) Amisenus — iamisenus *Cod.* [62]) Lucullus — lucillus *Cod.* [63]) Mithridatico — mitridatico *Cod.* [64]) captum *Cod. ex em. pr. m.* — captam *a pr. m.* [65]) Murenae — munere *Cod. a pr. m.* — murene *ex em. pr. m.* [66]) concessit — concesit *Cod.* [67]) fuit — sit *Cod.* [68]) βαρεῖαν . . . . atqui — barian mesehenoxiant perispomenenat qui *Cod.* [69]) assequi — esse (τῷ e *primo suprascr.* a) qui *Cod.*

a) *quoniam ... tertiam.* Ita hunc locum sanitati restitui putamus, qui in Cod. corrupte legitur sic: *ton* (sic) *longa est ultima in greca tertia* etc. *b*) Cf. Dionys. Thrac. gramm. p. 629 seq. Bekk. *c*) Tyrannionem scripsisse libellum *περὶ προσῳδιῶν* e Cic. epist. ad Atticum (XII. 6.) constat.

mas affert probationes ut id quoque [70]) pro media prosodia [71]) facit [a]), dicendo ipsam [b]) naturam nihil facere totum [72]), ubi non sit medium; ut enim inter rudem et eruditum, inter calidum et frigidum, amarum et dulce, longum et breve [73]) est quiddam [74]) medium, quod neutrum est, sic inter imam summamque vocem esse mediam, ibique quam quaerimus [75]) prosodiam. Neminem musicum [76]) esse, qui mediam vocem in cantu ignoraverit, nec quemquam [77]) potuisse [78]) dicere in sono chordarum [79]) aut voce buccinarum aliave voce [80]) cantantium μέσην [81]) esse, si [82]) non in omni vocis natura esset medium, minimeque mirum, ut in hanc multorum sensus non animadvertat, cum illa quae in cithara [83]) auditur [84]), quia aliquanto [85]) uberior est, saepe tantum [86]) non sentiat meatum. Praeterea [87]) minus reliquis notam, primum, quod ea sit principium aliarum, ut μέση [88]) in musice [89]) initium cantionis, et omnium rerum [90]) initia semper obscura sint; dein [91]), quod omne medium in angustis non videatur, ut punctum in [92]) quamvis magno orbe, * quem vocant κέντρον [93]); F. 58. r. col. a. nullum esse corpus, ubi non sit medium, et omnem vocem corpus esse; omnem igitur vocem medium habere; quod enim fluit deorsum, prius in medium succedere [94]), quam evolet sursum, et quod sursum est ante eo devenire, quam deorsum, quare utriusque [95]) compitum medium esse, et multa praeterea latius in eam rem disputatam profert, quae nunc nobis locus non est iterare [96]). Scire enim oportet rationis huius recens non esse commentum, sed omnium, qui ante Varronem [97]) et Tyrannionem de prosodia aliquid reliquerunt [98]) [c]); plurimos et clarissimos quosque [99]) mediae huius fecisse mentionem, quos omnes sibi fuisse auctores Varro [100])

---

[70]) quoque *Cod. a pr. m.* — quodque *ex em. pr. m.* [71]) prosodia — prodosia *Cod.* [72]) ipsam . . . totum *Cod.* — ipsa in natura nihil totum (= facere) *W.* [73]) amarum . . . . breve *W.* — et amarum dulcem longum et brebem *Cod.* [74]) quiddam *Cod.* — quoddam *W.* [75]) quaerimus *W.* — querimus *Cod.* [76]) musicum *W.* — musicam *Cod.* [77]) quemquam *Cod.* — quenquam *W.* [78]) potuisse *Cod.* — potius esse *W.* [79]) chordarum *W.* — cordarum *Cod.* [80]) aut. voce bucciuarum aliave — alia voce buccinarum assave *W.* — aut voce quarum aliave *Cod.* [81]) μέσην — mesen *Cod. W.* [82]) si *W.* — si si *Cod.* [83]) cithara *W.* — chitera (τῷ e *superscr.* i) *Cod.* [84]) auditur *W.* — aut *Cod.* [85]) aliquanto *W.* — aliquando *Cod.* [86]) saepe tantum *W.* — saepe tatum *Cod. a pr. m.* — saepe totum *Cod. ex em. pr. m.* [87]) praeterea *W.* — preterea *Cod.* [88]) μέση — mese *W.* — mesae *Cod.* [89]) musice *Cod.* — musica *W.* [90]) rerum *Cod.* = *W.* [91]) dein *Cod.* — deinde *W.* [92]) in *W.* — non *Cod.* [93]) κέντρον — centron *Cod. W.* [94]) succedere *W.* — succendere *Cod.* [95]) quare utriusque *Cod.* — quantumvis *W.* [96]) locus non est iterare — locum est iterarae *Cod.* [97]) Varronem *Cod. ex em. pr. m.* — barronem *a pr. m.* [98]) reliquerunt — relinquerunt *Cod.* [99]) quosque *W.* — quoque *Cod.* [100]) Varro *Cod. ex em. pr. m.* — barro *a pr. m.*

a) *In eadem . . . facit;* locus corruptus, qui quoad sensum saltim sic forsitan legi poterit: *In eadem opinione et Varro fuit, qui in leges suas redegit accentuum scientiam. Doctrina eius, quae omnibus a se propositis evidentissimas affert probationes, id quoque pro media prosodia facit* etc. b) *ipsam;* hic incipit excerptum Wasii. c) *et multa praeterea . . . . reliquerunt* omisit Wasius.

commemorat [a]): grammaticos Glaucum Samium et Hermocraten Iasium [1]); item philosophum [2]) Theophrastum [3]) Peripateticum, cui divina facundia nomen adscivit, nec non eiusdem sectae Athenodorum [4]), summi acuminis virum, qui quandam prosodiam [5]) *μονότονον* [6]) appellat, quae videtur non alia esse, quam media, licet diverso vocabulo.

22. Nec desunt [b]), qui prosodias [7]) plures esse, quam quatuor putaverint, ut Glaucus Samius, a quo sex prosodiae sunt sub hisce [8]) nominibus: *ἀνειμένη*, *μέση*, *ἐπιτεταμένη*, *κεκλασμένη*, *ἀντανακλαζομένη*, *νήτη* [9]) [c]). Sed hic quoque non dissentit [10]) a nobis; nam cuivis ex ipsis nominibus intellectu proclive est, tres primas esse simplices et non alias quam *βαρεῖαν*, *μέσην*, *ὀξεῖαν* [11]), postremas autem tres duplices et quasi species unius flexae, quae est genere una; hanc enim flecti non uno modo omnes putaverunt; Eratosthenes [12]) ex parte priore acuta in gravem posteriorem [13]), Theodorus autem [14]) aliquando etiam ex gravi in acutiorem exscendere [15]); ceterum Varro in utraque parte moveri arbitratur, neque hic facile fieri sine media, eamque acutam plerumque esse potius [16]) quam gravem [17]), quod ea propius [18]) utramque [19]) est, quam illa superior et inferior inter se [d]).

23. Sed hoc de [20]) media prosodia [21]) satis, quo quis sciat esse quae-
col.b. rendam [22]) *. Ceterum qui hanc ignorant, quia sola noverunt, quae in [23]) scholis [24]) studuerunt [25]), non sunt culpandi. Sed nec magistros, qui tres solas demonstrant, erroris arguerim, si modo hoc docendi causa faciunt, cum ipsos [26]) quarta non lateat. Tres prosodias in usu esse scire oportet

---

[1]) Iasium *W. et Cod. noster paulo inferius* — ioseum *Cod. h. l.* [2]) philosophum *W.* — philosofum *Cod.* [3]) Theophrastum *W.* — theoprastum *Cod.* [4]) Athenodorum *W.* — ut henothorum *Cod. a pr. m.* — athenothorum *Cod. ex em. pr. m.* [5]) prosodiam *W. et Cod. ex em. pr. m.* — prosodoam *Cod. a pr. m.* [6]) μονότονον — monotonon *W. et Cod. a pr. m.* — monotomon *Cod. ex em. pr. m.* [7]) prosodias *W.* — prosodosias *Cod.* [8]) hisce *Cod.* — hiisque *W.* [9]) ἀνειμένη — νήτη — ansimen himesip petamene cecasmen antanaca homeuehc *Cod.* — an simenhimes ip pentamene cecasmen antanaca homenech *W.* [10]) dissentit *W.* — desentit *Cod.* [11]) βαρεῖαν μέσην ὀξεῖαν *W.* — variam mesenoxian *Cod.* [12]) Eratosthenes *W.* — erat ostenes *Cod.* [13]) posteriorem *Cod.* = *W.* [14]) autem *Cod.* = *W.* [15]) exscendere — excendere *Cod.* — extendere *W.* [16]) potius *W.* — putius *Cod.* [17]) gravem *W. et Cod. ex em. pr. m.* — grabem *a pr. m.* [18]) proprius *W.* — probrius *Cod.* [19]) utramque *W.* — utraque *Cod.* [20]) de, *in Cod. omissum, adiecimus.* [21]) media prosodia — mediae prosodiae *Cod.* [22]) quaerendam — querendam *Cod.* [23]) in, *in Cod. omissum, supplevimus.* [24]) scholis — scolis *Cod.* [25]) studuerunt — studerunt *Cod.* [26]) ipsos — ipsas *Cod.*

a) *plurimos et ... commemorat.* Haec Wasius ita contrahit: „*Haec Varro: qui plurimos et clarissimos quosque mediae huius sibi fuisse autores commemorat. Grammaticos* etc.“ b) *Nec desunt*; Wasius sic: *nec deesse monet Servius.* c) *nominibus ... νήτη* Wasius post *nominibus* monstra, quae in notis criticis indicavimus, sequentia uncinis includens addit: *coniicio* ἀνειμένη, μέση, ἐπιτεταμένη, ἀντανακλαζομένη, νήτη; quinque igitur tantum enumerat prosodias, quamvis auctor diserte dicat Glaucum sex posuisse; oblitus est scilicet Wasius emendare *cecasmen* in κεκλασμένην. d) Desinit excerptum Wasii.

[et] [a]). Media autem, quae inter duas quasi limes est, quod gravioris quam acutioris similior est [27]), in inferioris potius [28]) quam superioris [29]) numerum relegatur. In hoc enim fere doctissimorum consensus est, acutam plus una in verbo esse non posse, graves esse conplures.

24. Prosodiam [30]) ibi esse dicimus, ubi aut sursum est aut deorsum. Quae demissior [31]) est [quae] [b]) a pluribus βαρεῖα [32]) appellatur graece, latine vero gravis ideo, quod deorsum est in sede scilicet ponderum graviorum; at eam, quae sursum [33]) est, Glaucus ἐπιτεταμένην [34]), item alius aliter, sed nemo adhuc levem vocavit, quamvis id erat gravi contrarium, verum ea nomen [35]) obtinet [36]) ὀξεῖαν [37]), latine acuta, ideo quod tenuis et omne acutum tenue. Inter has est μέση [38]), latine media, quia limes est, per quem duae supradictae ultro citroque commeant [39]). Quartae [40]) illi, quae priores duas [41]) coniungit, quia ceteris [42]) [c]) perplexior est, plura sunt vocabula. Ammonius [43]) Alexandreius [44]), qui Aristarchi [45]) scholae [46]) successit, ὀξύβαρυν [47]) vocat, Ephorus autem Cymaeus [48]) περίσπασιν [49]), Dionysius Olympius ἄτονον [50]), Hermocrates Iasius σύμπλεκτον [51]), Epicharmus Syracusius [52]) κεκλασμένην [53]); verum ea nunc ab omnibus περισπωμένη [54]) graece vocatur, apud nos flexa, quoniam primo [55]) erecta rursus in gravem [56]) flectitur.

25. Acuta exilior et brevior [57]) et omni modo minor est, quam gravis, ut est facile ex musica cognoscere, cuius imago prosodia; nam et in cithara [58]) omnique psalterio quo quaeque chorda [59]) acutior eo exilior, et tibia [60]) tanto [61]) est voce acutiore quanto cavo angustiore, adeo ut corniculo aut bamborio [d]) addito [62]) gravior reddatur, quod crassior exit in aera. Brevitatem [63]) quoque acutae vocis in iisdem [64]) organis anim-

---

[27]) similior est — similiores *Cod.* [28]) potius — putius *Cod.* [29]) superioris — superiorum *Cod.* [30]) prosodiam — prosodiant *Cod.* [31]) demissior — demisior *Cod.* [32]) βαρεῖα — varia *Cod.* [33]) eam quae sursum — eamque rursum *Cod.* [34]) ἐπιτεταμένην — epitetamenen *Cod.* [35]) nomen — numen *Cod.* [36]) obtinet — optinet *Cod.* [37]) ὀξεῖαν — oxian *Cod.* [38]) μέση — mese *Cod.* [39]) commeant — commentat *Cod.* [40]) quartae — quarte *Cod.* [41]) quae priores duas *in Cod. omissa supplevimus.* [42]) quia ceteris — liquiaceteris *Cod.* [43]) Ammonius — hammonius *Cod.* [44]) Alexandreios — alixondris (τῷ i *ultimo suprascr.* u) *Cod.* [45]) Aristarchi — aristarci *Cod.* [46]) scholae — scolae (*inter* o *et* l *suprascr. iterum* l). [47]) ὀξύβαρυν — oxibarin *Cod.* [48]) Cymaeus — cymeus *Cod.* [49]) περίσπασιν — perispasin *Cod.* [50]) ἄτονον — aponon *Cod.* [51]) συμπλεκτὸν — sim plecton *Cod.* [52]) Epicharmus Syracusius — epicarmus siracusius *Cod.* [53]) κεκλασμένην — cetasmenen *Cod.* [54]) περισπωμένη — perespomene *Cod.* [55]) primo *Cod. ex em. pr. m.* — prima *a pr. m.* [56]) gravem — grebem *Cod.* [57]) brevior — brebior *Cod.* [58]) cithara — chitera *Cod.* [59]) quo quaeque chorda — quoque quae corda *Cod.* [60]) tibia — tiuia *Cod. ex em. pr. m.* — uita *a pr. m.* [61]) tanto *Cod. ex em. pr. m.* — tanta *a pr. m.* [62]) addito *Cod. ex em. pr. m.* — addita *a pr. m.* [63]) brevitatem — brebitatem *Cod.* [64]) iisdem — isdem *Cod.*

a) *et*, ex ultima syllaba vocabuli praecedentis repetitum, uncinis inclusimus. b) *quae*, abundans, uncinis inclusimus. c) *Quartae . . . ceteris;* ita corrigere conati sumus locum in Cod. corruptum: *quarte illi coniungit liquiaceteris.* d) *bamborio.* Scribendum fortassis *bomborio*, a βόμβος, quod *graviorem* significat *sonum.*

advertere licebit, siquidem pulsu chordarum [65]) citius acuta transvolat [66]), gravis autem diutius auribus immoratur; etiam ipsae chordae [67]), quae
P. 58. v. col. a. crassius sonant, longiores videntur, quia laxius tenduntur [68]); * item in fistula duo calami brevissimi, qui acutissimae vocis; tibiae [69]) quo acutiores, eo [70]) breviores, et his foramina quam sunt [71]) ori proxima et brevioris aeris motum persentiscunt, tam vocem reddunt acutam; sic in loquentium legentiumque voce, ubi sunt prosodiae velut quaedam istamina [72]) [a]).

26. Acuta tenuior est quam gravis et brevis adeo, ut non longius quam per unam syllabam, quin immo per unum tempus protrahatur; cum gravis, quo uberior et tardior est, diutius in verbo moretur et iunctim quamvis in multis syllabis residat; quocirca graves numero sunt plures, pauciores acutae, flexae rarissimae.

27. Acutae nota est virgula a sinistra parte dextrorsum sublime fastigiata [73]); gravis autem notatur simili virgula in eadem parte depressa fastigio, quae notae demonstrant omnem acutam vocem sursum esse, et gravem deorsum. Ipsum etiam musicorum docetur diagrammate [74]), in quo tropi pro acumine vocum superiores scribuntur; denique summus [75]) hyperlydius [76]), quia acutissimus; infimus hypodorius, quo [77]) nullus est gravior. Flexa autem prosodia, quod duplex est et ex acuta gravique ficta, notam habet nomini [78]) potestatique respondentem, nam a sinistro consurgens [79]) arduo fastigio et sursum molli curvatura dextroversum [80]) [b]) flexa praecipiti clivo deprimitur et speciem pronae litterae ·V· [81]) efficit, priorem acutam et posteriorem gravem [82]) sibi inesse significat. Mediae vero, cuius nunc usus non habetur, notam non ponimus, quia neque a maioribus accepimus neque fingere possumus.

28. Ordo in accentibus non adtenditur, verum varie, nunc gravem, nunc acutum, nonnumquam flexum primo loco poni, dubium non recipit; non tamen secius [83]) est aliquid prius [84]) natura quam aliud [85]), non secus atque in litteris evenit [86]).

29. Nobis de accentu . . . . [87]) tractandum est . . . [88]) altitudo,

---

[65]) chordarum — cordarum *Cod.* [66]) transvolat — transvolai *Cod.* [67]) chordae — cordae *Cod.* [68]) tenduntur *Cod. ex em. pr. m.* — tendentur *a pr. m.* [69]) tibiae — tiuiae *Cod.* [70]) eo — quae *Cod.* [71]) sunt *Cod. ex em. pr. m.* — sint *a pr. m.* [72]) istamina; *ita diserte Cod.* [73]) fastigiata — fastigata *Cod.* [74]) diagrammate — diagrammatae *Cod.* [75]) summus — sumus *Cod.* [76]) hyperlydius — hic per lidius *Cod.* [77]) quo *Cod. ex em. pr. m.* — qua *a pr. m.* [78]) nomini — nominis *Cod.* [79]) consurgens — cum surgens *Cod.* [80]) curvatura dextroversum — curvatur adextro versu *Cod.* [81]) ·V· *sensu flagitante supplevimus.* [82]) gravem — grabem *Cod.* [83]) secius — sequus *Cod. a pr. m.* — setius *ex em. pr. m.* [84]) prius *Cod. a pr. m.* — prior *ex em. pr. m.* [85]) aliud — alius *Cod.* [86]) litteris evenit — litteris se venit *Cod.* [87]) *Pro punctis a nobis hic positis legitur in Cod. monstrum:* longirido (*syllaba ultima tribus punctis notata*). [88]) *Pro punctis a nobis positis habes in Cod. syllabam* ue *tribus punctis notatam.*

a) *et his foramina ... istamina.* Locum paulo corruptiorem ad fidem Cod. expressum sagacioribus corrigendum relinquimus. b) *curvatura dextroversum.* Ita scribimus pro: *curvatur adextro versu*, ut corrupte habet Cod.

quae tamen liquido cognosci non potest, nisi longitudinis quoque ratio habeatur; in eius enim aliqua parte esse debet id quod altissimum est. Denique, cum verbum enuntietur, aliqua in eo syllaba necesse est summum illud [89]) vocis fastigium possideat, sed quae potissimum sit, ea monstrari non potest, nisi per temporum syllabarumve numerum, qui proprie [90]) longitudinis est. Quapropter, etsi Metricis * videtur syllabarum col.b. naturam ad Rhythmicos [91]) solos pertinere [a]) temporum denumerare intervalla, tamen, quia titulus propositi utramque [92]) flagitat cognitionem [93]), ne quid, quod ad discendos [94]) accentus pertinet, deesse videatur, de verbi longitudine dicendum est, ea sola adtingentes, quae operi necessaria videbuntur.

30. Longitudo verborum duabus in rebus est: tempore et syllabis. Tempus ad Rhythmicos pertinet, syllabae ad Metricos. Inter Rhythmicos et Metricos dissensio nonnulla est, quod Rhythmici in versu longitudine vocis tempora metiuntur et huius mensurae modulum faciunt tempus brevissimum in quocumque syllaba enuntiata sit brevem vocari [b]). Metrici autem versuum mensuram syllabis conprehendunt et [95]) huius modulum syllabam brevem [96]) arbitrantur, tempus autem brevissimum [97]) intellegi, quod enuntiatione brevissimae [98]) syllabae cohaerens [99]) adaequaverit [100]) [c]). Itaque Rhythmici [1]) temporibus syllabas [2]), Metrici tempora syllabis finiunt; neque enim refert, tempus in syllaba esse, an in tempore syllabam dicamus, dummodo discendi causa concessum [3]) est, eam moram, qua brevis [4]) syllaba dicitur, unum et brevissimum tempus vocare; qua vero longa profertur, duo tempora appellare, ipsa cogit natura, cum loquimur. Brevem monochronon [5]), longam dichronon [6]) appellamus; duo enim longa syllaba habet tempora [7]): positionis et naturae; brevis naturae habet tantummodo. Terentius [8]) rhythmis scribit comoedias [9]) vel Plautus.

---

89) illud — illum *Cod.* 90) proprie — probrie *Cod.* 91) Rhythmicos — rithmicos *Cod.* 92) utramque *Cod. ex em. pr. m.* — utrumque *a pr. m.* 93) cognitionem — cognotionem *Cod.* 94) discendos — discendus *Cod.* 95) conprehendunt et — conpraehendunt ut *Cod.* 96) brevem — brebem *Cod.* 97) brevissimum — brebissimum *Cod.* 98) brevissimae — brebissimae *Cod.* 99) cohaerens — coherens *Cod.* 100) adaequaverit — adaequaberit *Cod.* 1) Rhythmici — rithmihi *Cod.* 2) syllabas — syllabis *Cod.* 3) concessum — concesum *Cod.* 4) brevis — brebis *Cod.* 5) monochronon — monocronon *Cod.* 6) dichronon — dicronon *Cod.* 7) tempora — tempus *Cod.* 8) Terentius — Terrentius *Cod.* 9) comoedias — comedias *Cod.*

a) *etsi Metricis ... pertinere.* Locus corruptus, sic forsitan refingendus: *etsi ad Metricos videtur syllabarum natura, ad Rhythmicos solum pertinere* etc. Sic inferius: *Tempus ad Rhythmicos pertinet, syllabae ad Metricos.* b) *et huius mensurae ... brevem vocari.* Locus impeditus, in quo nonnulla excidisse videntur. c) *et huius modulum ... adaequaverit.* Locum ad fidem Cod. exhibemus, emendationem peritioribus relinquentes.

advertere licebit, siquidem pulsu chordarum gravis autem diutius auribus immoratur crassius sonant, longiores videntur, fistula duo calami brevissimi, qui tiores, eo 70) breviores, et hi brevioris aeris motum per loquentium legentiumque mina 71) *).

26. Acuta tenuior quam per unam sy cum gravis, quo ctim quamvis i plures, paucio

27. Acu stigiata 73) fastigio, graven tropi per g

TENTORUM.

INDICES.

I. INDEX AUCTORUM.

II. INDEX RERUM.

III. INDEX VERBORUM LATINORUM.

IV. INDEX VERBORUM GRAECORUM.

Typis Viduae Antonii Strauss.

CORRIGENDA.

IN PRAEFATIONE.

Pag. IV. lin. 15. pro inservimus lege insernimus. Pag. XVI. lin. 8 a fine pro fecit lege fecit).

IN TEXTU.

Pag. 12. lin. 15. pro amabeberis lege amaberis.
— 17. lin. 8. a fine, post fuerimus omissum fueritis negligentia librarii.
— 22. lin. 14. pro docens lege decens.
— 22. lin. 28. pro indomitus 46) lege indomitus 47).
— 23. lin. 4. pro miserive lege Miscerive.
— 25. lin. 13. post Heia et rumpe dele commata.
— 26. lin. 8. ad omnis adde notam: ita diserte Cod.
— 37. lin. 17. post omnia dele vv. ab extrinsecus.
— 40. lin. 13. pro condentur lege tondentur.
— 43. lin. 16. pone notae signum *k*) ad v. continetur lin. seq.
— 46. lin. 11. pro facta re lege factae.
— 48. lin. 7. ad partis adde notam: ita diserte Cod.
— 56. lin. 7. pro quoqc lege quoque.
— 57. lin. 11. a fine, ad ·TUS· adde notam: ita diserte Cod.
— 72. lin. 6. a fine, pro de ducente lege deducente.
— 79. lin. 9. a fine, post fossaque dele comma.
— 80. lin. 8. pro Rromuleoque lege Romuleoque.
— 80. lin. 6. a fine, pro ῥηματικὰ lege ῥηματικά.
— 87. lin. 6. a fine, hic litteris inclinatis exprimendum erat.
— 92. lin. 22. pro ἔν lege ἐν.
— 93. lin. 12. a fine, pro enim lege etenim.
— 94. lin. 16 et 17. pro suppellex et suppellectilis lege supellex, supellectilis.
— 100. lin. ult. pro Tempora lege tempora.
— 103. lin. ult. pro ἀψίς lege ἁψίς.

Pag. 104. lin. penult. pro modus lege nodus.
— 106. lin. 6. pro ἀνθρώπου lege ἀνθρώκου.
— 109. lin. 11. pro ·O· lege ·U·.
— 119. lin. penult. pro amat lege amet.
— 140. lin. ult. pro faciat. lege faciat!
— 181. lin. 7 a fine, ad nolis, nolit adde notam: ita diserte Cod.
— 187. lin. ult. pro (Graeci) lege Graeci.
— 192. lin. 5. ante v. inde pone lacunae signum.
— 207. lin. 4. a fine, pro βουπαιδες lege βούπαιδες.
— 208. lin. 9. a fine, pro Berenyces lege Berenices.
— 208. lin. 7. a fine, pro Berenycis lege Berenices.
— 210. lin. 20. pro dicto lege dicti.
— 213. pro XVI. lege Nro. 17.
— 228. lin 1. pro Sec. IX. lege Sec. VIII.
— 230. lin. 15. pro genitivo lege genetivo et sic semper.
— 234. lin. 12 pro intelliguntur lege intelleguntur et sic semper.
— 247. lin. 3. a fine, pro uomina lege nomina.
— 252. lin. 3. a fine, pro veniemus lege venerimus.
— 255. lin. 3. pro ·AN· lege ·AM·.
— 323. lin. ult. pro si quidem lege siquidem.
— 325. lin. 6. a fine, pro quattor lege quattuor.
— 328. lin. 4. pro adiiciantur lege adiciantur.
— 349. lin. 10. pro subiicimus lege subicimus.
— 380. lin. 3. pro venito lege vento.
— 470. lin. 2. pro XI. lege XII.
— 488. lin. 3. pro 36. lege 30.
— 492. lin. 1. pro decimus lege dicimus.
— 525. lin. 7. pro res lege res.

IN NOTIS.

Pag. 3. not. *d*) pro §. 8. lege §. 42.
— 5. not. 30. pro ex pr. lege ex em. pr.
— 7. not. *c*) pro §. 8. lege §. 23.
— 8. not. *b*) lin. 5. post Plautus adde Asin.
— 18. not. *a*) pro Vide supra p. 11. not. a lege: ita diserte Cod.
— 30. not. *i*) pro summmendum lege sumendum.
— 40. not. *l*) pro e glossemate irrepsisse videtur lege glossemate vitiatus videtur.
— 79. not. *b*) pro unicialis lege uncialis.
— 80. not. 37. pro ῥηματικὰ lege ῥηματικά.
— 86. not. *c*) pro γόνγρος lege γόγγρος.
— 89. not. *e*) pro Andria III. 2. 46. lege III. 2. 47. et post Chremetem lege Andr. III. 1. 14.
— 98. not. *f*) pro ἀντίων lege ἀντίον.
— 100. not. *f*) lege mapalia et Ἀφρῶν.

Pag. 103. not. a) et huic ... ablativum litteris inclinatis exprimenda erant.
— 149. not. *f*) pro s. Brutus lege ad Brutum.
— 156. not. *e*) lin. penult. pro fit lege fiet.
— 205. not. *a*) pro mutilis lege mutilus.
— 211. not. *u*) post Terent. adde Andr.
— 254. not. *a*) pro facillimum lege facillimus.
— 343. abundat nota *a*); et post Cat. adde 6.
— 452. not. *f*) pro scriptas lege scripta.
— 459. not. *i*) pro excludtur lege excluduntur.
— 461. not. *d*) pro Ceres lege Ceres.
— ead. not. *l*) pro senecus lege senectus.
— 478. not. *i*) post Eclog. adde X.
— 520. not. *e*) pro Itas cribimus lege Ita scribimus.
— 532. not. *c*) pro cccasmen lege cocasmen.

NOTA. Numeri parenthesibus inclusi in marg. §§orum Libri II. Cl. Sacerdotis referendi sunt ad numeros §§orum Libri II. institutorum Probi, quem Analectis nostris denuo editum adiicere volueramus, a quo tamen proposito, ut diximus in praefatione, destitimus.

DE VERBO uerbum est pars orationis cum temporibus et personis sine casu
quo quid ut agat aut ut patiatur aut neutrum agendum uel [illegible] Indicatur uerbo accidunt
VIII formae qualitas genus quod dicitur et figura species [illegible]

et [illegible] num. [illegible] cum singularis numerus sing
[illegible]
[illegible] singularis numerus.
[illegible]

ubi [illegible]
[illegible] γραφω καταγραφω βαλ
λω καταβαλλω περιβαλλω φερο
περιφερω καλλω κατακαλλω
γλαυφω αναγλαυφω